

CASPARI BAVHINI

THEATRUM  
BOTANICUM  
LIBER PRIMVS.



Pre-Linnaean  
OK41  
.836  
1658

CASPARI BAVHINI  
VIRI CLARISS.

THEATRUM  
BOTANICUM

SIVE

HISTORIAE  
PLANTARUM

EX


VETERVM ET RECENTIORVM  
placitis

PROPRIAQ. OBSERVATIONE  
concinmate

LIBER PRIMVS

editus  
opera & cura

IO. CASP. BAVHINI.



BASILEÆ

APVD IOANNEM KÖNIG,  
cl. Id. LVIII.



Εἰς τὸ

ΓΑΣΠΑΡΟΥ ΤΟΥ ΒΑΪΝΟΥ

ἰατρῶ σοφωτάτῃ

ΠΟΗΛΟΓΕΙΟΝ

Καρόλῳ Ἐθέν-ῶ-βίῳ


νεόχθῳ

Ἐπιγράμμα παρωδικόν.

Ⓜ Εἶο Ἰωάννης μέρῳπων Φάῳ ἔσκε Βαίνῳ,  
τῷ ἧ Ἐπι Γασπαρίδῃ προσφύερον ἔλλαχεν ὄχῳ,  
ὃς πλείστῃς κρυερῶσι μαραινόμενῃς ὑπὸ νόουσιν,  
Φῶτας ἀπέσρεψεν θαλάμων περσεφονείῃς,  
Φαρμακίῃσι πῶν, ὧν μηνυτῆς βίβλῳ ἦδε.

*D. Gartner.*





SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO  
DOMINO

FRIDERICO

DEI GRATIA MARCHIONI BADENSI ET HACHBER-  
GENSI LANDGRAVIO SAUSENBERGENSI COMITI  
SPONHEMI ET EBERSTENI DOMINO ROETELÆ  
BADENVILÆ LAHRÆ ET MAHLBERGÆ ETC. PRIN-  
CIPIS AC DOMINO MEO CLEMENTISSIMO

*sanitatem & felicitatem perpetuam.*

Serenissime Princeps



Liberum huncce, sponte sua ad Celsitudinem Tuam ten-  
dentem, morari, aut quocunque modo eo currentem suf-  
flaminare, non erat conueniens humilimo meo ac deuotif-  
simo cultui, quo Te merito pronus veneror. Siue enim  
reuocem ad animum materiam quam tractat, siue auto-  
rem ipsum, siue eum qui edi publice curat, undecunque  
euidencia occurrunt in hanc rem argumenta. Stirpium  
contemplationi deditos, ob ingētem voluptatem pariter & insignem quam  
secum trahit utilitatem, olim fuisse reges & principes, hodieque esse, extra  
dubium est: veterum enim æque celebratum monumentis, ac quotidia-  
na, nulla succedentium seculorum interruptione temerata, patet historia.  
Horum vestigijs, præter cetera heroici ingenij documenta, Celsitudi-



nem Tuam instituisse , ac a prima iuuenta plantarum lustratione hortorumque cultura delectatam, notissimum est. Sed nec ad aliud patrocinium haud dubie se contulisset autor, si viuo hæcce typis dare licuisset: qui Celsissimæ Matri, quos vernaculo opere tulit labores, obtulit, & inscripsit: fauor accedit & gratia qua Inclytus Heros Celsitudinis Tuæ Pater, eum olim prolixè complexus, in sua suorumque inualetudine ad consilia vocans, semper benigne habuit. Maxima autem Celsitudinis Tuæ in me sunt merita, quibus dignatus es, immerentem me a pluribus annis ad ordinarium medici munus destinare, frequenter ad operis huius editionem hortari, ad splendidissimi aulæ horti inspectionem invitare, imo non aliter ac Alexander magnus quondam ad Diogenem, ita ad tenuem hortulum meum inuisendum Te demittere: reliquis beneficiis, quorum innumera series, etsi heic non commemoratis, grata tamen memoria æternum seruantis ac celebrandis. Hæc sunt SERENISSIME PRINCEPS rationum momenta, ob quæ ad huius operis tutelam, auctoritatem Celsitudinis Tuæ, implorare iustum mihi visum æquumque. Non enim, benignitatem C. T. abunde expertus, causas submissæ huius meæ confidentiæ altius arcessam, siue a stemmatis celsissimi antiquitate, siue a sapientia, magnanimitate & virtutis in imperando robore, quæ universo orbi patent: nec ab incredibili patientia & tolerantia in aduersis, quibus humanam supergressus es sortem: sed a sola Celsitudinis Tuæ gratia, erga eum etiam qui publico bono labores suos dicatos cupiuit, & eum qui in apertum protraxit, patrem nempe meum ac meipsum: subjectissimi animi indicium, tenuem veluti stricturam devotæ gratitudinis, emittere studens, dum maius digniusque debito huic officio idoneum nil occurrit. DEVS OPT. MAX. SERENISSIME PRINCEPS Celsitudinem Tuam, cum exoptatissima profapia, constanti tranquillitate semper valere & florere & imperare velit! in qua summa votorum acquiesco & subsisto

*SERENISSIMÆ CELSITVDINIS TVÆ*

humilimus cliens & Medicus

IO. CASP. BAVHINVS.

LECTORI





## Lectori candido S.

**I**N tanta iudiciorum diversitate, variaque scripta examinandi voluntate & lubentia, candidum omnino optimoque iure te cupimus, LECTOR. Quem enim lurida invidia & malevolentia transversum rapit animi sinistra affectio, eum nec huic nostrae praefationi aequum fore putamus, nec tractatus huius benignum lectorem, contemplatorem, aut aestimatorem. Dum enim hoc agimus ut plantarum universae historiae partem publico demus, ante omnia indicandum & monendum videtur, in huius elaboratione iure merito autorem bonorum doctorumque mereri fauorem, quem nihil aliud ad id laboris suscipiendum induxit, quam muneris publici sedula observantia, cui dum incumbit, ad DEI OPT. MAX. laudem, (quod statim in vestibulo operis diserte profitetur,) studia sua direxit, nec non ad utilitatem quae inde publico posset accedere bono: quod tum in alijs suis lucubrationibus palam fecit, tum praecipue in ea studij sui parte, quae plantarum illustrationi dicata. In hac autem saepius testatus est, nihil, incundissimum, utilissimum, ac maxime necessarium studium, obscurius difficiliusque reddere, quam amethodiam, & promiscuas autorum sententias, dum qui vis veterum placitis, suas quas fors obtulit accommodare studuit plantas: haec namque multiplici specierum varietati, & opinionum dissensui, sententiarumque diversitati occasionem dedisse. Quibus ille in unum opus contractis decenti ordine operaturus, praecipuorum secutus filum primum, dein propria sedulitate & observatione, quanta potuit diligentia amissus, auxit haecce pomœria & ampliavit. Illorum etiam verbis potius, quam suis, ubicunque potuit, in explicatione religiose usus. Haec est ratio, quod elegantiore, aut rhetoricis strophis phalerisque splendente, aut luxuriante dictione posthabita, contentus optimorum in hoc genere scriptorum verbis, suisque exponere scribenda, satis putavit, simplici, non affectata verborum textura rem proposuisse. Quanquam autem opus eius botanicum, cuius haec pars duodecima, diu ab ipso promissum, saepe in publicum ire gestierit, multis tamen modis variasque ob causas fuit retardatum, praecipue ob typographorum idoneis praesidijs instructorum defectum, & cum cetera impedimenta abfuere, alijs susceptis negotiis, quae ipsis promptiora videbantur, aut utiliora, aut vehementius urgere, vel dilatatum, vel interruptum. Tandem per hancce temporum difficiliorum calamitatem, vix haecce portio lucem adspicere potuit. Non dubitamus autem huic ingenij foetui idem obventurum, quod liberis accidit, quorum tam felix, nec procreatio, nec educatio, mortuis parentibus, quam vivis: posthumi etenim de eius affectus sinceritate, quam à vivis parentibus, in utroque praesidij genere, sperare potuissent, haud dubie iure suo habent quod conquerantur. Satis tamen hos eosdem fideli cura educare, & ad eam usque defendere aetatem, donec sui possint esse iuris. Quod in his & similibus edendis quoque contingit: in quibus is, qui ea publico daturus, munere suo functus, cum nihil intermisit eorum quae ad auctoris mentem & scripturam exprimendam faciunt. Quod & hic factum, servata autographi integritate reliquisque probe curatis. Par autem auctori fatum obtigit cum magnis viris (magis post mortem quam viventi,) ut malevolorum petitus fuerit calumniis. Horum alij etiam si eius voce tum viva, tum scriptis eruditi, male moratorum & ingratorum discipulorum tamen potius maluerunt obire officium, quam virorum bonorum. Non aliter aves, sagittis ex propriis alis armatis icte, in vulneribus suas agnoscunt pennas. Alij, quoniam nihil is placet, nisi quod dentatum, meliores se arrodores maximum putant ingenij & industriae opus. Sicuti vero autor, pro sua mansuetudine & modestia, atrocissime in se accensis parcus agere suasit, ita nos quoque, in edendo, haecce seculi invidia, a studio ad res utiles propenso, arcere nec potuit, nec debuit. Vtinam vero quae & auctori & editori haecenus aliunde occurrebant obstacula, non moerentur huc pertinentia & similia, quae ad rei plantariae spectant culturam, in quibus compendium totius huius studij, decenti ordine, cum figuris, synonymijs, appellationibus variarum nationum, facultatibus, aliisque necessariis instruetum. Certe quicquid per multiplicia seriaque negotia supererit otij, id omne utilitati publicae consecrabitur, ut optatum finem ista assequantur. Hoc uti optamus, ita ut DEVS faxit rogamus, tibi que CANDIDE LECTOR optima quaeque volumus.



# Monitum pium & amicum

A D

NOBILISS. & EXCELLENTISS. VIRVM

D.D. IO. CASP. BAVHINVM. BASIL. MEDIC.  
PROFESS. ORD. SERENISS. PRINCIPP. ALIQVOT. CONSIL.  
ET MEDIC. AMICVM SVVM SVMME  
OBSERVANDVM.



Æres paternæ vere scientiæ  
BAVHINE, splendor Pæoniæ scholæ,  
Ecquid moraris publicare  
A PATRE pollicitum THEATRVM  
Opus stupendum, nempe quod otium  
Inersque somnus non peperit, neque  
Mens sordidis intenta curis  
Aut sterili studio occupata;

Sed pertinaci cum vigilantia  
Multi labores, & studium frequens:  
Quales nec ipse PLINIVS, nec  
Sustinuit THEOPHRASTVS unquam.  
Caliginoso si lateat loco  
Thesaurus amplus, quæso quid hinc lucri?  
An pinguet inde Terra?  
Fœnus an hinc veniet lucrosum?  
Sic arbitratur vulgus ut aureas  
Gazas relictas à Tritavis suis  
Malint recondi sub cauernis  
Quam veniant publicos in usus.  
Sic Te tenacem non fore iudico  
BAVHINE, PROMVS quin potius velis  
Quam CONDVS esse, & prodere id, quod  
Hactenus in tenebris latebat.  
Verum fateri si liceat mihi  
(Ignosce si quid dico licentius)  
Latens in abstruso Theatrum  
Nescio quomodo sit Theatrum.  
Squallere totam Teutonium vides,  
Circumque circa BRISGOICOS agros  
In luctuosum senticetum  
(Heu miserum intuitum) rigere.  
Posset rependi Vastities ea  
Perfectius, quam si prius omnibus  
Radicibus vulsis THEATRVM  
Plantiferum super extruatur?  
Proinde ne sic omnia vepribus  
Obducat isthæc maxima vastitas  
Esto NOVUS CVLTOR, NOVUSQUE  
ELYSII REPARATOR HORTI.  
Sic fiet ut quod multoties pijs  
Phæbea votis expetijt Schola  
MAGNVM ILLVD HORTORVM THEATRVM  
Prodeat aspiciatque lucem.

*scripsit*

merito lubens

IOANNES FAVTSCHIVS Med. Prof. Ord. Acad. Frib.





S Y L L A B V S A V T O R V M,  
 quorum in hocce volumine mentio fit.

A.  
**C** *Hristophorus Acofta.*  
*Josephus Acofta.*  
 Adverfariorum Auto-  
 res.

Aëtuaris.  
 Ægineta.  
 Æmylius Cordi Scholiaftes.  
 Ælianus.  
 Æchylus.  
 Aëtius.  
 Alexander ab Alexandro.  
 Alpinus.  
 Aliaharavius.  
 Amatus Lufitanus.  
 Amerias.  
 Andernacus.  
 Anguillara.  
 Aphrodifaus.  
 Apollonij interpres.  
 Apuleius.  
 Aristides  
 Aristophanes.  
 Arnoldus.  
 Aristoteles.  
 Arnobius.  
 Arrianus.  
 Athenæus.  
 Atta.  
 Auerroes.  
 Augustani.  
 Avicenna.  
 Aufonius.

B.  
*Hermolaus Barbarus.*  
 Bellonius.  
*Alexander Benedictus.*  
*Andreas Bellunenfis.*  
*Hieronymus Benzo.*  
 Biblia Veteris & Novi Testa-  
 menti.  
 Braffavolus.  
 Brunfelsius.  
 Budæus.  
 Busbequius.

C.  
 Cæfalpinus.  
 Calepinus.  
 Camerarius.  
*Vincentius Caprilis.*  
 Caffianus.  
*Nicolaus Castellanus.*  
 Caftor.  
 Catullus.  
 Cellius.

Cicero.  
 Coelius Rhodiginus.  
 Clufius.  
 Collinutius.  
 Columella.  
 Columna.  
 Conciliator.  
*Euricyus Cordus.*  
*Valerius Cordus.*  
 Cornarus.  
 Coftæus.  
 Constantinus.  
 Curtius.

D.  
 Dalecampius.  
 Diodorus Siculus.  
 Dioscorides.  
 Didymus.  
 Digefta.  
 Dion Academicus.  
 Dionyfius Halicarnaffeus.  
 Dodonæus.  
 Donatus.  
*Caftor Durantis.*  
 Duretus.

E.  
 Erasmus.  
 Erymologus.  
 Eufebius.  
 Eufthadius.  
 Eystettenfis hortus.

F.  
 Fabricius.  
 Fallopius.  
 Fernelius.  
 Feftns.  
 Fiera.  
 Foëfius.  
 Fragofus.  
 Francus.  
 Fumanellus.

G.  
 Galenus.  
 Garzias.  
 Gellius.  
 Gentilis.  
 Gerardus.  
 Gerardus Cremonenfis.  
 Gefnerus.  
 Gorrhæus.  
 Guainerius.

H.  
*Stephanus van der Hagen.*  
 Haliabbas.  
 Hecataus.

Herculanus.  
 Herodianus.  
 Herodotus.  
 Hefiodus.  
 Hefychius.  
 D.Hieronymus.  
 Hieronymus Brunfuicenfis.  
 Hippocrates.  
 Homerus.  
*Chriftophorus Honefi.*  
 Horatius.

I.  
 Ioannes Grammaticus.  
 Ifaac.  
 Ifidorus.  
 Indiarum fcriptores.  
*Hadrianus Iunius.*

K.  
 Kyberus.

L.  
 Lacuna.  
 Langius.  
 Leo Africanus.  
 Leonicerus.  
 Lcrius.  
 Linacrus.  
 Linschotus.  
 Livius.  
 Lobelius.  
 Lonicerus.  
 Lopez.  
 Lucanus.  
 Lucianus.  
 Lucretius.  
 Ludovicus Romanus.  
 Lugdunenfis hiftoria plantarum.  
 Lycophon.

M.  
 Manardus.  
 Marantha.  
 Marcellinus.  
 Marcellus Empiricus.  
 Martialis.  
 Matthiolus.  
 Maximilianus Tranfyluanus.  
 Menander.  
 Mefues.  
*Matheus à Michou.*  
 Monachi in Mefuem.  
 Monardes.  
 Montagnana.  
*Hieronymus Montuus.*  
 Munaella.  
 Myrepfius.



N.  
Comes de Neuenare.  
Nicander.  
Nicandri Scholiaſtes.  
Nicoltratus.  
Nonius.

O.  
Olympiodorus.  
Oribafius.  
Oviedus.  
Ovidius.

P.  
Palladius.  
Paludanus.  
Pamphylus Græc.  
Pandectarius.  
Papinius.  
Paulus Ægineta.  
Paufanias.  
Pena.  
Perſius.  
*Alexander* Petronius.  
Philemon.  
Philyllius.  
Phrinicus.  
Pierius Valerianus.  
*Antonius* Pigafetta.  
*Philippus* Pigafetta.  
Plato.  
Plautus.  
Plinius.  
Plutarchus.

Pollux.  
Pona.  
Porta.  
Pfellus.  
Ptolomæus.

Q.  
Quinqueranus.

R.  
Rauvolffius.  
Renodæus.  
Rhafis.  
Ruellius.

S.  
Saracenus.  
*Julius* Scaliger.  
Schola Salernitana.  
Scribonius.  
Seneca.  
Sepulveda.  
Serapio.  
Servius.  
Simeon Sethi.  
Simon Ianuenſis.  
Solinus.  
Sophocles.  
*Io.* Stadius.  
Strabo.  
Suetonius.  
Suidas.  
Sylvaticus.

T.  
Tabernæmontanus.

Tacitus.  
Terentius.  
Thalius.  
Theocritus.  
Theocriti Scholiaſtes.  
*Io. Baptiſta* Theodoſius.  
Theophraſtus.  
Timachides.  
Trallianus.  
Tragus.  
Tryphon Alexandrinus.  
Turnebus.  
Turnerus.

V.  
Valla.  
Varro.  
Vegetius.  
*Arnoldus* Villanovanus.  
Virgilius Maro.  
*Marcellus* Virgilius.  
Vindonianus.  
Vitruvius.  
Vlpianus.  
Vopifcus.

W.  
Wekerus.

X.  
Xenophon.  
Z.  
Zoroaſter.


PLANTAS COMMVNICANTIVM NOMINA  
hoc in libro occurrentia.

**A**lbinus  
Io. Bauhinus  
Bellus  
Burſerus  
Cargillus  
Contarenus  
Cortuſus  
Doldius  
Furerus

108.a.385.  
22.a.  
398.e.  
145.c.  
273.b.  
434.e.  
325.c.  
80.c.  
232.d.

Fleiſſerus  
Francus ſenior  
Gillenius  
Imperatus  
Iungermannus  
Neudorfferus  
Saltzmannus  
Terrentius  
Vaſmarus

74.e.188.c.  
24.a.  
55.e.80.d.  
525.b.  
72.c.  
109.a.  
16.a.  
292.e.  
21.d.





SECTIONVM ET CAPITVM SERIES.

Praefatio

SECTIO PRIMA

GRAMEN.

<i>De Graminibus</i>	c.I.5.
<i>De Gramine Canino</i>	c.II.7.a.
<i>De Gramine Nodoso &amp; Bulboſo</i>	c.III.17.d.
<i>De Gramine Tremulo</i>	c.IV.22.a.
<i>De Gramine Paniculato</i>	
<i>Gramen pratense paniculatum</i>	c.V.27.b.
<i>De Gramine paniculato aruensi</i>	c.VI.32.c.
<i>De Gramine paniculato montano &amp; syluestri</i>	c.VII.36.a.
<i>De Gramine paniculato aquarico</i>	c.VIII.38.b.
<i>De Gramine Spicato</i>	
<i>Gramen Spicatum aquaticum</i>	c.IX.40.c.
<i>De Gramine Cristato &amp; Spicato pratensi</i>	c.X.42.c.
<i>De Gramine Spicato montano &amp; nemoroso</i>	c.XI.47.a.
<i>De Gramine Typhoide</i>	c.XII.49.a.
<i>De Gramine Phalaroide</i>	c.XIII.55.a.
<i>De Gramine Alopecuroide</i>	c.XIV.56.b.
<i>De Gramine Tomentoso</i>	c.XV.59.c.
<i>De Gramine Sparteo</i>	c.XVI.62.c.
<i>De Gramine Iunco &amp; Spicato</i>	c.XVII.72.c.
<i>De Gramine Cyperoide spicato &amp; paniculato</i>	c.XVIII.
82.d.	
<i>De Gramine Arundinaceo</i>	c.XIX.92.a.
<i>De Gramine Nemoroso</i>	
<i>Gramen Nemorosum glabrum</i>	c.XX.97.d.
<i>De Gramine Nemoroso hirsuto</i>	c.XXI.101.c.
<i>De Gramine Echinato, &amp; Aculeato</i>	c.XXII.106.e.
<i>De Gramine Dactyloide seu Ischemo</i>	c.XXIII.110.c.
<i>De Lolio &amp; Phoenice, siue Gramine Loliaceo</i>	c.XXIV.
120.d.	
<i>De Gramine Spica Triticea &amp; Secalina</i>	c.XXV.131.a.
<i>De Gramine Spica Brizae</i>	c.XXVI.133.a.
<i>De Gramine Hordeaceo</i>	c.XXVII.134.b.
<i>De Gramine Paniceo</i>	c.XXVIII.136.a.
<i>De Gramine Miliaceo</i>	c.XXIX.140.d.
<i>De Gramine Sorghino</i>	c.XXX.141.e.
<i>De Aegilope seu Festuca &amp; Bromo herba</i>	c.XXXI.143.a.
<i>De Gramine Auenaceo, tam lanuginoso, quam non lanu- ginoso</i>	c.XXXII.153.d.

SECTIO SECVNDA

159.a.

IUNCVS, NARDVS, CYPERVS, GALANGA,  
SPARGANIVM, VVA MARINA, ET EQUI-  
SETVM.

<i>De Iunco</i>	c.I.159.a.
<i>De Iunco Odorato, siue Aromatico</i>	c.II.163.a.
<i>De Iunco Acuto</i>	c.III.173.a.
<i>De Iunco Lenu</i>	c.IV.177.a.
<i>De Iunco acumine reflexo</i>	c.V.184.b.
<i>De Iunco capitulis equiseti</i>	c.VI.186.b.

1.	<i>De Iunco capitulo lanuginoso &amp; Lembycino</i>	c.VII.
5.	187.d.	
	<i>De Iunco Florido</i>	c.VIII.188.d.
	<i>De Nardo eiusque differentijs</i>	c.IX.191.a.
	<i>De Nardo spuria Narbonensi</i>	c.X.203.e.
	<i>De Cypero &amp; ejus speciebus</i>	c.XI.205.b.
	<i>De Cypero Rotundo odorato</i>	c.XII.208.d.
	<i>De Cypero Rotundo inodoro</i>	c.XIII.213.d.
	<i>De Cypero Longo odorato</i>	c.XIV.216.c.
	<i>De Cypero Longo inodoro</i>	c.XV.219.c.
	<i>De Cypero Esculento</i>	c.XVI.221.e.
	<i>De Sparganio</i>	c.XVII.227.d.
	<i>De Polygono baccifero</i>	c.XVIII.232.e.
	<i>De Equisetis ejusque speciebus</i>	c.XIX.239.c.

SECTIO TERTIA.

255.

ARVNDI, PAPIRVS, TYPHA.

<i>De Arundine seu Calamo</i>	c.I.255.a.
<i>De Arundine Inodora</i>	c.II.264.b.
<i>De Arundinibus Indicis</i>	c.III.285.d.
<i>De Arundine Saccharifera</i>	c.IV.293.b.
<i>De Saccharo factitio &amp; conficiendi modo</i>	c.V.302.b.
<i>De Saccharo Cando</i>	c.VI.314.a.
<i>De Saccharo Penidio</i>	c.VII.317.b.
<i>De alijs Arundinibus Indicis</i>	c.VIII.319.c.
<i>De Arundine Indica latifolia</i>	c.IX.321.b.
<i>De Papyro</i>	c.X.323.d.
<i>De Typha palustri</i>	c.XI.335.c.

SECTIO QVARTA.

343.

TRITICVM, ZEA, HORDEVN, SECALE,  
AVENA, VSTILAGO, ORYZA, MILI-  
VM, PANICVM, PHALARIS.

<i>De Frumento in uniuersum</i>	c.I.343.a.
<i>De Tritico &amp; Siligine</i>	c.II.348.a.
<i>De Tritico Rufo semine oblongo &amp; aristis longioribus</i>	c.III.368.d.
<i>De Pane &amp; generibus Panis</i>	c.IV.374.d.
<i>De Pane in India usitato</i>	c.V.384.d.
<i>De Pane Triticeo</i>	c.VI.386.c.
<i>De Tritico Tiphino &amp; de Tiphia cereali</i>	c.VII.392.b.
<i>De Tritico Syluestri</i>	c.VIII.396.d.
<i>De Chondro &amp; Alica</i>	c.IX.397.b.
<i>De Trago</i>	c.X.404.d.
<i>De Amylo</i>	c.XI.405.e.
<i>De Athara, Pulre &amp; Glutine</i>	c.XII.409.b.
<i>De Zea siue Semine</i>	c.XIII.411.a.
<i>De Zea Amylea siue Olyra</i>	c.XIV.419.a.
<i>De Zeocritose seu Oryza Germanica</i>	c.XV.421.d.
<i>De Zeopyro seu Tritico spello</i>	c.XVI.423.a.
<i>De Secali &amp; Farragine</i>	c.XVII.425.b.

De



<i>De Hordeo</i>	c.XIIX.435.c.
<i>De Pane Hordeaceo</i>	c.XIX.448.a.
<i>De Ptisana</i>	c.XX.449.d.
<i>De Polenta</i>	c.XXI.453.c.
<i>De Maza</i>	c.XXII.456.b.
<i>De Crimno siue Farina crassiore. &amp; Pulve</i>	c.XXIII.457.c.
<i>De Malto siue Byne</i>	c.XXIV.458.d.
<i>De Potione ex Hordeo</i>	c.XXV.460.a.
<i>De Hordeo exotico caustico</i>	c.XXVI.467.c.
<i>De Bromo siue Auena</i>	c.XXVII.468.d.
<i>De Vstilagine</i>	c.XXIIIX.475.c.
<i>De Oryza</i>	c.XXIX.479.b.
<i>De frumento Indico duplici</i>	c.XXX.488.a.
<i>De Frumento Indico tertio Mays dicto</i>	c.XXXI.490.b.
<i>De Milio</i>	c.XXXII.500.d.
<i>De Milio Arundinaceo siue Indico Sorgo dicto</i>	c.XXXIII.510.d.
<i>De Panico</i>	c.XXXIV.516.a.
<i>De Sefamo</i>	c.XXXV.524.a.
<i>De Eryfino cereali foliohederaceo, siue Frumento Sar- resenico</i>	c.XXXVI.529.c.
<i>De Phalaride</i>	c.XXXVII.534.a.

SECTIO QUINTA 537.  
ASPHODELVS ET PHALANGIVM.

<i>De Asphodelo</i>	c.I.537.a.
---------------------	------------

<i>De Asphodelo luteo &amp; Pseudoasphodelo</i>	c.II.549.c.
<i>De Phalangio</i>	c.III.553.a.

SECTIO SEXTA 559.

XYRIS, IRIS, ACORUS, GALANGA, ZINGIBER, ZEDOARIA, COSTVS, CURCVMA ET CROCVS INDICVS.

<i>De Xyride seu Spatula foetida</i>	c.I.559.a.
<i>De Iride ejusque differentijs</i>	c.II.565.a.
<i>De Iride latifolia</i>	c.III.570.d.
<i>De Iride latifolia peregrina</i>	c.IV.579.a.
<i>De Iride latifolia Germanica &amp; Pannonica</i>	c.V.584.b.
<i>De Iride latifolia Belgica</i>	c.VI.589.a.
<i>De Iride biflora</i>	c.VII.592.a.
<i>De Iride Lutea</i>	c.VIII.594.e.
<i>De Iride angustifolia</i>	c.IX.596.b.
<i>De Chameride</i>	c.X.606.a.
<i>De Iridum viribus &amp; usu</i>	c.XI.615.d.
<i>De Acoro siue Calamo aromatico Officinarũ</i>	c.XII.624.e.
<i>De Acoro adulterino seu Acoro Officinarũ</i>	c.XIII.633.b.
<i>De Acoro adulterino Aquitanico</i>	c.XIV.637.b.
<i>De Galanga</i>	c.XV.637.e.
<i>De Galanga majore Acostra</i>	c.XVI.645.a.
<i>De Zingibere</i>	c.XVII.646.d.
<i>De Zedoaria</i>	c.XIIX.657.c.
<i>De Costo</i>	c.XIX.667.a.
<i>De Curcumate</i>	c.XX.679.a.







CASPARI BAVHINI  
IN SVAM  
PLANTARVM HISTORIAM

P R A E F A T I O.

IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDVÆ TRI-  
NITATIS. AMEN.



**N**ARRATVRVSA que vitali spiritu animata in terris mouen-  
 tur, his omnem herbarum viriditatem ad  
 Dei Opt. Max. admiran-  
 randam sapientiam, cle-  
 mentiam & bonitatem,  
 in tot millibus planta-  
 rum creandis, S. Tri-  
 dem supplex oro, vt mi-  
 hi misello, suo S. Spi-  
 ritu adesse velit, quò ipsius miracula expo-  
 nere possim, ad altissimi sui Nominis glo-  
 riam, ad Humani generis vtilitatem, cum  
 sine ipsius auxilio a nobis nil, at ipsius ope  
 omnia præstari possint. Verum ergo, ô æ-  
 terne Deus, Spiritum Botanicum animo  
 meo infunde, ut nil, nisi vera dicam, utilia  
 promam, ut nil arrogantia, vel cauillandi  
 spiritu ductus, scribam. Aperi, Domine,  
 & illumina oculos & mentis & corporis, vt  
 non modò considerare, sed & proferre pos-  
 sim miracula tua, in Arborum & Herbarum  
 creatione *a*. Tuo enim iussu terra, tertio  
 Creationis die, Stirpes dedit, Herbas frugife-  
 ras, & arbores fructiferas, quæ suo quæq; in  
 genere, fructu ederent, & in quibus in terris  
 suum semen inesset *b*. Tradidisti, sexta die,  
 homini, omnes herbas, quæ sunt in omni  
 terræ solo frugiferae, omnesq; arboreo foetu  
 præditas arbores, semen parientes, quibus ad  
 alimentum vteretur. Sic *c* bestiis terrestri-  
 bus omnibus, aërisq; volucibus, & quæcun-  
 que vitali spiritu animata in terris mouen-  
 tur, his omnem herbarum viriditatem ad  
 pastum dedisti. Procreasti *d* enim ex terrâ,  
 cum omnis generis arbores, & ad aspectum  
 pulchras, & ad vescendum accommodas:  
 tum Arborem vitalem in medio pomarij,  
 arborem inquam, scientiæ boni & mali.  
 In *e* quod pomarium Edenis hominem ad-  
 duxisti, ibique eum constituisti, ut id cole-  
 ret & tueretur: & ut omnibus *f* pomarij  
 arboribus vesceretur, permisisti, sed, ut, ab  
 arbore *g* scientiæ boni atque mali abstine-  
 ret, præcepisti: nam si eâ vesceretur mori-  
 turum. Te, DOMINE IESV, imploro, qui  
 vnicus es & animæ & corporis Archiater,  
 cum à superis vires ipsis herbis & lapidibus  
 influxerint, quæ cognita fuere antequam  
 Eua à serpente decepta, primo parenti fru-  
 ctum arboris vetiti, eiusque esu à Domino  
 interdici, exhibuisset *h*, quando post-  
 modum terrestribus herbis vesci coactus:  
 largire clementer, ut rectè herbarum vires  
 promam & proponam. Quare, ô Sancta  
 Trinitas, te ardentissimis & supplicibus  
 votis inuoco, vt meo instituto cle-  
 menter adesse digneris.  
 Amen.

BASILEÆ, xxvii. Ianuar:  
 CI<sup>o</sup> I<sup>o</sup> C XXI.

\* \* \* \*

*a* Genes. 1. 7. 11. & 12. *b* Genes. 1. 7. 29. *c* 7. 30. *d* Gen. 2. 7. 9. *e* Gen. 2. 7. 15. *f* 7. 16. cap. 3. 7. 2. *g* 7. 17. cap. 3. 7. 3. *h* Gen. 3. 7. 18.



## PLANTARVM HISTORIAM

vniversam, Trinuno iuuante, proposituri, à GRAMINE exordiemur: & licet Gramen generali vocabulo quamcunque HERBAM denotet, quod Ciceronis *a* testimonium comprobatur, magis tamen propriè GRAMEN ambitu suo plantam vniversam, quæ folia & ideam segetum profert, amplexatur: quare ab his, & quidem ab ijs, quibus propriè GRAMINIS nomen competit, initium faciemus: idque duplici de causâ: partim, quòd Gramen ipsum *b*, inter herbas vulgatissimum sit: partim verò, quòd apud veteres magno in honore fuerit. Apud Romanos namque Imperator victoriâ potitus, GRAMINEA *c* CORONA, quâ nulla fuit nobilior, tanquam gloriæ præmio, coronabatur. Gemmatae enim & aureæ, vallares, murales, rostratae, ciuicæ, triumphales, post hanc fuere, fueruntque cunctæ magno interuallo, magnaque differentia: siquidem cæteras omnes, singuli & Duces ipsi, Imperatoresque militibus, aut aliquando collegis dedere: quas etiam Senatus Romanus, curâ belli solutus, & populo otioso, in Triumphis decreuit. At GRAMINEA, tanquam suprema, nulli contigit, nisi ab vniverso exercitu seruato, decreta, quam solam miles Imperatori dabat, tanquam vniversi exercitus vnus virtute seruati, & pacis factæ signum. Dabatur hæc viridi è gramine, decerpto inde vbi quis obsessos (quare obsidionalis *c* vocabatur) liberasset, cum totius castrî abominando exitio. Eiusmodi corona plures Romanorum fuere donati: ut ex Plinio *d* & Alexandro *e* ab Alexandris colligere est: fortè quòd ab antiquis *f* Gramen

Marti consecratum fuerit, qui id ex humano cruore procreatum credidere: vnde & Sanguinalem *g* vocarunt: Etsi quidam Saturno *h*, tanquam ab eo primo fatum, tribuant. Sic Glaucum, huius herbæ cibo, immortalitatem consequutum, Athenæus ex hisce Æschrionis Samij Poëtæ versibus existimat: *ἡ θεὸν ἀργεῖσιν εὖρες λὺ κρόνον καλέσασθαι*. Decorumque Tu gramen inuenisti, Saturnus quod severat. Etsi *i* quidam non gramen, sed Polypodium herbam fuisse scribant: Et Athenæus *k* Semperuiuum velit esse herbam, quâ comesâ Glaucus Deus marinus factus sit. Veruntamen apud antiquos summum signum victoriæ erat *c*, Herbam porrigere victos, hoc est, terra, & altrice ipsa humo & humatione etiam cedere: (hinc apud Festum Pompeium prouerbium, Herbam dare, quo eum nos victorem agnoscere significamus:) qui mos, etiam apud Germanos, tempore Plinij durauit, quamuis nunc fortitudinis & industriæ corona, apud Germanos, non ex Gramine, sed ex varijs floribus & herbis, contexta, exhibeatur, licet certis quibusdam diebus solennibus, vt in noui Magistratus inauguratione, Gramen per areas etiamnum spargere consueuerint. Et *l* apud Nigritas in Orientali India, sibi de aduentu suorum gratulantes, lætum pæana canentes, totos gramine euulso conspergere solent.

Hæc ergo causâ fuit, quæ me mouit, vt à GRAMINVM historiâ ordiner, quò tali coronâ, si quid in hoc opere laude dignum præstarem, donarer, & exoptatum finem assecutus, Gramine conspergerer.

*a* 2. de finibus. *b* Plin. lib. 24. c. 19. *c* Plin. lib. 22. c. 3. 4. & 5. *d* lib. 22. c. 5. & 6. *e* lib. 18. c. 22. *f* Hermolaus Barbarus lib. 4. Coroll. 640. Ruellius lib. 1. cap. 20. & lib. 3. c. 91. *g* Marcell. Virgil. lib. 4. in Dioscorid. cap. 31. *h* Athenæus l. 7. Vide & Apolloni interpretem, & Erasmus in Adagio, Glaucus comesâ herbâ habitat in mari, & Glaucus poto melle resurrexit. *i* Dalechampi in notis in Athenæum lib. 7. *k* lib. 14. *l* Linschotus, part. 2. Indiae Orientalis, cap. 4.





## LIBER PRIMVS.

## SECTIO PRIMA

## DE GRAMINIBVS.

## CAPVT PRIMVM.



**GRAMEN** à gradiendo, siue A  
 progrediendo serpendoue,  
 quòd a geniculatis viticulis  
 per terram mirificè repat, no-  
 men habet: vel à gignendi  
 foecunditate, siquidem crebrò à se nouas  
 radices spargat, idque non tam, vt terram  
 amœno virore ornet, quam vt eius per-  
 enni prouentu bobus & iumentis pabulum  
 suppeditet: nonnulli b *Αἰγρον*, quòd capris  
 gratum sit pabulo (*αιξ* capram significat)  
 appellauere. Sic & *ἀμαξίν*, quòd iugo c B  
 carpentisque seruientia iumenta, eo passim  
 vescantur, siue sit d viridè, siue in foeno sic-  
 catum. Vnde in Sarmatia, ubi Cramina sub  
 niuibus lætissima sunt, sibi iumenta hyeme,  
 disiecto vngulis gelu, carpunt, Scaligero e  
 teste. Ast, communi apud Græcos nomi-  
 ne f *Ἀγρωσις*, quasi agrestis, *ἀγρὸν τῶν ἀγρῶν*,  
 dicitur, eò quòd in agris vbiq; sponte, quo-  
 vis coelo & solo, etiam non satum, nec cul-  
 tum, luxuriet. Cretensium vulgus Græcum  
 nomen seruat, dicens Agrosti. *πῶα* Theo- C  
 phrasto g & *πῖν* Homero h, id est, Her-  
 ba, quasi Gramen omnium herbarum vulga-  
 tissimū sit: quare Gallis absolute de l'Herbe  
 appellatur, ad imitationem Poëtarum, apud  
 quos plerumque, pro omni herbarum gene-  
 re Gramen accipitur. Ægyptijs *Αἰγροφί*: Ara-  
 bibus, vt Serapioni *Vegem* id est *Thel*, id est  
*Negil: Vagem, Negen* seu *Negien*. Germanis,  
*Gras*. Danis, *Grass*. Belgis & Anglis, *Gras*.  
 Gallis, de l'Herbe, *Grame*. Italis, *Gramigna*. Hi-  
 spanis, *Grammba, Grama, Yerua*. Sclauonis & D  
 Polonis, *Tráwa*. Bohemis, *Payranet Tráwa*.

**GENERA.** Etsi quatuor tantum genera  
 Dioscorides i fecerit: *Ἀγρωσιν* primum: al-  
 terum *καλαμάρωσιν*, in Babyloniæ regione:  
 tertium quod in Parnasso monte gignitur:  
 & quartum quod in Ciliciâ prouenit & ab  
 indigenis Cinna nominatur: quæ à k sein-

vicem tum figurâ, tum facultate multum  
 discrepant. At Theophrastus nullam diffe-  
 rentiam notauit. Ipse verò Plinius l similiter  
 quatuor genera recensuit: cui primum  
 geniculatum: alterum quod in Parnasso:  
 tertium aculeatum, quod trium generum:  
 primum, cuius in cacumine plurimum qui-  
 ni aculei, *Dactylon* vocant: alterum, quod  
*Aizoo* simile est: tertium genus *dactyli*, quod  
 tenuius in parietinis & in tegulis prouenit:  
 quartum denique *Babylonicum*, quod iuxta  
 vias nascitur. Sic quoque posteriores plu-  
 res Graminum differentias proposuerunt:  
 tantus tamen, tamque varius in his naturæ  
 lusus, ut præter varietates tam à prisicis, quam  
 à recentioribus m propositas, plures aut præ-  
 termisse, aut neglectæ adhuc dentur, de qui-  
 bus in progressu. Ex his quædam in usum  
 Medicum veniunt, quædam verò non. Et  
 rursus, horum quædam animantia depascun-  
 tur, ita ut non solum viridia, sed & sicca ipsis  
 pabulo sint, quæ in pratis potissimum pro-  
 ueniunt, & angustis folijs, & gracilibus cul-  
 mis prodeunt. Quædam sunt spica simpli-  
 ci, ut panici, milij, lolij, hordei, tritici, aut  
 alterius frugis (nam in hanc classem Bromi,  
 Phœnicis, Lolij, Hordei, vt & Auenæ syl-  
 uestris species, cum & ipsa graminei gene-  
 ris sint, retulimus) quædam vel cum Ari-  
 stis, vt *Hordeum murinum*: vel sine Aristis,  
 vt *Cauda vulpis*. Quædam verò inæquali  
 sunt spicâ, eaque vel ramosa, vel ex racemu-  
 lis constante, vel alio modo disiunctis semi-  
 nibus. Sic quædam propriam spicam, aut  
 iubam, aut comam, aut paniculam profe-  
 runt. Quædam denique parum, aut nihil  
 utilia sunt, & horum quædam locis palu-  
 stribus & vdis: quædam verò aridis & apri-  
 cis prodeunt. De quibus ordine: à grami-  
 ne Canino, cum eius in Germaniæ of-  
 ficinis vsus sit, initio factò.

a *Discor. lib. 4. c. 20.* & *Serapio de temper. simpl. c. 119.* b *Diosc. in nothis. Marc. Virgil. in Diosc. lib. 4. c. 31.* c *Gorraeus in Definis. Marantha meth. cog. simpl. lib. 1. c. 5.* d *Plin. lib. 24. cap. 19.* e *in lib. 3. de caus. pl. Theoph. cap. 28.* f *Aristot. 5. hist. 19. Theoph. 1. hist. 10. 4. hist. 17. 6. caus. 10. Diosc. Gal. Orbas. 15. Coll. Æginetæ lib. 7. Actio tetrabil. 1. serm. 1. c. 3. g 7. histor. 9. h Iliad. & Herodoto. i lib. 4. c. 20. & Serapio de simpl. temp. esp. 119. k *Marantha lib. 1. c. 9. l lib. 24. cap. 19. m Dodonæo 17. Lobelio 47. Lugdun. hist. 47. Tabern. sexaginta & aliquos.**




DE GRAMINE CANINO

CAPVT II.

I. GRAMEN CANINVM ARVEN-  
SE S. PRIMVM S. GRAMEN DIOSCORID.  
ET OFFIC.

*Inulcum repens, L. sp. 128. nuc. det.*



**I.** GRAMEN, quod in vsum Medicum apud Germanos est receptum, Dioscorides sic *a* descripsit: Gramen viticulas habet geniculatas, per terram repentes, quæ à suis articulis, radices dulces, geniculatas spargunt: folia acuminata, dura, lata, ceu arundinis parvæ, quibus boues & iumenta pascuntur. Et Theophrasto Agrostis siue Gramen, radices *b* geniculatas *c* habet, ceu Arundo: oblongas *c*, obliquè adhærentes *d*, numerosas, deorsum turgentes, viresq; intendentes, ob quã causam difficulter interit ac diuturnius est: è singulis geniculis germen sursum, radix subtus erumpit *e* dulcis: reliqua **E** verò minimè radicibus respondent, quia superiora nimium sicca inferiora roscida sunt: sapor autem neq; in siccitate, neque in humiditate nimia consistere potest: idcirco

**A** Graminis radices dulces sunt, partes verò superiores causa siccitatis insuaves & prope modum insipidæ: quare radices suam dulcedinem seruant, vsq; quo resiccantur, resiccatae statim eam amittunt: folia *f* Algæ habet, sed multo minora: caules cum tota parte superna breues imbecillesq; sunt: infernae verò partes magnæ frequētes & validæ (quo ad vires.) Hoc Gramen dactylon secundum esse censemus, quod infra proponetur. Nostrum verò, ex radicibus longè lateq; sub terrâ repentibus, quibus velut inter-  
**B** mortuū sese propagat, candidis, geniculatis, sibi inuicem implicitis, gustu subdulcibus, quæ pluribus locis emicantes progerminant, & culmos rotundos sesquipedales, aut paulò longiores, quatuor aut quinque geniculis distinctos, emittunt, vnde folia erumpunt, basi caulem instar vaginæ ambientia, angusta, in acumen fastigiata, duriuscula, arundini similia, sed minora: spica ex breuibus vtriculis densè confarctis, constat: flore est pallido, femine aspero. Aliquando non spicam, sed iubam *g* Milij aut Arundinis, minorem **C** tamen ac rariorem habet.

**LOCVS.** In agris frumentariis potissimum, rarius locis arenosis, non autem in pratis prouenit: frugum vitium ac pestis, & agricolis exosum, qui procisso agro, radices rastris erutas & collectas, & autumno & vere, ne renascantur flammis exurunt: cum tam pertinacis vitæ sit, vt etiam radices semiaridæ terra obrutæ, reuifescant: & cum mirè ferax sit, pabulum frugibus, vicinisque plantis furripit, radicibus totam terræ pinguedinem ad se attrahentibus. Floret æstate vnâ cum frugibus: at radices in vsum autumno leguntur.

**NOMEN.** Dicitur gramen Caninum, seu Gramen Officinarum: Caninum vocamus, ad imitationem Plinij *h*, cui Canaria dicitur, quòd eam canes inuenerint, qua fastidium deducunt, eamque in nostro conspectu mandunt, sed ita, vt nunquam intelligatur quæ sit, etenim depasta cernitur. Sed hoc fabulosum, nimis credulus Plinius refert: licet enim quotidie videre gramen, à canibus rosam & vomitu cum pituitâ reiectū, sic vorandi auiditatē molientibus, sed de hoc infra cap. xxii. in Gramine Dactyloide secundo. Quare quibusdam Cynagrostis: alijs Dens canis *i*, & gramen acuminatum,

*a* lib. 4. cap. 30. & Serapio de temp. simpl. c. 119. *b* 1. hist. 10. *c* 4. hist. 7. *d* 4. hist. 11. *e* 6. caus. 16. *f* 4. hist. 11. *g* Dodonæus. *h* lib. 25. cap. 8. *i* Ruell. l. 2. c. 62. & l. 3. cap. 91.



à foliorum primò prodeuntium forma. Verùm Ruellius *k* Canariam, quam etiam herbam canis suos appellare scribit, paulo aliter descripsit: humilis est herbula, folijs tritici multo minoribus, calamulo tenui, geniculis pyxidatim coherentibus, articulatis internodijs modo tibiarum in se infarctis, quæ tracta suis à vaginulis exeruntur, euanida spicæ loco panicula, ita vt folio & culmo triticum, cacumine arundinem æmuletur. Gramen, Dioscoridi, Ruellio, Dodonæo, Cordo *l*, Castori Durantis: Gramen Dioscoridis, Gesnero *m*: Gramen caninum medicatum, Aduersarijs, Lobelio: Gramen Canarium, Eidem *n*: Gramen caninum, seu canarium primum, Tabernæmontano: Gramen Caninum, Gerardo: Gramen vulgare Dodonæi, Lugdunensi historia: Graminis primi Dioscoridis species maior, Thallio. Germanis, *Gras / Hundsgras / Hundsgrahn / Queckgras* Saxonibus à iumentis, quæ eâ herbâ delectantur: eius siquidem radice, multi equos æstate, cum nulla alia herba vi- ret, reficiunt. Quæ enim ipsis iumentum significat. Belgis, *Ledtgras, Hontsgras, oft peck poien*: Anglis, *Coubagrass, or Dogsgras, or Quick gras*: Gallis, *Dent de chien, & chien dent*: Italis, *Gramigna*: Hispanis, *Gramenha & Grama*.

**QUALITAS.** Herba ipsa primo excessu refrigerat, in humiditate verò & siccitate moderata (siue *o* in medio constituta) Galeno *p*. Radix in qua præcipua vis, & vbi mollis fuerit dulcis & esculenta, Galeno *q* modice frigida & sicca (hoc est in ordine primò) mordacitatem quandam exiguam, & partium tenuitatem obtinēs (quare nonnullis aliquid *r* caliditatis habet:) Oribasio *s* aliquid acrimoniæ & adstrictionis: & Fernelio *t*, subadstringens & suavis. Succus, (cum sapore sit, quem alij aquosum, Aetius *u* verò mediocriter dulcem vocat) est inter caliditatem & frigiditatem manifestâ in medio. Semen vulgo nascentis debile est: at ei quod ex Parnasso, vis siccatoria, tenuium partium & subacerba, Galeno *x*.

**VIRES.** Cum radix velut temperata sit, tenuis & incidentis substantiæ, idcirco citra calefactionem, viscerum infarctus referat, E colluuiem propellit & detergit. Hepatis *t* infarctus soluit, roburque tuetur, ictericis: *y* & nephriticis renum obstructiones aperit.

Ad tormina *z*, vrinæ difficultatem (eam mediocriter mouendo) & vesicæ vlcera, decoctum eius potum, efficax. Vesicæ excrementa calculosa comminuit: &, ut Oribasius *a*, lapides frangere quandoq; consuevit: hinc Plinius, quidam propter vesicæ cruciatus, gramen vino decoctum ad dimidias, à balneo bibi iubent. Ad lumbricos infantum necandos & expellendos, eius decoctum recentiores *b* commendant. Contra *c* morsus animalium venenatorum decoctum radice in vino, ad vncias tres vel quatuor, manè & vesperi vtiliter propinatur. Aqua ex radicibus vernali, aut autumnali tempore, diligenter mundatis & concisis, in balneo Mariæ lento igne elicitur: dein ad aquæ extractæ libram quamlibet, radice crassiusculè contusæ, vncia vna additur, simul per horas viginti quatuor in balneo Mariæ macerantur, tum rursus destillantur, & tandem in sole debito modo rectificatur. Huius vnciæ duæ vel tres, manè & vesperi assumptæ & cum potu ordinario commistæ, obstructiones hepatis, lienis, renum tollunt, vrinam promouēt, vesicam expurgāt, calculum expellūt, lumbricos necāt, & expellunt. Hæc quia frigida est, idcirco in pretio habenda, cum per pauca sint medicinæ natura frigida quæ calculos frangant & vrinam promoueāt: nam propter dulcedinē quam habet diureticum temperatum est. Sunt qui in eundem vsum radice recentis concisæ manipulis quatuor, aquæ fontanæ libras quatuor affundunt, per horas viginti quatuor in balneo Mariæ macerant, dein aquam eliciunt. Sic, in officinis aliarum aquarum modo extractam habent, ad *d* urinam mouendam & lapillos frangendos. Vinum quoque ex radicibus rectè mundatis, vindemiarum tempore, musto affuso, eo modo quo cætera vina medicata, parari potest: cuius Arnoldus de Villa noua *e* meminit: quem tamen, non Gramen caninum, sed Polygonum mas, pro Gramine antiquorum fuisse Tabernæmontanus voluit: & huius vini vsus ad prædictos affectus, maxime ad venarum mesaraicarum obstructiones commendatur. Addit Villanouanus, &, quod præcipuum in eo est, bibitum, dolores iuncturarum, podagricorum & arthriticorum statim mitigat, materias morbi ad vias vrinæ conuertens & deriuans. Radi-

*k* l. 2. c. 130. *l* l. 4. c. 30. in *libro de hortis Germaniæ. n* historia Belgica & in iconibus. *o* Oribas. 2. synopsis. 13. & 18. & 2. virt. simpl. 1. *p* 6. simplis. Oribas. & Aetio tet. 1. ser. 1. *q* Aetio loc. cit. *r* Erasauolo in examine simplic. 5 14. Col. 10. & Aet. loc. cit. *t* l. 5. meth. med. c. 23. *u* retr. 1. serm. 1. in principio. *x* 6. simpl. & Aegin. l. 7. *y* Fernel. 5. Meth. med. 4. *z* Diosc. l. 4. c. 30. Plin. l. 24. c. 19. *a* 2. virtus. simpl. 1. & Aetius: at Aegineta de eo quod in Parnasso. l. 7. *b* Matthiolus: Dodonæus: Renodæus l. 1. f. 4. c. 18. *c* Tabernæmontanus: *d* Amatus l. 4. in Dioscorid. *e* marra. 32. *e* libello de vinis.



cis *c* & seminis puluis, drachmæ vnius, vel vnius & semis pondere cum vino assumtus, calculum expellit. Semine *f* etiam ad obstructions viscerum, aliqui Apuleium imitati, vtuntur: cuius puluerisati drachma vna, cum vino, in alij fluoribus & vesicæ vlceribus, exhibetur. Hæmoptoicis conuenit succus radicis recentis, manè & vesperi ad vncias duas assumtus (sed de Gramine nodoso intelligendum censemus:) & ad vncias tres epotus lumbricos expellit. **EXTRINSECVS.** Herba instar cataplasmatism *g* imposita refrigerat, sed non valenter: capiti circumdata, sanguinis è naribus fluxiones sistit: &, quod è graminum genere septem internodia habet, efficacissimè capiti contra dolores adalligari Plinius *h* scribit. Oculorum *i* feruorem mitigat, radix viridis contusa & palpebris imposita. Dentium dolorem aufert decoctum radicis in vino, si calidum ore detineatur. Dolorem ventris à lumbricis causatum mitigat & mortuos expellit, si decocto radicis in aqua, venter fomentetur. Ischuriam & vrinæ stillicidium tollit & vrinam suppressam promouet, radix decocta & instar cataplasmatism pubi applicata. Lumbricos infantum expellit, cum Violaria & Portulaca contusa, in aceto decocta, si instar emplastri ventri imponatur & sæpius reiteretur. Ad splenis dolores ipsam herbam Apuleius decoquere, & cum ea florem terere & cum panno imponere iubet. Vulnera (vlcera *k* Oribasius) cruenta glutinat radix trita & imposita. Succus auribus purulentis instillatus, medetur: &, si cum eo os colluatur, gingiuas à putredine conseruat. Tandem vt Vegetius *l* refert, huius radice cum hordeo veterinarij ad boves saginandos vtuntur.

**II. GRAMEN CANINVM VINEALE:** radice est alba, tenui, repente, geniculis distincta, ex quibus fibræ capillares in terram defiguntur: culmos habet tenues, læues, geniculatos & reclinatos: ex quorum singulis geniculis, folium atrovirens, angustum, duas trè vncias longum, prodit: culmorum summo panicula breuis, parumq; expansa, ex paruis glumis composita, infidet.

**Locvs.** In vinearum vijs, solo aliquantum duriore, circa æstatis initium Basileæ reperitur.

**III. GRAMEN CANINVM, LONGIVS RADICATVM MAIVS:** hoc radicibus est primo

**A** & vulgato habitioribus, corpulentioribus & dulcioribus: culmis aliquantum villosis, paniculis latis, sparsis, acerosis, in reliquis primò haud ab simile, cuius vsus esse potest ad eos affectus, quos sub primo recensuimus.

**Locvs.** Lobelius *m*, huius, inquit, Canini Graminis haud à vulgato Gramine medicato dispar natura, quod ex amœnissimis, glareosis, sabulosisque ambulacris, vicinisq; locis, iuxta nouum Medicum hortum, Nobilissimi Baronis Eduardi Zouche eruitur: & hoc Gramen vnà cum alijs, à Clariss. Lobelio accepimus.

**NOMEN.** Gramen Canarium, longius radicatum latiore panicula, Lobelio *m*.

**IV. GRAMEN CANINVM, LONGIVS RADICATVM MINVS:** hoc, Lobelio describente, radicibus prætenuibus, reptantibus, cirratis, geniculatis, Graminis Canini vulgaris gustu non dissimilibus & efficacitate paribus, coloris ex fusco albidi est: Folijs verò sesquiuncialibus, iuxta radicem pluribus, paruis & angustis: in spithamæis autem tenuibus cauliculis, iuxta genicula tribus, rarò pluribus: latiore item panicula.

**Locvs.** Glareosis, obsoleto & inculto agro hoc quandoque occurrit.

**NOMEN.** Gramen Canarium longius radicatum, latiore panicula minus, *m* Lobelio.

**V. GRAMEN CANINVM SUPINVM PANICVLATVM, FOLIO VARIANS:** hoc, ex radicibus tenuioribus cirrosis, cauliculos recuruos emittit, humi prostratos, valde tenues, teretes, geniculis frequentibus interceptos, ad quæ primum folia, palmaris ferè longitudinis, angusta prodeunt: dein etiam inter hæc folia, & ipsorum genicula singula, cespes aliquando subrotundus, ex plurimis paruis oblongiusculis & strictissimis folijs compositus, prorumpit: ad quorum inferius tuber, quo ipsa ex geniculis prorumpunt, noui cirri emergunt, qui denuo in musco comprehendentes nouarum plantularum origines existunt: quemadmodum, Thalius *n* monet, qui florum non meminit. At, hoc caulem palmarem, eumq; nudum proferre in Italia obseruauimus, qui in paniculam tenuissimè diuisam absumitur, quemadmodum figura nondum sculpta eleganter exprimit.

**Locvs.** Passim in Harcyniâ: etiam Stolbergæ, in pratis vliginosioribus, ex musco

*f* Lobelius in observationibus. *g* Oribasius 2. virt. simpl. 1. *h* lib. 24. cap. 19. *i* Tabernamont. *k* 2. virt. simpl. 1. *l* lib. 3. c. 1. *m* in Adversariorum parte alterâ. *n* in Harcynia Saxonia Thuringicâ.




terrestri, qui candidus vt plurimum est, nō nunquam etiam rubens, non infrequenter prodit, Thallio referente. In Italiā collegimus, sed locus natalis memoria excidit.

NOMEN. Graminis primi Dioscoridis species minima, Thallio.

V I. GRAMEN CANINVM SVPINVM PANICVLATVM DVLCI: ex radice oblonga, capillata & nigra, folia pauca, læuia, viridia, angusta, uncias tres quatuorue longa prodeunt: inter quæ calamus tenuis, internodijs distinctus, folijs paucis, oblongis cinctus, supinus primum, mox palmi altitudine erectus, paniculam tenuem, albam, glumis exiguis donatam, sustinet.

Locvs. In Anglia, agris Londinensibus vdis gaudet: vnde D. Lobelius, Graminis dulcis nomine misit.

### VII. GRAMEN CANINVM SVPINVM MINVS.




VII. GRAMEN CANINVM SVPINVM MINVS. Aliud Graminis canini genus supinum reperitur, à cuius radice capillari, viticulæ plures recurvæ prostratæ, internodijs extuberantibus donatæ oriuntur, vnde noui cirri emergunt, & radiculæ sparguntur, quæ in terram defixæ, nouarum plantarum originis existunt: folia, quam in primo angustiora, sed copiosiora: spicæ pauca, expansæ ex atro rubore splendentes.

Locvs. In agris cultis prouenit.

NOMEN. Gramen caninum supinum, Lobelio o & Gerardo: Gramen caninum supinum secundum, Tabernæmont. quibusdam Gramen canarium minus. Germanis,

A Klein oder ligend Hundsgras. Belgis, Ligghen de Peyen Gras. Anglis, Lytle Quychgras, or upright Dogsgrasse. Hoc gramen oues libenter, Lobelio monente, depascuntur.

### VIII. GRAMEN CANINVM MARITIMVM SPICATVM.



VIII. GRAMEN CANINVM MARITIMVM SPICATVM: radice est tenui, oblonga, vulgato canino simili, à qua cirri plurimi, recurui, dependentes in terram defiguntur, nouarumque plantarum exortus exhibent: cauliculo est tenui, & spica tenui, instar Graminis iuncei tertij, ex vtriculis composita: folijs semipalmaribus, oblongis, angustis, & quidem primis crassioribus, rufescentibus, subdulcibus, aciditate cum leuissima acedine admixta.

Locvs. Hoc, quemadmodum & subsequens, locis arenosis ad stagnorum decursus, & in maritimis sabulosisque aggerum Selandiæ in Wallachria prouenit.

NOMEN. Gramen geniculatum caninum maritimum, Lobelio p: Gramen caninum tertium, Tabernæmontan. Gramen caninum maritimum, Gerardo. Germanis, Mehr Hundsgras. Belgis, Cleyghbearent duynen Lidtgraas. Anglis, sea Doghgrasse:




## IX. GRAMEN CANINUM MARI-A X. GRAMEN CANINUM MARI-

TIMVUM SPICA FOLIACEA.

TIMVUM ASPERVUM S. SPICA ECHI-

NATA.



IX. GRAMEN CANINUM MARITIMUM, SPICA FOLIACEA: ex singulis, radicibus oblongis, capillatis, priori similibus, culmus vnus & alter tenuis, brevisque inter folia semipalmaria exurgit, qui in spicam crassam foliaceam, velut squammosam & durā, abit, & sapore cum priore conuenit.

Locvs. idem qui & præcedenti.

NOMEN. Gramen caninum, longius radicatum, marinum alterum *q*, Lobelio: Gramen caninum quartum, Tabernemont. Gramen caninum marinum alterum, Gerard. Germanis, Mehr Hundsgraß. Belgis, *Anderj cleyn duynen Lidtgras*. Anglis, *sea Couchgrasse*.

X. GRAMEN CANINUM MARITIMUM ASPERVUM: radicem habet ex multis fibris oblongis, capillaribus, albis & asperis compositam, ex qua ramuli plures dodrantaes, in terram primū reflexi prodeunt, calamis rotundis rufescentibus donati, quos folia latiore basi culmum complectētia (quandoq; plura simul iuncta) breuia, dura, velut in acutum fastigiata, per ambitum leuiter hirsuta, ferræ instar minutissimè exasperata, cingunt: spicæ, folliculo primū inclusæ, angustæ, ceu ex lappulis elegantissimis,

B



C

exiguus, asperis & echinatis, trifidis, alternatim dispositis, & per maturitatem spadiceis, compositæ.

Locvs. In locis arenosis & maritimis, vt in Littore Veneto, circa Anconam & Monspessulum reperitur.


NOMEN. Gramen caninum medicatum spica echinata C. Bauhini (quo nomine, in Phytopinace, ante plures annos descripsimus) Lobelio *r*. Monspeliensibus Gramen echinatum dicebatur.

XI. GRAMEN CANINUM MARITIMUM SPICATVM: ex radicibus oblongis, tenuibus, albicantibus, lignosis, leuissimè capillatis, viticulæ plures per terram repentes, rotundæ, læues, pedales, cubito etiam longiores, frequenter geniculatæ, in ramulos plures, tres quatuorue uncias, nonnunquam longiores, sursumque spectantes diuisæ, prodeunt: quæ foliola pallida, angusta, breuia & acuta alternatim, vt in Arundine vulgari disposita, cingunt: ramulorum summitatibus spica triuncialis, ex cinereo nigricans, ex pluribus vtriculis composita, insidet.

Locvs. Monspessuli ad Littus maris propè Perault, Doctor Saltzmannus collegit & transmisit.



XI. GRAMEN CANINVM MARI-  
TIMVM SPICATVM. GRAMEN NODOSVM AVE-  
NACEA PANICVLA.



XII. GRAMEN MVRORVM RADICE REPENTE: radice est repente, nigricante & capillacea: culmis pluribus, pedalibus, incuruis, tenuibus, geniculatis, quos folia pauca, breuia & angusta ambiunt: culmorum summitatibus, panicula albicans, sesquiuncialis, ex minimis glumis contexta, insidet.

Locvs. Basileæ, ad vrbis mœnia interiora, inter lapides reperitur.

~~~~~

DE GRAMINE NODOSO  
ET BVLBOSO.

CAPVT III.

CUM GRAMINIS NODOSI radices etiam in vsum Medicum veniant, merito nunc de eo agendum: cuius differentias quinque agnoscimus.

I. GRAMEN NODOSVM AVENACEA PANICVLA: radicibus est albicantibus, crassis, crebrisque tuberibus nodosis, rotundis, compressis, ternis, quaternis, etiam quinis, & velut multis nodis, sibi inuicem insidentibus, hyemis initio, postquam folia arefcere incipiunt, grandioribus, pulpa carnosâ, à quibus radiculâ fibrosâ, oblongâ, rufescētes, deorsum huc & illuc late serpentes, mittuntur: caulibus cubitalibus, aliquando tri-

cubitalibus, quatuor vel quinque geniculis distinctis: folijs oblongis, angustis, quorum quodlibet ad geniculum prodit, & caulem vaginæ instar ad alterum pene internodium ambit: paniculam siue iubam habet palmarem, tametsi non tam vt Caninum effutam, sed rariorem, auenacæ instar explicatam, tenuioribus & breuioribus aristis donatam.

Locvs. In pinguioribus agris prouenit: apud nos quidem ad Krentzachum môtē: apud Sabaudos *a* & Anglos: copiose in Ducatu *b* Brabantia, Flandriæ, Geldriæ: & saltibus *c* Thuringiæ: agris aratro profcis, radicum nodi supra terram conspiciuntur: vel terra à porcis rostro suffossa, cum ab illis mirificè expētantur. Hoc Graminis nodosi nomine in hist. Lugdunensi proponitur: eodemque capite & aliud Gramen bulbosum nodosum ex Aduersariorum opere nomine Penæ, pingitur, quod Canino graminis in omnibus prorsus simile sit, nisi quod rotunda tubercula, veluti glandulas teretes, gustu dulces, radicum anfractibus hærentes habeat, quibus illud careat: quod temperamento & viribus iisdem, quibus Caninum officinarum polleat: quod rarius sit & plerisque Europæ regionibus minus vsitatum, in Lausannæ *d* finitimis aruis & segetibus, atque etiam in Sabaudia & Angliâ copiosissimum.

*a* Aduersaria. *b* Tabernamontanus. *c* Camerarius in horto. *d* Lusitania Lugdunensis historia legis mafi.



**NOMEN.** A tuberosis radicum nodis, nodosum appellant: Graminis, vel auenæ syluestris genus, Gesnero *e*: Gramen nodosum, Lugdun. hist. Gramen tuberosum siue nodosum, Camerario: Gramen bulbosum, Tabernæmont. Gramen caninum nodosum, Gerardo: Agrosteos alterum genus, Dodonæo. Germanis, *Knollengras*. Belgis, *Knop gras*, *Knobelachtig gras*, *oft Clisterachtig gras*. Anglis, *Knobbie*, *or Knottie Dogsgrasse*, *or Couchgrasse*. Sunt qui herbam Bromon, aut Bromi herbæ speciem faciât, quam non Bromum, sed à veteribus pro legitimo gramine ac Agrosti habitum Dodonæus *f* iudicat, & ex Marcello *g* Empirico probare conatur: Herba, inquit, quæ Gramen dicitur nodorum viginti septem, in vino ad medias decocta, &c. An fortè Aegilops Bulbi genus apud Plinium *h* fuerit, cuius nomen solum inter bulbos extat.

**QUALITAS ET VIRES.** Temperamento & viribus cum Canino officinarum conuenit: radices sapore sunt dulci & grato, quibusdam *i* tamen glandium instar, saporis amari & acerbis. Veteres *k* & aduersus calculum, & vesicæ morbos commendarunt: si enim (ait Marcellus) nodorum viginti septem, ex vino ad medias decoctorum, & expressorum atque colatorum, decoctum strangurioso, ex vini cyatho vno, potui detur, adeò potenter succurrit, vt vbi sine tormêto vrinam facere cœperit, dari non oporteat: sed, febricitantibus, ex aqua sola, dabitur. Recetiores modò huius, modò Canini radicibus indifferenter vtuntur: Verùm Angliæ Medici huius radices, quas efficacissimas experiuntur, valentius obstructions expedire & vrinam ciere, quàm vulgaris, statuunt: quare, si communiter haberi posset, Canino præferremus.

**II. GRAMEN GEMMEVM, seu NODOSVM ALTERVM:** prædicti species est, radicibus, gemmæ rotunditatis, vnionum instar candidis, quatuor aut quinque simul, ac si stilo essent transfixæ, iunctis, culmis cubitalibus, geniculatis, folijs Tritici, panicula seu iuba Milij, seminibus Auenæ, sed breuioribus & tenuibus aristis vt Oryzæ, graminis modo radice propagatur.

**LOCVS.** Hoc circa Patauium, in montibus Euganeis, legimus.

**NOMEN.** Gramen gemmeum, à radice forma vocamus: Cæsalpino, Perlara vulgi,

A qui & Oryzam syluestrem, dici posse censet, cum Plinius *l* oryzæ radices Gemmæ (vel vt alij, geminæ) rotunditatis tribuat. In historia Lugdunensi, planta à Mycono missa, & his verbis descripta exhibetur: passim in pratis prouenit, altitudine dodrantali: caule vnico, rotundo, geniculato, qualis est Tritici calamus, in quo folia prorsus graminis similia, in summitate veluti Auenæ paniculam habente: pro radicibus bulbi duo subsunt, minor maiori insidet, vterq; candidus, dulcis, Graminis modo, vt inde Graminis speciẽ esse colligere possis: quod si à veteribus descripta, ea fortè quæ à Theophrasto *m* *n* *ξ* dicitur, quia Coicem inter *καλαμόφυλλα* & *ρονόφυλλα*, id est, ea quæ folium habent arundinaceum & angulosum recenset: præterea Coicem (*κίξ* quædam exemplaria habent) bulborum *n* generibus, qui radice rotunda & squamosa sunt, adscribit. Hoc addit Myconus, se audiuisse lepores magnoperè delectari, noctuq; eius radices effodere. An idem cum Gramine nostro gemmeo?

### III. GRAMEN NODOSVM SPICAPARVA.



**III. GRAMEN NODOSVM SPICAPARVA:** radice est parua, nodosa, albicâte, fibris paucis & breuibus adhærentibus, cui ceu alter nodulus inferiore multò minor insidet, calamo est læui, internodijs aliquot distincto


*e* de collectione stirpium. *f* Dodonæus pempt. 4. lib. 3. cap. 5. & lib. 4. cap. 1. *g* cap. 26. *h* lib. 19. cap. 5. *i* Lugdun. l. 4. c. 30. *k* Marcellus Empiricus cap. 26. *l* lib. 18. c. 7. *m* 1. hist. plants. 16. *n* 7. histor. plants. 13.



& cubito altiore: folio ad quodlibet internodium vno, angusto, vncias quatuor vel sex longo: culmi summo spica simplex, mollis, Typhini graminis forma, vix vncialis, infidet.

Locvs. In dumetis vdis, versus Burgundiam, vt circa Befordiam vrbem, prouenit.

IV. GRAMEN BVLBOSVM AQTATICVM.



IV. GRAMEN BVLBOSVM AQTATICVM: cui propriè bulbosi nomen competit: bulbum vnicum habet oblongum, maculis luteis, cum recens est, striatum, cuius caro alba, nullius odoris, nullius saporis: ex cuius summo, pediculus duarum vnciarum exurgit, ad quem fibræ oblongæ radicibus similes disperguntur, quibus folia aliquot latiuscula, striata & palmaria infidēt: an culmum floremque proferat, ignoramus.

Locvs. In ripa fluminis Trauæ, forte fluctibus proiectum, se inuenisse D. David Vasmarus scripsit, & Anno CIº Iº XCII. vnà cum alijs misit: addens, absq; dubio sub aqua nasci, foliorum contemplatione id docente, imbecilliora enim esse, quam vt sine fulciete aqua sese sustinere possint.

V. GRAMEN BVLBOSVM EX ALEPO: radice est bulbosa, cortice reticulato obuoluta, cui fibræ parvæ capillares subijciuntur: culmos duos tresue striatos, sesquispithamæ altitudinis habet, folijs plurimis, oblongis, gramineis cinctos: spicam habet culmo in-

v. Nordicum bulbosum, L. sp. 125 W. sp. 11454

A sidentem, Hordeo murino similem, quam inferius folium vesicæ instar cingit, eamq; superat. Hoc siccum apud Ioannem Bauhinum, fratrem p. m. vidimus.


DE GRAMINE TREMULO.

CAPVT IV.

I. GRAMEN TREMVLVM MAIVS.

B

C



I. GRAMEN TREMVLVM MAIVS: radice est subnigra, breui, fibrosa, folijs ad radicem breuibus, angustis, acuminatis: inter quæ culmi pedales, aliquando cubitales; striati, nonnunquam fusci, & ex sanguineo luridi, vno alteroue folio vestiti: panicula siue iuba expansa, quæ aliquando viridis, aliquando spadiceï coloris est; ex copiosis glumis (flores aliqui vocant, & idcirco ipsis polyanthes dicitur) tanquam laminulis squamatis, rotundis, lenticularibus, nitidis, coagmentata (laminulis illis micatibus, quæ ex frontalibus & vittis virginum dependent, ferè similibus) quæ ex tenui filo, sericeoue capillamento, ceu pediculo, sæpe nitido & atro fusco, è summis culmis propendent: quam ob causam penè continuo motu agitantur & tremunt: nam vel vnico, vel pluribus eius scapis manu retentis, omnes eius paniculæ,

perpetuò tremulæ sunt, ob quam pendulam



& stridulam panicularum congeriem, puel-  
læ & adolescentuli libenter decerpunt, & in  
corollas nectunt: semine est duplo minore,  
quàm sit Phalaridis, quod semen Canarium  
nominatur.

Locvs. In pratis & pascuis, potissimum  
montosis, Germaniæ, Galliæ, Italiæ & An-  
gliæ, circa Pentecosten reperitur: rarius in  
agris, alijsque locis herbosis.

NOMEN. Aegilops Dioscoridis & Plinij  
quibusdam, sed malè. Aegilops Plinij, &  
Lolij decimum genus, Trago: Aegilops,  
Gesnero *a* & Lonicero: Graminis primum **B**  
genus, Dalechamptio *b* & Amato: Gramen  
polyanthos, Lugdun. Gramen leporinum  
& tremulum, Tabernæmont. Gramen lo-  
liaceum decimum Tragi, Thelio: Phalaris  
pratensis minor, Aduers. & Lobelio *c*, cui  
& Tremula: Phalaris pratensis Gerardo:  
Amourettes tremblantes, Clusio *d*. Ger-  
manis, *Zyderen / Bittergras / & Kletteren /*  
*à propendentibus & tremulis laminulis,*  
*Jungfrauen haar / capilli virginum: Unser*  
*lieben Frauen flachs / linum Diuæ Mariæ, ri-*  
*pæ Rheni vterioris accolis: Hasenohrlein / C*  
*auriculæ leporis: Mediomatricibus Hasen-*  
*brot / panis leporinus: alijs Hasengras. Bel-*  
*gis, cleyne beemde Phalaris, ende Bevernelle.*  
*Anglis, Quaking grasse. Gallis & Attreba-*  
*tibus, Amourettes, ob panicularum elegan-*  
*tiam, & vt à quinto distinguant, vocem trem-*  
*blant adijciunt.*

II. GRAMEN TREMVLM MAXIMUM: ra-  
dice est fibrosa, alba, culmo cubitali, tenui,  
striato, geniculato: folijs paucis, angustis,  
acuminatis: paniculis subrotundis, squama-  
tis, quinquies quàm in vulgari maioribus, **D**  
candicantibus, aliquando rufescentibus, te-  
nui filo appensis, cuius nomine leuissima  
mouione tremunt.

Locvs. In Apenino & montibus Eu-  
ganeis, & in monte Rua, non longè Pata-  
uio, iuxta Eremitanorum cœnobium legi-  
mus: candidissimis paniculis ex Hispania  
habemus.

NOMEN. Gramen amourettes maius pa-  
niculâ candicante, vel Gramen tremulâ pa-  
niculâ Clusio *e*: an Phalaris altera; Cæ-  
salpino?

III. GRAMEN TREMVLM MINVS PANI-  
CVLA MAGNA: hoc radice est minore, culmo  
palmarum, tenuissimo, vno alteroq; geniculo  
distincto, folijs tribus vel quatuor angustif-

A II. GRAMEN TREMVLM  
MAXIMUM.



simis: in culmi fastigio, duo triaue filamēta,  
quorum singula paniculam squamatam su-  
stinent, squamis inferioribus atrorubenti-  
bus, reliquis pallidis, quintuplo quàm se-  
quentis maioribus.

Locvs. Circa Monspelium legimus.


NOMEN. Phalaris parua, Cæsalpino: Gra-  
men amourettes alterum, Clusio *e*.

IV. GRAMEN TREMVLM MINVS PANI-  
CVLA PARVA: radicibus nititur rufescenti-  
bus, breuibus, huc illuc vagis: culmis est  
palmaribus, vno alteroq; geniculo distin-  
ctis: folijs gramineis, acuminatis, paruis,  
angustis: culmi partem superiorem, folium  
sic obuoluit, vt vesicæ speciem referat, &  
suo acumine iubam vel superet, vel saltem  
adæquet, quæ multis laminulis squama-  
tis, lenticulæ similibus, spadicei sæpe co-  
loris, non oblongis, sed rotundis, tenui  
breuique filo adpensis, constat: ex quibus  
flosculi tenues, ex flauo pallecentes, emi-  
cant.

**E** Locvs. In pratis nostris montosis & eri-  
ceticis prouenit, & vulgò Hasenbrot/ id est,  
panis leporinus dicitur. Graminis speciem  
paruam Thelij diceremus, si huic folia pilosa  
forent, qualia suo tribuit.



IV. GRAMEN TREMVLM MI-  
NVS PANICVLA PARVA.



V. GRAMEN PANICVLIS ELE-  
GANTISSIMIS.



V. GRAMEN PANICVLIS ELEGANTISSI-  
MIS: hoc perelegans graminis genus est, &  
cum prædictis aliquomodo conuenit: ex  
cuius radice exili, candida, fibrosa & capillis E

implexa, culmi ex vno cespite plures, geni-  
culati, læues & striati, dodrantales, pede non  
altiores exfurgunt: vt & folia pauca grami-  
nea, angusta, semidodrantalia: quæ enim ex  
geniculis prodeunt, breuiora & minora sunt:  
panicula est speciosa palmari, aliquando ma-  
gis, aliquando minus sparfa, ex laminulis nu-  
merosis oblongis, acuminatis Filicis maris  
foliolis similibus (hinc filiceû quibusdam)  
imparibus spacijs prodeuntibus, ex atro vi-  
rentibus, per maturitatem candidis, aspectû  
iucundis, composita.

Locvs. In horti Patauini gramineis pri-  
mo, (quod Nobiliss. Iacobus Antonius Cor-  
tufus Patricius Patauinus Zeam syluestrem  
nominauit,) dein in agris Patauinis circa au-  
tumnum legimus: sic etiam in agro Lutetia-  
no ad semitas, non longè à monasterio, vul-  
gò Bons hommes dicto, notauimus: In non-  
nullis Hispaniæ locis aridis & sabulosis Clu-  
sius vidit: In Narbonensi agro & Gallobel-  
gio, iuxta Anxiacum castrum & vicinis lo-  
cis frequens, Lobelio monente: In Alfatia  
quoque & Rheni tractu aliquibus locis Ta-  
bernemontanus obseruauit: circa Norim-  
bergam etiam reperitur. Ob elegantiam ali-  
qui in hortis colunt.

NOMEN. Gramen amourettes (quasi a-  
matorium, ob panicularum venustatem)  
Cluio f: Gramen paniculosum Phalaroi-  
des, Lobelio: Gramen pratense sextum, Do-  
donæo: Gramen filiceum seu polyanthos  
(à florum copia) secundum, Lugdunensi:  
Gramen paniculatum satium, Heragrostis  
& Gramen amoris, Tabernemontano: Gra-  
men paniculatum, Gerardo. Germanis,  
Liebgras. Belgis, Lieflyck gras, ende Amouret-  
ten. Anglis, Pannicke grasse. Gallis & Hispa-  
nis, Amourettes.

DVI. GRAMEN MINIMVM PANI-  
CVLIS ELEGANTISSIMIS.





VI. GRAMEN MINIMUM PANICVLIS ELEGANTISSIMIS: hoc est veluti gleba ampliuscula, rotunda: radicem habet ex plurimis cirris oblongis, albicantibus compositam: folia breuissima, vnciam, rarius duas longa, capillaria, cæsa, teretia & copiosa, culmis est multis, vno alteroue ad radicem inter nodio distinctis, duarum, trium, etiam quatuor vnciarum: spica, seu potius panicula gracili, parua, ex paucis glumis composita, flosculis rubentibus, è filamentis, statim ad primam aëris temperiem, Februario prodeuntibus. Sapore est initio dulci, dein amaro.

Locvs. Monspeffuli in aruis, in vinetis, & propè Boutonet nascitur.

NOMEN. Gramen minimum Dalechampij in Lugdun. historia nominatur.

~~~~~

DE GRAMINE PANICVLATO.  
GRAMEN PRATENSE PANICVLATVM.

CAPVT V.

I. GRAMEN PRATENSE PANICVLATVM MOLLE.



I. GRAMEN PRATENSE PANICVLATVM MOLLE: radicibus est albis, breuibus: folijs gracilibus, multis, palmaribus: culmis cubitalibus, nonnunquam altioribus, nodosis, quorum summitatibus paniculæ dodran-

A tales, ex glumis aristis carentibus, compositæ, modo albicantes, modo obscure purpurascens insident, quæ Maio Mense florem rubentem, Panico similem proferunt: tota planta molli lanugine pubescit, ita vt contractantium manibus blandiatur: sapore est subdulci.

Locvs. In montium riguis pratis apud Gallos, apud nos etiam in planis prouenit.

NOMEN. Gramen lanatū Dalechampij a: Gramen paniculatum molle, Lobelio b. Cum hoc plurimum conuenit, nisi idem velis, Gramen equinum, siue Hippagrostis B Gesneri, quod Rosgrasß circa Tigurū vulgò nominatur, cuius Camerarius c his verbis meminit: Gramen albicans lanuginosum, molle, cubitos duos cum dimidio attingens: semine lato, satis magno, vt Hordei ferè, quod in pratis nasci, sed parcè Gesnerus refert. Habeo ex horto Nobilissimi Viri D. Georgij Riteselij, vbi spontè inter cætera gramina proueniebat.

II. GRAMEN PRATENSE PANICVLATVM MAIVS.



II. GRAMEN PRATENSE PANICVLATVM MAIVS: radicum fibris exilioribus & creberrimis capillamentis similibus, humum perreptat & tegit, culmos pedales, aliquando cubitales, graciles, læues & geniculatos, inter numerosa folia triticea, erigit, qui pani-



culam sparsam, Arundini vallatoriæ simili, sustinent, in qua semen minutum, quod in horreis è spiculis excussum à quibusdam colligitur.

Locvs. Hoc passim in pratis & hortis vulgò notissimum, & quando aruit, Fœnum dicitur. In Flandria & Comitatu Zutphaniensi, altius multò excrefcit, & nostro succulentius est.

NOMEN. *πῶα*, Theophrasto *d*, cui fissam radicem tribuit, etsi eidem generaliter omnis herba à radice foliata non ramosa, quæ caule semen fert, vt frumenta, & pleraque olera, *πῶα* dicatur: Gramen vulgò cognitum, Trago, quoad iconem, quam Lugdunensis historia sub Carice posuit: Graminis secundum genus, Dalechampio *e*: Gramen pratense maius vulgatius, Aduersarijs: Gramen pratense vulgatius, Lobelio, Lugdunensi: Gramen, Lonicero: Gramen pratense primum, Dodonæo: Gramen commune, Thallio: Gramen alterum & vulgare, Tabernæmontano: Gramen pratense, Gerardo. Germanis, *Gras*. Belgis, *Gras*. Anglis, *Medou-grasse*. Gallis, *Herbe des prés* & absolute *de l'herbe*. An per Chulen Garzias ab horto hoc gramen innuit? addit enim Clusius *f*: quid per Chulen intelligat, hæcenus scire non potui, nisi fortè intelligat gramen vel herbam vulgarem, quam Græci *πῶαν* vocant.

QUALITAS ET VIRES. Sapore est subdulci cum aliqua adstrictione. Semine g ad viscerum obstructions & calculum in potu vtuntur: sic ad discussionem pertinacium tumorum & flatuum, admouent. Officinis tamen ignotum.

III. GRAMEN PRATENSE PANICVLATVM MAIUS ANGVSTIORE FOLIO: ex radice capillacea, rufescente, folia capillacea, quædam breuia, quædam palmum superantia, prodeunt: inter quæ culmi tenues, geniculati, cubitum superantes, vno alteroue breui folio cincti, in quorum summo panicula leuiter expansa, vncias quatuor circiter longa, quæ ratione loci, strigosior, vel lætior est. Huic aliud radicem capillamentis, caulium numero simile, sed paniculis & glumis longioribus, ab illo varians.

Locvs. In pratis & dumetis ad ripam Wiefæ fluminis apud nos vtrumque reperitur.

IV. GRAMEN VNGARICVM: Huius Augerius Busbequius *h* his verbis meminit: Gramen in Vngaria tantæ altitu-

dinis, vt præcedentem curram sæpè posterior non videat, argumentum bonitatis folii. An rectè in hanc classem retulerimus, cum nobis conspectum non sit, ignoramus: Veniam ergo merebimur, si alterius classis fuerit.

#### V. GRAMEN PRATENSE PANICVLATVM MEDIUM.



V. GRAMEN PRATENSE PANICVLATVM MEDIUM: ex radicibus albis, fibrosis, duas vncias longis, culmos profert plures, internodijs aliquot distinctos, dodrantem vix superantes: folijs est oblongis, angustis, neruo elato per medium diuisis, vtrinque acutis: culmorum summis spicæ plures, binis sibi respondentibus, insident, in quibus semen. Variat folijs angustioribus & latioribus.

Locvs. In aridioribus pratis, collibus item sicciõribus prouenit.

NOMEN. Gramen minus, Aduersarijs, Lobelio, Tabernæmontano, cui & Gramen quartum: Gramen pratense secundum, Dodonæo: Gramen pratense minus, Gerardo. Germanis, *Klein gemein gras*. Belgis, *Cleyn ghmeyn gras*. Anglis, *Smal medow grass*.

VI. GRAMEN PRATENSE PANICVLATVM MINVS: radice est parua, fibrosa, multis tenuissimis cirris & capillamentis contexta: folijs paruis, angustis, acutis & mollibus: cauliculis paruis, tenuibus, geniculatis, do-



VI. GRAMEN PRATENSE PA-A

VII. GRAMEN PANICVLA

NICVLATVM MINVS.

MVLTIPlici.



B



drantalibus, nonnunquam pedalibus: paniculis sparsis, albis, spicis nonnihil splendentibus refertis.

Locvs. In Germania & Italia passim locis gramineis notauimus, verum etiam in hortis, aliquando etiam vinetis prouenit. Variat hoc panicula & culmis purpurascens, in vinetis circa Vesuntium: sic & in agris quibusdam Alsaticis propè oppidum Obernehen.

NOMEN. Gramen paniculatum minus album & rubrum, Tabernæmontano: Gramen minimum album & rubrum, Gerardo. Germanis, Kleinweiß vñ Kleinroth Straußgras. Anglis, white or Red Dwarfegrass.

VII. GRAMEN PANICVLA MVLTIPlici: hoc radice nititur ex multis cirris villosis, albicantibus & oblongis composita, vnde culmi plures (viginti quatuor, in vna planta, notauimus) palmares, etiam minores, rarò altiores, leues, geniculati & recurui exsurgunt, folijs gramineis, angustis, oblongis, paucis, vestiti: panicula est triunciali, angusta, variè diuisa, viridi, nonnunquam per maturitatem rigida, spadicea, cuius coloris & culmi sæpe visuntur. In hoc genere maius est & minus. Minus radice quidem conuenit, sed cauliculis est triuncialibus, ternis quaternisue foliolis angustis, oblongis vestitis, panicula vnciali, compressa, pallidè virenti.

Locvs. Monspeffuli vtrumq; frequens est.


NOMEN. Gramen minus duriusculum, nonnulli vocant.

DE GRAMINE PANICVLATO ARVENSIS.

DE GRAMINE PANICVLATO ARVENSIS.

CAPVT VI.

I. GRAMEN ARVENSE PANICVLA CRISPA.



E

I. GRAMEN ARVENSE PANICVLA CRISPA: huius radix, quasi ex plurimis bulbis, Ascaloniae



Ascalonię cepæ bulbis exiguis non dissimi-  
libus, cortice pallidè rubefcente tectis, coa-  
gmentata videtur, ex quibus radiculæ capil-  
lares, aliquando breuiiores, aliquando lon-  
giores, reticulato quasi textu dependent: fo-  
lijs est gramineis, angustis, & pro ratione  
caulis, breuibus: caulibus tenuibus, læui-  
bus, geniculatis, aliquando eleganti purpura  
nitentibus, apud nos sesquidodrantalibus &  
altioribus: apud Monspelienses (vt figura  
exprimit) dodrantalibus: flosculis paruis,  
rubris, in panicula densa, crispa, & veluti  
villosa, molli, sericea & speciosa, vt pluri-  
mum rubra, nonnunquam viridi. **B**

**Locvs.** In cespitibus locorum aridorum,  
aliquando agrorum marginibus & sabuletis  
prouenit: rarius parietum supercilijs, vt  
Bononię & Patauij, apud quos etiam circa  
femitas reperitur: sic in sabuletis squalidis,  
& vinetis glareosis non longè Monspeliò  
legimus.

**NOMEN.** Gramen vulgare Matthiolo, fi-  
gura non feliciter expressa, præsertim quoad  
radicem, quæ ad imitationem descriptionis  
Dioscoridæ depicta videtur: quem Lug-  
dunensis herbarij autor secutus est: Gramen  
minimum Xerampelinum Narbonensium, **C**  
Aduersarijs & Lobelio, horum figuram gra-  
minis minimi appellatione Lugdunensis hi-  
storia proposuit: Est & tertia apud Lugdu-  
nensem figura, Graminis bulbosi Dalecham-  
pij nomine, in qua tamen paniculę non rectè  
exprimuntur. Belgis, *Alderminste gras neet syn  
arenkens seerwyte ghespreyt.*

**VIRES.** Iisdem viribus, quibus & gra-  
men vulgò à Medicis vsitatum, pollere sta-  
tuunt *a*.

**II. GRAMEN PANICVLA PENDVLA AV-  
REA:** radicibus nititur multis, nigricanti-  
bus, distractis: folijs multis, oblongis, gra-  
mineis: culmo cubitali, geniculato: flore  
aureo (vnde aureum cognominatur) in pa-  
nicula pendula.

**Locvs.** In squalidis & sitientibus pro-  
uenit.

**NOMEN.** Gramen aureum Dalechampi  
in Lugdunensi historia nominatur.

**III. GRAMEN SEGETVM ALTISSIMVM  
PANICVLA SPARSA:** à radice fibrosa, culmi  
sesquicubitales, geniculis distincti exsur-  
gunt, paucis folijs Milij similibus vestiti:  
ex singulis geniculis filamenta plurima, te- **E**

**II. GRAMEN PANICVLA PEN-  
DVLAVREA.**



**III. GRAMEN SEGETVM AL-  
TISSIMVM PANICVLA SPARSA.**



nuiissima prodeunt, à quibus parua locuste,  
tenuissimis aristis cinctæ, dependent, quæ  
paniculam palmarem, aliquando pedalem,  
latè diffusam, splendentem, primum viri-  
dem, nonnunquam flauescentem, & per ma-  
turitatem atrorubentem, visu iucundam &  
tactu, instar serici, mollem constituunt.

**Locvs.** Copiosè inter segetes, maximè



agris auena confitis, Maio mense in Germania reperitur. A gras. Belgis, *Ackerwindthahme*. Anglis, *Reedegrasse*.

NOMEN. Gramen segetum panicula speciosa latiore, Lobelio *b*: Gramen segetale siue aruense paniculatum, Tabernæmont. Gramen segetale, Gerardo: an gramen caule geniculato, Thallio. Germanis, *Feld oder Ackerstraußgras / Kornstraußgras*. Belgis, *Veldtgras*, *offt Korengras met schoone seer ret ghespreyde arens*. Anglis, *Cornegrasse*.

IV. GRAMEN SEGETVM PANICVLA ARVNDINACEA.



*Arva Caspiana, L. Pl. 96. n. 54. 1796*

IV. GRAMEN SEGETVM PANICVLA ARVNDINACEA: huic radix est parua, nonnūquam & crassior, calami bicubitales, rotundi, læues, vno alteroue geniculo distincti: folia longa, angusta, per quæ venæ discunt, nec vt in harundinaceo gramine acuta: paniculam habet oblongam, compressam, aliquando flauescens, aliquando spadiceam.

LOCVS. In agris humidioribus inter segetes prouenit.

NOMEN. Gramen loliaceum octauum, Trago: Agrorum venti spica, & Gramen agrorum latiore arundinacea comosa panicula, Lobelio *c*: Gramen pratense tertium, Dodoneo: Gramen harundinaceum aruense, Tabernæmontano: Gramen harundinaceum, Gerardo. Germanis, *Ackerriede*. E

*b in Iconibus. c in Iconibus.*

agris auena confitis, Maio mense in Germania reperitur. A gras. Belgis, *Ackerwindthahme*. Anglis, *Reedegrasse*.

DE GRAMINE PANICVLATO

MONTANO ET SYLVESTRI.

CAPVT VII.

I. GRAMEN MONTANVM PANICVLA SPADICEA DELICATIORE: radice est alba, breui, capillacea: culmis ternis, quaternis, geniculatis, pedibus, vno alteroue folio cinctis, quæ etiam ad radicem breuia & pauca sunt: in culmorum summo panicula triuncialis, spadicei coloris, ex locustis minimis composita. Variat magnitudine, nam & caule sesquicubitali, & panicula semipalmari inuenitur.

LOCVS. In Saxosis prouenit: maius quidem in monte Krentzacho: minus vero in monte, *Wasserfall* dicto.

II. GRAMEN MONTANVM PANICVLATVM ODORATVM.



II. GRAMEN MONTANVM PANICVLATVM ODORATVM: radicibus candidis geniculatis serpit: culmo est bicubitali, geniculis paucis distincto: folijs longissimis, iisque angustis paniculam superantibus, acuminatis, suauem odorem spirantibus: cuius culmo panicula parua, leuiterq; sparsa, à pictore non rite expressa, insidet.

LOCVS.



Locvs. Apud Boruffos prouenit.

NOMEN. Gramen Mariæ à Regiomontanis dicitur, quod in fasciculos collectum, propter odoris fragrantiam, vestibis interferunt.

### III. GRAMEN PANICVLATVM FOLIO VARIEGATO.



III. GRAMEN PANICVLATVM FOLIO VARIEGATO: radicem habet fibrosam, albidam, pusillam, Graminis pratensis instar: culmos Panici, cubito altiores, etiam sesquicubitales, crassos, striatos, geniculis distinctos: folia Milij, arúdinis modo rigida, mucronata, sesquipalmaria: longitudine media glauca, compluribus venis candidis, vel lineis splendentibus, rarius rubentibus insignita, ita vt ligulas sericeas, ex albo & viridi variegatas, D referant, at non videbis folia duo simili modo variegata: panicula est Panici syluestris, cuius vtriculis semen paruum, album & oblongum, includitur.

Locvs. Germani, Angli & Belgæ in hortis colunt, semine primum ex Hispania allato, quamuis in syluosis & montosis Sabaudia & Gallia Allobrogica sponte proueniat.

NOMEN. Gramen fulcatum vel striatum album, Aduersarijs & Lobelio a: Gramen fulcatum, Lugdunensi: Gramen pictum siue striatum, Camerario b: Gramen pictum, fulcatum, striatum Sabaudum, Hispanicum, E

A Tabernæmontano: Gramen striatum, Lonnicero & Gerardo. Germanis, Spanischgras / Welschgras / Strimechtiggras. Belgis, Vuidtghestreept gras. Anglis, Ladies lacegrasse, or Paintedgrasse. Gallis, Aguilletes d'armes.

IV. GRAMEN SYLVATICVM PANICVLATVM ALTISSIMVM: ex radice repente fibrosa, calami duorum & trium cubitorum exsurgunt, qui paniculas paruas sustinent: folijs est latis, Cyperi æmulis.

Locvs. In syluis circa Montembelgardum frequens, ex quo rustici torques ipsis equis, aratra trahentibus, conficiunt. Sic B in pago Champigni Luderensis diocesis, Ioanni Bauhino fratri, data chlamys pastoralis, qua opiliones, aduersus pluuiam, vti consueuere.

DE GRAMINE PANICVLATO

AQUATICO.

### CAPVT VIII.

#### I. GRAMEN PALVSTRE PANICVLATVM ALTISSIMVM.

C



I. GRAMEN PALVSTRE PANICVLATVM ALTISSIMVM: radicem habet ex fibris aliquot crassioribus & rufescentibus compositam; vnde caules hominis altitudinem sæpe superantes exsurgunt, qui rotundi sunt, læues, striati, caui, internodijs carentes, & in paniculam pedalem, aliquando cubitalem,



desinentes, ex caulis enim latere plura, ceu filamenta dodrātalia, etiam palmaria, simul eodem loco exeunt, quibus sparsim locustæ tenues, virentes, per maturitatem nigricantes, insident: mox, ex altero caulis latere, paulò altiore loco, alia prodeunt, & sic alternatim ad summum vsque: folia habet cubito longiora, viridia, striata, caulem ad radicem complectentia, in caule verò nulla.

Locvs. In palustribus prouenit, & quidem apud nos Michelfeldæ locis humidioribus.

NOMEN. Gramen aquaticum, harundinaceum paniculatum, Tabernæmont. Gramen maius aquaticum, Gerardo. Germanis, Wasserriedtgras. Anglis, Great Watergrasse. Nullius vsus, quam vt iumentis substernatur.

II. GRAMEN PALVSTRE PANICVLA SPECIOSA: hoc ad bicubitalem altitudinem exsurgit, calamo satis crasso: folijs est paucis, pedibus, latiusculis, per marginem asperiusculis, quorum aliqua tubuli instar, calamus media ex parte ambiunt: panicula est iubata, sesquipalmari, ex elegantissimis, paruis & subrotundis laminellis composita.

Locvs. In humidis Patauij legimus, circa Mülhusium obseruauimus, & ex Hafsia stagnis accepimus.


III. GRAMEN PALVSTRE PANICVLATVM MINVS: ex radice crassa, fibris albicantibus, durioribus donata, calamus rotundus, striatus, cubitum superans exsurgit: quem folia pallidè virentia, latiuscula, pedalia, subaspera, inuestiunt: panicula palmaris est, rara, ex locustis albicantibus, aristis oblongis, armatis, composita.

Locvs. Hoc in dumetis humidis circa montem Krentzácensem prouenit, at in vdis Michelfeldensibus; non longè Basilea, D altiùs insurgit.

IV. GRAMEN PANICVLATVM AQUATICVM LATIFOLIVM: radice est repente, fibrosa, caulibus bicubitalibus, etiam altioribus, digito minore paulò tenuioribus, frequentibus & grandioribus geniculis obseptis, striatis: folijs latis, longis, asperis & acuminatis: panicula palmari, miliacea, pallida, aliquando glumis rufescentibus, florem, Iunio mense, candidum proferens.

Locvs. In humidis, iuxta fossas, in aquarum littoribus prouenit, quare harundinis principium Trago visum est.

AIV. GRAMEN PANICVLATVM  
AQUATICVM LATIFOLIVM.



NOMEN. Lolij nonum genus, Trago: Gramen maius aquaticum, Lobeliò a: Graminis arundinacei altera species, Thaliò: Gramen harundinaceum paniculatum, Tabernæmontano & Gerardo. Germanis, Niedtstrausgras. Belgis, Groot Watergras mitt breede hirsaren. Anglis, Wildereede.

DE GRAMINE SPICATO.  
GRAMEN SPICATVM AQUATICVM.

CAPVT IX.

I. GRAMEN AQUATICVM FLVITANS MULTIPlici SPICA: radicibus longis, per transversum latis, & fibrosis capillamentis, hinc inde terræ affigitur: caulibus tenuibus, iunceis, geniculatis, circa quos folia angusta, obtusa, semperuirentia, quæ singula seorsim posita, sub initium Martij aquis innant: ad caulis latera, alternatim pediculi tenuissimi prodeunt, binas ternasue spicas, tenues, ex glumis conuolutis, sustinentes.

Locvs. In aquis stagnantibus, vrbium fossis, & riuulis, reperitur, quo anates sylvestres, alijque aquatici volucres, hyeme vitant.


NOMEN. Ἄνεμος ἰσλαμίδης, Gramen anatum, Trago, qui voluit, in culmorum fasti-



I. GRAMEN AQUATICVM AII. GRAMEN AQUATICVM GENICVLATVM MULTIPlici SPICA. NICVLATVM SPICATVM.



B



gijs, iubam aut paniculam harundinaceam, insidere, quæ, nullo post se relicto fructu, euanescat: Gramen aquis innatans, Lobelio *a*: Gramen fluuiatile, Tabernæmont. & Gerardo. Germanis, *Entengras* / *Fluttgras*. Belgis, *Ghemein Vlotgras*. Anglis, *Flotegrasse*. Italis, *Gramigna di fiume*.

QUALITAS. Temperamento est frigido, quare inflammationibus & affectionibus calidis, non secus ac lenticulam palustrem adhiberi posse, Tragus *b* censuit.

II. GRAMEN AQUATICVM GENICVLATVM SPICATVM: radicem habet priori similem, sed folijs est longioribus, acutioribus, candidioribus, mollibus: culmo breuiore, geniculato, cui spica vnica, caudæ murinæ similis, insidet.

Locvs. In aquis & riuulis reperitur.

NOMEN. Gramen aquaticum spicatum, Lobelio *a*: Gramen fluuiatile album, Tabernæmont. Gramen fluuiatile spicatum, Gerardo. Germanis, *Weißfluttgras*. Belgis, *Vuitevlotgras*. Anglis, *Spi ked Flodegrasse*. Italis, *Gramigna di fiume bianca*.

III. GRAMEN MARITIMVM FLVITANS CORNVTVM: ex radice exili, capillata, culmus tenuissimus, geniculatus, cubito longior producitur: ex quolibet geniculo folia

iunca, communiter bina, culmum basi lata, instar vesicæ ambientia, in latus sparguntur, indeque cauliculus vnus aut alter educitur, & tandem in capitulū membraneum finit, quod in foliola bina, terna, rarius quaterna angustissima, in latus reflexa & cornuta desinit.

Locvs. Tota planta, stagnis Montspeliensibus, mari finitimis, innatat.


DE GRAMINE CRISTATO ET SPICATO PRATENSI.

CAPVT X.

I. GRAMEN PRATENSE CRISTATVM, siue GRAMEN SPICA CRISTATA LAEVI: radicem capillamentis plurimis, oblongis, albicantibus, abundat, quæ in vnum veluti cespitem coeuntia, deorsum repunt: culmis est pluribus, sesquicubitalibus, geniculis paucis donatis: folijs breuibus, angustis, & circa caulem paucis, vncias quatuor vel quinque longis: spicam habet tenuem, oblongam, pallidè flauescentem (rarius enim puniceo coloris reperitur) quæ plurimas Galli cristas, vel semen plantæ Caput gallinaceum dictæ, refert: cuius nomine cristatum nominare placuit.



I. GRAMEN PRATENSE CRI- AIII. GRAMEN PRATENSE SPI-  
STATVM. CA FLAVESCENTE.



B



Locvs. Basileæ, in pratis & locis quibus-  
dam aridioribus, vt ad vrbis mœnia proue-  
nit. Verùm spica elegantiore & densiore, in C  
monte Wasserfall & Monspeßuli obseruau-  
imus, & simile ex Anglia à D. Lobelio acce-  
pimus.

NOMEN. Gramen cristatum C. Bauhini,  
Lobelio a, Germanis Kamgrasß dici potest.

II. GRAMEN SPICA CRISTATA SVBHIR-  
SVTVM: hoc à priori differt, radicùm capil-  
lamenti rufescentibus, culmis tenuiori-  
bus, parte inferiore læui lanugine aspersis  
& humilioribus: folijs longioribus: spica  
candicante, minus compacta, nec ita elegan-  
ter cristam exprimente.

Locvs. In dumetis circa Cliben, non D  
longè Basilea copiosè prouenit.


III. GRAMEN PRATENSE SPICA FLAVES-  
CENTE: radicibus est pluribus, veluti in v-  
num cespitem coëuntibus, culmis multis  
dodrantalibus, duobus tribusue geniculis  
distinctis: folijs breuibibus, angustis, acumi-  
natis, mollibus & virentibus, multis venis in  
longum discurrētibus, distinctis: spica gra-  
cili, oblonga, ex pallido flavescente: floribus  
oblongis, minutis, albis.

Locvs. In humidioribus pratis repe-  
ritur.

NOMEN. Gramen anthoxanthon (à flo- E  
REA, EX VTRICVLO PRODEVNTE: vel GRA-

re flavescente) in Lugdunensi historia, no-  
minatur.

IV. GRAMEN PRATENSE SPI-  
CA PURPUREA, EX VTRICVLO  
PRODEVNTE.



IV. GRAMEN PRATENSE SPICA PURPV-  
REA, EX VTRICVLO PRODEVNTE: vel GRA-



MEN FOLIO SPICAM AMPLEXANTE : radiculis est prioris similibus, culmis multis do-  
drantalibus, etiam pedibus: geniculis nigricantibus distinctis: folijs multo quàm  
in illo angustioribus & viridioribus: spica  
quinetiam breuiore & crassiore, purpureis  
floribus ornata: folio, quod ex ultimo geni-  
culo prodit, sic caulem obuolvente, vt non  
aperiatur (quod in priori non fit) & vesicæ  
speciem ostendat.

Locvs. In humidis pratis, non longè  
Monspelio & Lugduno, & circa Matisco-  
num prouenit, sic etiam in Burgundia, inter  
Belnam & Catalaunum.

NOMEN. Gramen pratense Dalecham-  
pij b.

QUALITAS. Sapor dulcis est & aquosus,  
cum priori idem: quare censuerunt aliqui,  
alterum marem, alterum foeminam esse.

VIRES. Ad eadem, ad quæ Gramen offi-  
cinarum, sed inefficaciùs, valere b statuunt.

#### V. GRAMEN SPICATVM ASPE- RO FOLIO.



V. GRAMEN SPICATVM ASPERO FOLIO:  
ex radice, tenuioribus fibris, ijsque villosis  
capillata, caulis sesquicubitalis, rotundus,  
striatus, exurgit, qui in summo in ramulos  
brachiatur, quibus spicæ insident, ex pluri-  
mis glumis asperis denseq; congestis, com-  
positæ, nunc saturatè, nunc pallidè virentes,  
nunc partim virides, partimque atrorubens-

tes: floribus oblongis, pallidè luteis, è spica-  
rum rimis prodeuntibus: folijs est paucis,  
oblongis, angustis & asperis, nonnunquam  
articulatis, vt alterum alteri insertum vi-  
deatur.

Locvs. In aridis prouenit. Flosculis sub-  
rubris, in frigidorum montium pratis, Da-  
lechampus b obseruauit. In Italia compa-  
ctiore spica legimus.

NOMEN. Gramen spicatum Dalecham-  
pij b.

VI. GRAMEN CARYOPHYLLATÆ FOLIIS  
SPICA DIVVLSA: radicibus est paruis, fibra-  
tis, nigris, vel etiam rufis: folijs circa radi-  
cem multis, crassis, duris, saturatè viridi-  
bus, acutis ac recuruis, Vetonice caryophyl-  
latæ folijs similibus, inter quæ cauliculi, pal-  
mares, rotundi, exsurgunt: quorum summo  
spica modò vna, modò plures insident, &  
quidem aliquando pedicellis insidentes, ali-  
quando ijs carentes, cauli proximè iungun-  
tur: quæ dum florent, flauæ sunt, mox rufæ,  
& tandem vbi maturuere, spadicei sunt co-  
loris, & in fasciculo quasi simul iunctæ.

Locvs. In pratis aridioribus inuenitur:  
nonnunquam etiam in montiu pratis vdis,  
& circa fontium scaturigines, & hoc maius:  
cum id, quod in siccis crescit, minus sit, quale  
ex Italia habemus.

NOMEN. Gramen spicatum folijs Veto-  
nicæ caryophyllatæ, Lobelio c: Gramen  
nigrum (propter spicam nigram) Lugdu-  
nensi: Gramen caryophyllæum, Tabernæ-  
mont. Graminis loliacei octauæ quarta spe-  
cies, Thallio. Germanis, Nägeleingras. Bel-  
gis, Ghearent grasken metbladers van Geroffelen.  
Sapore est subacido, quare bobus minus  
gratum.

VII. GRAMEN CARYOPHYLLATÆ FOLIIS  
SPICA SQVAMATA: prioris graminis perpu-  
silla species est, tota plantula palmam non  
excedente: radicibus paruis, nigricantibus,  
fibrosis: foliolis oblongiusculis, strictis, re-  
curuis & imbricatis: cauliculo tenui, in sua  
summitate breuem squamatamque spicam  
continente.

Locvs. Aridioribus & apricis locis na-  
scitur.

NOMEN. Graminis loliacei octauæ gene-  
ris perpusilla species. Hoc, cum priore,  
eodem titulo, Lobelius in Iconibus  
proposuit.

\* \* \* \* \*



DE GRAMINE SPICATO MON-  
TANO ET NEMOROSO.

## CAPVT XI.

**I.** GRAMEN SPICATVM ANGVSTIFOLIVM MONTANVM: hoc a gramine Caryophyl- lato pratensi differt folijs, quæ angustissi- ma: cauliculis, qui in hoc tenuissimi, plu- res & longiores: & loco, cum hoc solum in montosis, Maio mense florens, reperiatur.

**II.** GRAMEN SYLVATICVM ANGVSTIFO- LIVM SPICA ALBA: ex radice rufa, transuer- sa, fibræ capillares descendunt, & folia plu- ra, ferè capillacea, palmaria, etiam breuiora, rarius longiora exurgunt, vnâ cum culmis tenuissimis, qui plerunq; ipsis folijs breuio- res sunt, quibus spica, vt plurimum simplex, candida, exiguis aristis, quæ vix vnciam su- perat, insidet.


Locvs. In syluis humidis Hüningsium (pagi Basileæ proximi) inuenitur.

**III.** GRAMEN CARYOPHYLLATVM NEMO- ROSVM SPICA MULTIPlici: radice est ex fi- bris capillaceis rufescentibus composita, ex qua, tanquam ex cespite, folia semipalma- ria, etiam breuiora, Vetonica caryophylla- tæ similia prodeunt: inter quæ culmi quàm plurimi capillacei, nudi, folia aliquando su- perantes, spicas multas breuissimas & rufes- centes sustinentes, exsurgunt.

Locvs. Hoc apud nos, in vmbrosis & hu- midis ad Byrsam & Wiefam, reperitur, & huic non multum dissimile, sed radice ma- gis geniculata, ad sepes in via, non longè à pago Riehen, conspicitur.

**IV.** GRAMEN CARYOPHYLLATVM MON- TANVM SPICA VARIA: radicibus est paruis, fibrosis, oblongis, nigricantibus, ex quibus instar cespitis, folia angusta, aliquando pal- mum longa, gramini præcedenti similia pro- deunt: inter quæ culmi plures, tenues, folijs nudi, imbecilles, palmares, rarius pedales, prodeunt, qui in summo ramosi, modo spi- cam tenuem breuemq; & rufescentem, mo- dò velut paniculam ex thecis paleaceis inor- dinatè dispositis, sustinent: quibus singulis semen triangulare, rufum, acuminatum in- clusum est.

Locvs. In vicinis vrbis nostræ collibus, vt supra Krentzachum, propè arcè Richen- stein prouenit.



**V.** GRAMEN CARYOPHYLLATÆ FOLIIS ALPINVM: folijs est circa radicem pluribus, in orbem dispositis, crassis, carnosis, non ap- parentibus neruis, solidis & mucronatis, ad caryophylli folia accedentibus, sed prædi- ctis longioribus maioribusque.

Locvs. In Bernensium, aut Valesiano- rum montibus, lactarij & opiliones Rabis aut Rabinum, quasi præstantius & præci- puum gramen dicas, cognominant, eò quòd vaccis eius pabulo lactis copia plurimum au- geatur: in montibus etiam vdis Angliæ, Pe- na a notauit.

NOMEN. Gramen alpinum quoddam, Gesnero b: Gramen Rabinum vel Rauifum montanum, folijs Vetonica caryophylla- tæ, Aduersarijs: Gramen Rabinum, Taber- næm. Germanis, Rabis/oder Rabinengras.

**VI.** GRAMEN SPICATVM FOLIIS ET SPI- CIS HIRSVTIS MOLLIBVS: radice est arundi- nacea, transuersim repente, paucis fibris ca- pillata, ex qua culmi molles, cubitum supe- rantes, folijs oblongis, angustis, spicas supe- rantibus, & molli lanugine aspersis, quasi per tubulos transeuntes, exsurgunt: quorù sum- mo spica angusta, vncias duas longa, mollis, modò simplex, modò gemina, rarius triplex, alternatim disposita insidet.

Locvs. Hoc in arenosis apud Birsam re- peritur.



Α Stelephuros Theophrasti, Anguillare hæud

DE GRAMINE TYPHOIDE.

CAPVT XII.

I. GRAMEN TYPHOIDES MAXIMUM SPICA LONGISSIMA.



dubie, quia inter spicatas Theophrastus a retulit: Verum, cum in Theophrasto quem Gaza reddidit, hæc vox non occurrat, verba secundum genuinam lectionem apponemus: στεχυώδη μὲν ἔν εἰν, ὁ, τε χυώψ καλέμεν, καὶ ὁ ἀλωπέκρον, καὶ ὁ στελεφῆρον, καὶ ἀρνόγλωσσον, ὑπὲρ ἐπιων καλέμενον ὄρτυξ, παλαιοὶ ἔχων ἰδέας αὐτῆ: hoc est, Spicatae ergo sunt, ea quam Cynopam nominant, & Alopecuros, & Stelephuros, & Arnoglossa, quam Ortyga quidam vocat, B eius multae sunt species: Et Plinius b aliud rursus spicatarum genus, ex quo est Cynops, Alopecuros, Stelephuros (quam quidem Ortyga vocant, alij plantaginem,) Thryallis. Hinc Gaza persuasus Stelephuri vocem o-mittens, plantaginem substituit, addens, quae agnina lingua à quibusdam vocata sit, & ab alijs coturnix. Hæc autem Theophrasti. c est descriptio: caudæ vulpinæ similis est stelephuros, nisi quod non, quemadmodum illa, particulatim floreat, sed per totam C spicam vt triticum: verum florū emissio ambobus lanuginosa est, sicut etiam frumento: asimile verò tota specie tritico, verum folio latiore. Germanis, Großkolbengras.

II. GRAMEN TYPHOIDES

MOLLE.

I. GRAMEN TYPHOIDES MAXIMUM SPICA LONGISSIMA: ex radice parua, nodosa, cui fibræ exiguæ & plurimæ adnatæ, culmus rectus, sesquicubitalis, internodijs rarioribus distinctus, exsurgit: qui in spicam rectam, teretem, palmarem, virescentem, in D maturitate albicantem, tactu mollem, desinit: cuius vtricoli copiosis & oblongiusculis aristis armantur: folijs est gramineis, paucis, oblongisque, maiori etiam parte caulem vestientibus.

Locvs. Hoc copiosè, inter fruteta, ad acidulas Gœppingenses Vvürtembergici ducatus, Iulio mense primùm obseruauimus: dein, non longè Basilea, in sepibus agrorum, & in salicetis Michelfeldæ, legimus. E

NOMEN. Α γρῶσις τυφειδῆς dicitur, quod spica aliquomodo, clauæ imaginem quam Typha aquatica gerit, referat: licet sint, qui inter Typhoides & Alopecuroides differentiam non faciant: cum tamen Alopecuroides, spica sua eleganter caudam vulpinam referat. Gramen typhoides maius & molle Thalij statui posset, nisi huic spicam breuiorem & crassiolem, quàm reliquis tribueret.



II. GRAMEN TYPHOIDES MOLLE: radice est parua, fibrosa: culmo cubitali, interno-



dijs distincto, folijs angustis, acutis : spica A  
longa, ex multis paleaceis continuis & par-  
uis vtriculis, tenuibus aristis donatis, com-  
posita, quibus exiguum & subrotundum se-  
men inclusum est.

Locvs. Passim ad semitas reperitur.


NOMEN. Gramen alopecuroides, Lobe-  
lio d: Gramen alopecurinum primum, Ta-  
bernæmont. Gramen alopecuroides mi-  
nus, Gerardo. Germanis, Fuchschwanzgras.  
Belgis, Vossesteertengras. Anglis, Foxetaile-  
grasse.

maius, Thelio. Germanis, Fieschgras. An-  
glis, Great Cats-taille grasse.

IV. GRAMEN TYPHOIDES  
ASPERVM ALTERVM.

III. GRAMEN TYPHOIDES  
ASPERVM PRIMVM.


*Phleum pratense, L. herb. cul. 22.*



III. GRAMEN TYPHOIDES ASPERVVM PRI-  
MVM: radicem habet, quæ in multas tenues,  
longasque fibras abit, ex qua calami plures,  
sesquipalmares, rotundi, geniculati, exsur-  
gunt, circa quos folia, breuia, angusta, acu-  
minata: spicam habent rectam, longam,  
densamque, trium quatuorue vnciarum, E  
rarius palmarem, attactu subasperam, sub-  
cineream, Typhæ similem, multis vtriculis  
dense ac squamatim compactis, rigidiuscu-  
lis, paruisque aristis donatam.

Locvs. Aridis squalidisque agris, erice-  
tis, aliquando & sabulosis prouenit.

NOMEN. Gramen Typhinum primum,  
Tabernæmont. Gramen Typhinum ma-  
ius, Gerardo: Gramen typhoides asperum



IV. GRAMEN TYPHOIDES ASPERVVM AL-  
TERVM: radicibus est fibrosis, tenuibus, ob-  
longis, quasi ex bulbiculis promanantibus:  
caulibus geniculatis, priori similibus, folijs  
angustioribus durioribus cinctis: spica bre-  
D uiore, tenui, subaspera.

Locvs. In sabulosis reperitur.

NOMEN. Gramen Typhinum, Lobelio,  
Lugdunensi: Gramen pratense septimum,  
Dodonæo: Gramen Typhinum secundum,  
Tabernæmont. Gramen Typhinum mi-  
nus, Gerardo. Germanis, Fieschgras. An-  
glis, Smal Cats-taille grasse.

V. GRAMEN TYPHOIDES SPICA ANGV-  
STIORE: radicem habet parvam, parumque  
E fibrosam, folia pauca sed oblonga: cul-  
mum sesquicubitalem, internodijs distin-  
ctum, spicam longam, angustam, priori-  
bus tenuiorem.


Locvs. In cultis secus vias, sæpè re-  
peritur.

NOMEN. Gramen Alopecuroides minus  
alterum, Lobelio e: Gramen Alopecuri-  
num secundum, Tabernæmont. Gramen  
Alopecurinum minus, Gerardo. Belgis,

d in Iconibus. e in Iconibus.



V. GRAMEN TYPHOIDES SPICA  
CA ANGVSTIORE.



*Clein vossen steerten gras.* Anglis, *Smal bastard*  
*Foxi-taile gras.* Variat potissimum spica,  
quæ in alio est longior, in alio breuior.

VI. GRAMEN TYPHOIDES  
CVLMO RECLINATO.



VI. GRAMEN TYPHOIDES CVLMO RECLINATO: radice est ex multis tenuibus fibris composita, culmo pedali, geniculato, ad exortu reclinato: folijs latioribus, aliquando ternis simul iunctis: spica priori simili: iisdemque locis proueniens.

NOMEN. Gramen alepecuroides minus, Lobelio e: Gramen alopecurinũ tertium, Tabernemont. Gramen alopecurinum maius, Gerardo.

B VII. GRAMEN TYPHOIDES  
SPICA MVLTIPlici.



D

VII. GRAMEN TYPHOIDES SPICA MVLTIPlici: ex radice nodosa, incurua, à qua fibræ hinc inde sparguntur, folia oblonga, Sparganij forma, sed angustiora prodeunt, inter quæ culmi tenues, rotundi, geniculati exsurgunt: supra quorum medium spicæ, ternæ, quaternæ, alternatim positæ, longæ, asperæ, & vbi maturuere, subnigræ, Typhæ forma, sed tenuiores, insident.

Locvs. Inter arundinaceum gramen, pratis humidis inuenitur.

NOMEN. Calamogrostis prima, Trago quoad descriptionem: Gramen typhinum tertium, Tabernæmont. Cyperus Typhinus, Gerardo. Anglis, *Catstaile Galingale.*

QUALITAS. Sapore est acido astringente, quod nec in vsum medicũ venit, nec iumenta, siue viride sit, siue siccum, depascuntur.




DE GRAMINE PHALAROIDE.

CAPVT XIII.

I. GRAMEN PHALAROIDES.

*Alopecurus pratensis, L. ex. P. P.*



I. GRAMEN PHALAROIDES: ex radice aliquando nodosa, fibræ capillares sparguntur, unde caulis exurgit modò vnus, modò plures, pedalis, aliquando cubitum æquans, geniculatus, circa quem folia pauca, D oblôga, cuius summo spica cæteris breuior, sed crassior, Phalaridi similis, aliquando aspera & lappacea insidet.

Locvs. In agris Bononiensibus collectû.

NOMEN. Gramen Phalaroides alterum, Lobelio a: Gramen Phalaroides, Tabernæmont. Gramen alopecuroides maius, Gerardo. Germanis, wild Canariengras. Belgis, Gras ghelyekende t'cruyd van Spaensch Saedt oft Canarien saedt. Anglis, Great Foxetaille gras.

II. GRAMEN PHALAROIDES MINVS: folijs est oblongis, angustis, viridibus, quorum vnum vel alterum, culmos cubitales, tenues, tubi instar cingit: in culmorum summo, spica Phalaridi similis, sed angustior, trium vnciarum insidet: nec radicem, nec semen vidimus: Et Phalaridis alterius Hispanici nomine, à D. Gillenio, Castellis accepimus.

A

III. GRAMEN PHALAROIDES SPICA MOLLI, siue GERMANICVM: culmo est cubitali, prioris crassiore, vno alteròue geniculo distincto: folio vno vel altero, eoq̃ue breui, culmum ambiète, cuius summo, spica biuncialis, prioris angustior, cinericei coloris, splendens & mollis insidet. Hoc Vlmenses, apud quos prouenit, à colore Onochordon appellare, intelleximus.

DE GRAMINE ALOPECUROIDE.

B


DE GRAMINE ALOPECUROIDE.

CAPVT XIV.

I. GRAMEN ALOPECVROS

SPICA ROTVNDIORE.

C



*L. canine canalis. W. in P. P. 167. Lam. 3. 377.*

I. GRAMEN ALOPECVROS SPICA ROTVNDIORE: ex radice tenui, fibrosa, culmi triticeis tenuiores, pedales, geniculati, striati, tenui canicie albicantes, exsurgunt: vt & folia, quæ hordeacea, tenui lanugine mollia: spica in cacumine subrotunda, mollissima & lanugine densa, ex qua pili oblongi, delicati, subfului prodeunt, ita vt caudam vulpinam omnino imitetur, quæ in Iulio, vbi matura est, spica flaua pallet.

Locvs. In Lio Venetorum Insula, & in maritimo tractu, vulgò la plage Monspelij vidimus, in aruis cum frugibus Lugdunensis & Tabernæmontanus obseruarunt, in pluribus Gallia Narbonensis agris, Dodo-



næus. Simile ex Cretico semine Norimber- A III. GRAMEN ALOPECVROS  
ge in horto D. Camerarij creuit.

NOMEN. Theophrasto a est *Ἀλωπέκωρον*,  
seu Cauda vulpina, quam inter spicofas enu-  
merat, quæ hirsuta, lanuginosa, vulpiū cau-  
dis similis cernatur, vnde nomen acceperit:  
Et Plinij b cauda vulpina, Alopecuros  
Theophrasti Anguillaræ: Cauda vulpis  
Monspeliensium speciosior, Aduersarijs: A-  
lopecuros, Dodonæo, Lugdunensi, Taber-  
næmont. Gerardo, Camerario c: Alopecu-  
ros altera, Lobelio d: Cauda vulpina, Cæsal- B  
pino, qui addit, hanc maximè videri Alope-  
curon, at non florere particulatim. Germa-  
nis, *Fuchschwanz*. Belgis, *Vossensteert*. An-  
glis, *Foxetayle*. Gallis, *Quêne de renard*. Ita-  
lis, *Coda di volpe*.

QUALITAS. Sapore est frumentaceo &  
insipido, de cuius viribus nil hæctenus, nec  
apud veteres, nec recentiores, scriptum re-  
perimus.

II. GRAMEN ALOPECVROS MINOR, SPI-  
CA LONGIORE: tota planta pedem alta est, ra- C  
dice fibrosa, culmis multis, geniculatis, re-  
curuis: folijs priore longioribus, angustio-  
ribus: spica trium vnciarum, rarius minore,  
albida, Graminis panicei effigie, sed lanugi-  
nosa, quæ compacta est, ita vt simplex vi-  
deatur, cum tamen ex multis spicis sit com-  
posita, qua in re potissimum à priore differt,  
& quod ea minus speciosa & molli sit.

LOCVS. Frequens est locis maritimis,  
Monspelio vicinis ad Magalonam, & aquas  
marinas, quod etiam in Lio Venetorum in- D  
venimus.

NOMEN. Cauda vulpina Monspelien-  
sium, Aduersarijs & Lobelio: pingit & Tur-  
nerus e, Alopecuron longa spica, folijs mul-  
tis & breuibus ad radicem, quod in Germa-  
nia prouenire scribit, cuius & Tabernæmō-  
tanus, sub Alopecuro maiore, meminit.

III. GRAMEN ALOPECVROS MAIOR SPI-  
CA LONGIORE: hoc radice est longa, per E  
transuersum lata, fibris deorsum missis: cul-  
mis cubitalibus, geniculatis, folijs gramineis  
Schœnanthi æmulis: spica in cacumine ob-  
longa, densè congesta, lanuginosa, alba.

LOCVS. In Adriatici maris Venetijs, &  
mediterraneis circa Monspelium, littoreis  
& sabuletis occurrit: sic & pone aquas ma-  
rianas, via qua Pescaram itur.

NOMEN. An hic Iuncus ille odoratus,



quem in Campania inueniri Plinius f me-  
morat? Iuncus marinus gramineus folijs  
Schœnanthi, Aduersarijs, Lobelio, Lugdu-  
nensi: Schœnanthum adulterinum, Taber-  
næmont. (cui & Squinanthum Europeum)  
& Gerardo. Germanis, *falsch Camelheu*.  
Belgis, *Valsch Schœnanthum*. Anglis, *Bastard  
Camels Hay*. Pseudoschœnantum dicitur,  
quod specie, magnitudine, culmo, Schœ-  
nantho sit simile, a quo tamen spica oblonga  
& odore aromatico differt.

QUALITAS. Vires adhuc incognitæ, licet  
moderatè calidum videatur: & cauendum  
ne eo Schœnantum adulteretur, cum pro eo  
à Pharmacopæis Venetis & Monspeliensi-  
bus sibi obtrufum fuisse Pena g scribat, à  
cuius tamen præstantia longius abest, quam  
Canna vulgaris à Calamo aromatico.

IV. & V. GRAMINIS ALOPECVROIDIS  
ANGLOBRITANNICI MAXIMI ET ALTERIVS A-  
FRICANI, utriusq; Iconem D. Lobelius ad me  
Londino, sed sine descriptione misit, admo-  
nens se in libro, cui titulum fecit Illustratio-  
nes Plantarum, vnà cum alijs descriptio-  
nem, propositurum.


VI. GRAMEN ALOPECVROIDES, SPICA  
ASPERSA: radice est exigua, capillacea, cauli-

a 7. histor. cap. 10. b lib. 21. cap. 17. c in suo horto. d in Iconibus. e in suo herbario Anglico. f lib. 12. cap. 22.  
g in Aduersarijs.



## VI. GRAMEN ALOPECUROIDES SPICA ASPERA.

## A I. GRAMEN TOMENTOSUM SPICATUM.



culo (aliquando vno, aliquando duobus, tribusue) tenui, palmari, etiam pedali, geniculis distincto, circa quem folia mollia, oblonga, angusta, acuminata: in cauliculi summitate, spica brevis in vnum latus propendens, communiter aspera, ex cuius vtriculis, aristæ penè vnciales, prodeunt, quæ cum maturuere, rigidæ sunt.

Locvs. In agris Monspeliacis prouenit: Huic simile, si non idem, Gramen echinatum Dalechampij *b*, quod radicibus multis nititur, gracilibus, candicantibus, cauliculis ex vno cespite multis, huc illuc diffusis: folio arundinaceo minore: capitulis in summo caule oblongis, tactu sic asperis, vt echinatis videantur: semine minutulo, candido, gluma obuoluto: sapor totius plantæ ex factuo subdulcis: nascitur ad ripas Araris.

## DE GRAMINE TOMENTOSO.

## CAPVT XV.

I. GRAMEN TOMENTOSUM SPICATUM: radice nititur candida, longa, fibrata: culmis est pedalibus, nodis distinctis, sæpe cæsiis: folijs gramineis, oblongis, acutis, sæpius complicatis: spicam habet in cacumine, quinque, etiam sex vncias longam, ali-

quando ad Typhæ crassitiem accedentem, candidam, serici instar splendentem, tactu mollissimam, quæ ob flores oblongos, copiosos, ex luteo rufescentes, quasi rufis punctis variegata videtur.

Locvs. Hoc non longè Monspelio ad thermas Bellelucanas iuxta sæpes legimus, quod etiam in Flandria, non longè Gandauo in sepibus, locisque incultis, Tabernæmontanus obseruauit. Cum prædicto Gramine Alopecuroide spica longiore, similitudinis multum habet, ita vt idem esse diu crederimus: verum spica maximè variat, que in illo contactu non ita suavis & mollis est, nec ob rufa puncta variegata.

NOMEN. Gramen tomentosum, Lugdunensi, qui Alopecuron Theophrasti & Plinij statuit, & an sit *λαγόπυρον* Hippocratis *a*, dubitat. Verum Hippocratem de Lagopo trifolio intelligendum censemus: Iuncus marinus gramineus, Lobelio: Gramen sparteum secundum & Schœnantinum, Tabernæmont. Iuncus marinus gramineus, Gerardo. Germanis, *Pfrimmengras*. Anglis, *Smal English mat Weede*.

II. GRAMEN TOMENTOSUM PRATEN-  
SE, PANICVLA SPARSA: radice nititur crassa, fibrosa, rufa: folijs est gramineis, non-


*b* in historia Lugdunensi.

*a* lib. de Placibus.



## II. GRAMEN TOMENTOSVM

PRATENSE; PANICVLA SPARSA.



nunquam pedalis, inter quæ caulis tères, enodis, iunciformis, cubitalis & bicubitalis exurgit: ex cuius summitate, panicula tomentosa, Gossipio mollior & tenerior, niueo candore luens, ex pediculis, aliquando breuibus, aliquando oblongis, qui ex pericarpio quodam siue membraneo folliculo ex rufo nigricante, eoque bifido vel trifido prodeunt, Iunio & Iulio mensibus, dependet. Variat, paniculis modò sparsis, nonnunquam cōtractis pediculis tanquam pappus conspicitur. Hic pappus ipsius flos est, non autem fructus & semen, vt Tragus, Tabernæmont. & Lugdun. volunt, inter enim tomentum ad pediculum, semina oblonga triangula, acuta, rufa, habentur.

Locvs. In humidis pratis, & vliginosis vallibus, etiam in ipsa vligine Germaniæ obseruauimus.

NOMEN. Græcè *λινόχοινον*, *ερίδοχοινον*, id est, Iuncus linum, vel lanam ferens dici posset: Gnaphalium Dioscoridis, Trago: sed descriptio *b* Dioscoridea non cōuenit, cum folia mollia ac alba tribuat, quibus pro tomento vtantur. Gnaphalium Tragi, Lugdunensi: Typham Dioscoridis censet & vocat Anguillara: Linum pratense, Lonicero: Iuncus bombycinus, Aduers. Lobelio, qui etiam Linum pratense Cordi nominat: Gra-

men eriophoron, Dodonæo: Pseudolinum, Castori quoad iconem: Gramen iuncum lanigerum, seu iuncus laniger, aut bombycinus, Thallio: Gramen tomentosum & Linagrostis, Tabernæmont. Gramen tomentarium, Gerardo: Alijs gramen laniferum, Tomentum pratense. Germanis, *Mattenflachs*, *Wiesenflachs*, *Wiesenwullen*, id est, Linum pratense, & Lana pratensis. Belgis, *Sydebiese*, *Vlockbiese*, *Quispelbiese*, *Mattenvlachs*, *Cottoenbiesse*. Anglis, *Cottongrasse*, *Meadowwoull*, *Vwaterlecke*.

**B** QUALITAS. Astringentis censetur facultatis, quare ex vino c coctum, ventris torminibus, eiusque profluuium conferre: lanuginis copia si haberi posset, textorio operi non incommoda fortè futura: alias pauperes, loco plumarum, in lectis & culcitris vsi sunt.

III. GRAMEN TOMENTOSVM ALPINVM ET MINVS: ex radice parua, inutili, calamus dodrantem vix superans, folijs duobus tribusue vestitus exurgit, cuius summitati pappus subrotundus infidet.

Locvs. In Heluetic monte D. Bernhardi minore, ad lacum crescit: idem ex Rætia accepimus.

## DE GRAMINE SPARTEO.

## CAPVT XVI.

SPARTVM duplex est: Aliud frutex Græcorum, quod & τὸ σπάρτον, & τὸ σπάρτον dixerunt, quod Genista est Plinij, licet a idem an Genista, Spartum sit; dubitet, qua de re inter Genistas. Aliud herba Latinorum, vt Plinij *b*, quod & Hispanicum dicitur, de quo in præsens.

Spartum autem nunc plantam, è qua restes fiunt, nunc restem significat, eo modo, quò *χοινον* & funem, & iuncum notat: Gramen sparteum maluimus, quam simpliciter Spartum appellare, ad differentiam Genistæ, quæ etiam spartum Hispanicum à quibusdam dicitur. Verum sparti huius legitimi Pliniani cognitio, Clusio exoticarum plantarum peritissimo debetur, ex quo priora tria delumpimus.

I. GRAMEN SPARTEVM PRIMVM PANICVLA COMOSA: huic radices fibrosæ sunt, ac perennes, quæ facile luxuriantes, atq; inter se implicitæ latum cespitem, & multarum



I. GRAMEN SPARTEVM PRIMVM PANICVLA COMOSA.



simul congestarum plantarum cumulum, iunci modo duorum quandoq; pedum, aut amplius, in ambitu spatium occupant: folia habet numerosa, tenuia, ex viridi pulla, glabra, cubitalia, quædam tenella sunt, latiuscula interiore parte canescente, quæ successu temporis contrahuntur & conuoluuntur (marginibus ita coniunctis, ut vix rimâ appareat, nisi curiosius obserues,) iunceæ, lenta & obsequiosa, quæ ætate duriora redduntur: inter hæc culmi assurgunt sesquicubitalia, folijs altiores, paniculam paruum, ferè arundinaceam, lanosam comosamque, nonnullorum graminum assimilem, vere & æstate proferentes, simili propemodum ratione florentem, cui semen oblongum, veluti in nonnullis graminum generibus scabrum, & acerosum, succedit.

Locvs. In Africa c exiguum ac inutile, gignitur. Carthaginensis Hispaniæ interioris portio, nec hæc tota, sed quatenus parit, montes quoque Sparto operit. Et Clusius in collibus arenosis Bœticæ, & copiosissimè ab initio Granatensis regni, siue Bœticæ limitibus, vsque ad Murgin urbem, propè Carthaginem nouam, obseruauit, vt non sine causa totus ille tractus veteribus Spartarius campus (vt apud Strabonem d, qui

A nunc *ισχυρότερον πένδιον*, nunc *χοινοῦται*, nunc *ἀλιχοινοῦνται* vocat,) sit appellatus. Sic & litoribus e Mediterranei maris utriusq; Africae & Hispaniæ non minus frequens, quam nota: sed Valentino f regno longè vberius & lætius. Hoc Antuerpiæ Guilhelmus Driesch g Pharmacopæus, & Bruxellis Iohannes Boysotus in horto suo coluit: licet Plinius h, herbam esse, quæ sponte nascatur, & quæ non queat feri, iuncumque propriè aridi foli esse, vni terræ (Hispaniæ scil.) B dato vitio, scribat.

NOMEN. Illud ipsum est, quod Theophrastus i *λινοσπάρτον* nil aliud, quàm lineum spartum significans (Linogenistam, Gaza vertit) nominat, & inter *πύλοπα*, id est, ea quæ plures cortices siue tunicas sibi inuicem superpositas habent, numerat: Non desunt tamen, qui eo loco diuisim legant, Linum, Spartum. At Cæsalpinus vult Theophrastum Genistam intellexisse, nullamque inter Dioscoridis & Plinij spartum differentiam esse. Sparti nomine Plinius loco citato descripsit Spartum Hispaniæ, Marcello. Spartum alterum quod in Hispania & Africa funibus nascitur, leucea siue lygea potius dictum ab Athenæo k, Hermolao l: sed lygeam viticis genus esse censemus. Spartium, Aduersarijs: Spartum Plinij, Clusio m, Lobelio, Lugdunensi, Tabernæmontano & Gerardo: Spartum herba (ad differentiam fruticis) Dodonæo: Iuncus Iberius, siue Hispanicus, Dalechampio n. Germanis, *Psrimengrasß*. Anglis, *Mattveede*. Hispanis, *Esparto*. Prouincialibus, *Elpho* Hispanica.

VSVS. Naturam & vsum Plinius h diligenter expressit, & post tempora Theophrasti, in vsum venisse, scribit, (ratione motus ea, quòd Theophrastus omninò nullam mentionem sparti faciat, qui tamen annis cccxc. ante ipsum, cuncta, cura magna, sit persecutus) & quidem non antè Pœnorum arma, quæ primùm Hispaniæ intulerunt. Ex M. Varronis quoque sententia, apud Gellium, in Græcia sparti copia modò ex Hispania esse cœpit: attamen vt Cornarus o monet, fieri potuit vt Asia ex ipso lina piscatoria fecerit, & hoc ab aliquo Græco authore proditum, Plinius ad Genistam retulerit, ita tamen vt dubitarit an hæc esset, quam Græci autores Sparton appellauere. Ipse verò non dubitat, quin Spartum hoc

c Plinius lib. 19. cap. 2. d l. 6. *Ἐπὶ τῷ ἰσχυρότερον πένδιον*, & postea *συνάττει τὸ Σπάρτον*, ὡς αὐτὸ ἀλιχοινοῦται καλουμένη πένδιον τὸτο δ' ἐστὶ μέγα καὶ αἰσθητὸν, πάλαι χοινοποιουμένη φωνὴ σπάρτον, ἰσχυρότερον ὄχρονος εἰς πάντες τόπους, καὶ μάστιγι εἰς τὴν Ἰταλίαν. e Aduers. f Clusius. g Lobelius. h lib. 19. cap. 2. i 1. hist. 3. Idem Cornarius in Dioscor. & Dalechamp. in Plin. k lib. 9. l lib. 4. coroll. 771. m in hist. Hispan. & variatum. n nomen in Plinium. o lib. 4. in Diosc. embl. 137.



Græcorum Genista non sit, sed Hispanici AII. GRAMEN SPARTEYM SE-  
 generis, apud Græcos rari, & vsus non vul-  
 gati, ex quo Asiatici lina ad retia præcipua fa-  
 cerent: ex Genista enim nulla fieri possunt.  
 Non tamen Spartion Dioscoridis est, quo  
 vites ligari Dioscorides scribit, itemque Ga-  
 lenus Sparti nomine, quod Genistam Pli-  
 nius appellat. Eodem in vsu apud Hispanos  
 est, quo Plinij *b* tempore fuit, hinc strata  
 rusticis eorum, ignes, facesque, hinc calcea-  
 mina & pastorum vestes conficiebantur.  
 Sic Hispani ex crudo & siccato, tapetes seu B  
 aulæa, storeas, corbes, in quibus vix passæ  
 & caricæ, tum & alia condiuntur: sic & ru-  
 dentes, aliosque funes ad *p* nauium orna-  
 menta & ædificationum machinas expedi-  
 tos, conficiunt, cuius *m* nomine etiã ingenti  
 copia, Mafiliam, Genuam & Antuerpiam,  
 deuehuntur, quos Ibericos funes Flaccus  
 vocat, Ibericis peruste funibus latus. Et, vt  
 Plinius *q*, vulsum & exanimatum, (exami-  
 natum,) fascibus in aceruo, biduo, tertio re-  
 solutum, spargitur in Sole, siccaturque, & C  
 rursus in fascibus redit sub tecta, (hoc est *r*,  
 examinabant, vt integrum, & minimè vi-  
 tiatum ad textilia, vt putre, arrosum, cor-  
 ruptum, ad ignes seponerent: licet *s* aliqui  
 animatum exponant, *ἐκ ἐξεντισμοῦ*, non  
 emedullatum, quasi verò tam exilis iuncus  
 emedullari possit:) postea maceratur aqua  
 marina optimè, sed & dulci, si marina desit:  
 siccatumque, Sole iterum rigatur. Si re-  
 pente vrgeat desiderium, perfusum calida  
 in folio, ac siccatum stans compendium o- D  
 pera fatetur. Hoc autem tunditur (quem-  
 admodum Linum,) vt fiat vitile (ob quem  
 vsum *χοινοπλοκικόν* dicunt,) præcipue in aquis,  
 marique inuictum. Ex sic præparato, etiam  
 calceaminis genus, quod ipsi Alpergates ap-  
 pellant, funes & alia subtiliora opera confi-  
 ciuntur: ad quæ id, quod Valentino regno  
 crescit, præfertur. In summa, Iuncus Iberi-  
 cus, *ἀκαθής, ἀκαρπῶς, ἀφυλλῶς*, ad nexus  
 tantum utilis est.

II. GRAMEN SPARTEYM SECVNDVM, PA-  
 NICVLA BREVI FOLLICVLO INCLVSA: iunco  
 est molliore & tenuiore, quam primum: pa-  
 nicula breui & pericarpio quodam, siue  
 membranaceo folliculo, sicut Narcissi flo-  
 res, inclusa: Martio florens.

Locvs. Eodem quo superius loco in re-  
 gno Murciano, humidioribus præsertim  
 locis, nascitur. Rarus admodum vsus est,

GRAMEN SPARTEYM SE-  
 CVNDVM PANICVLA BREVI FOLLI-  
 CVLO INCLVSA.



vt quod storeis aut huiusmodi operibus cõ-  
 ficiendis minimè idoneum sit, sed plurimus  
 ad lineos saccos, straminis loco implendos,  
 quos lectis substernant.

NOMEN. Spartum aliud, Clusio: Spar-  
 tum alterum Plinij, Lobelio, Lugdunensi,  
 Tabernæmont. & Gerardo: Sparti herbæ  
 alia species, Dodonæo: Incolæ *Alburdin* vo-  
 cant, fortè quod hoc clitellas è crassiore can-  
 nabino panno confectas, quas iumentis im-  
 ponunt, quasque Alabardas vocant, impleant.  
 Anglis, *Hooded Matyveede*.

III. GRAMEN SPARTEYM SPICATVM PO-  
 I IIS MUCRONATIS, VEL SPICA SECALINA. Hoc  
 priori ferè simile, sed multò maius & rigi-  
 dius, radice est iuncea; fibris multis albis ca-  
 pillata, latè graminis modo serpente, arenæ  
 E cumulis depacta: folia rigida, sesquipedalia,  
 in mucronem durum & acutum fastigiata,  
 vt cruribus eorum, quibus sine ocreis illac  
 iter est, sæpissimè cruenta vulnera inferant:  
 caule est sesquicubitali, etiam bicubitali:  
 spica secales simili, semine acerose.

Locvs. In Littore Veneto primum legi-  
 mus: dein Montpessuli, propè Perault: re-  
 peritur etiam aggeribus sabulosis Oceano  
 oppositis in Gallia, Flandria, ubi ab incolis



III. GRAMEN SPARTEVM SPI-AIV. GRAMEN SPARTEVM SPI-  
CATVM FOLIIS MVCRONATIS S. SPICA  
SECALINA.



*Halm* vocatur, quasi *άλμυρον*, *δοτὸ τῆ ἀλός*, id est, à Sale. Sic &, in fabuletis maris occidentui Angliæ, Hyberniam versùs, Lobelius notauit.


NOMEN. Spartum herba tertium maritimum Clusio *t* & Lugdunensi: Spartum nostras, Lobelio: Spartum quintum & Plinianum tertium, Tabernæmont. Spartum Anglicanum, Gerardo. Anglis, *English-matvvede*. Nullius vsus est, nisi vt latis suis cespitibus & valde contortis, atque oblique se spargentibus, arenam firmiorem reddat & in aggeribus colliget, ne tam facile vndis marinis & fluctibus eluatur, sed fortius tempestatibus resistent, cuius nomine Holandi & Seelandi suis aggeribus adplantant.

IV. GRAMEN SPARTEVM SPICATVM FOLIIS MVCRONATIS BREVIORIBVS: radicem habet ex multis cirris tenuibus cõpositam, folia pedalia, rigida, angusta, neruo distincta: stipulas cubito altiores, rotundas, leues, geniculatas: spicas oblongas, tenues, atrovirentes.

Locvs. Copiosè in Brabantia, locis arenosis prouenit.


NOMEN. Gramen sparteum primum & Iuncispartum, Tabernæmontano Spartum Anglicum alterum, Gerardo.

B



C

V. GRAMEN SPARTEVM SPI-  
CATVM LATIFOLIUM.



E

V. GRAMEN SPARTEVM SPICATVM LATIFOLIUM: radice & culmis geniculatis cum tertio conuenit: at folijs est latioribus, triticeis, cæsijs, & spicis breuioribus, Phalaridis



potius, quam Secales paniculas, imitãtibus. A IIX. GRAMEN SPARTEVM

Locvs. In aggeribus Hollandiã frequẽs: ijsdemque vsibus, quibus & tertium seruit.

NOMEN. Spartum nostras alterum, Lobelio u: Spartum sextum vel Plinianum quartum, Tabernãmont. Spartum herba quartum Batauicũ, Clusio x. Belgis, etiam *Halm* dicitur.

VI. GRAMEN SPARTEVM IUNCIFOLIVM: radicem habet repentem, fibrosam: folia multa, iuncea, in acumen fastigiata: culmos tenues, palmares: spicas tenues, ex atro pur- B purascentes: vtriculis communiter ab vna parte dispositis, ijsque oblongis, tenuissimis, in duas exiguas aristas abeuntibus.

Locvs. Hoc non longẽ Monspelio, in monte Calcaris notauimus, sic infra Argentinam propẽ oppidũ Bar, in ouium pascuis, inter Chamãspartum copiosẽ prouenit: in arenosis Hollandiã, Lobelius obseruauit.

NOMEN. Spartum nostras paruum, Lobelio y: Spartum septimum, vel Plinianum quintum, Tabernãmontano. C

VII. GRAMEN SPARTEVM BASILEENSE, siue CAPILLACEO FOLIO MAIVS: ex radice fibrosa, culmi plures exurgunt: qui statim in folia capilli instar angustissima, in acumen molle fastigiata, palmum, sæpe pedem altiora, absumentur: nec paniculam, nec spicam obseruauimus: totã planta insignitẽ viret: ex multis plantis simul iunctis cespes constituitur.

Locvs. In nostris paludibus Michelfeldensibus reperitur.

IIX. GRAMEN SPARTEVM HOLLANDICVM, siue CAPILLACEO FOLIO MINVS: hoc pro radice, fibellas tenuissimas, albas, habet: folia copiosa, capillacea, pallida, trium quatuorue vnciarum: inter quã culmi tenuissimi, palmo altiores, vno alteroq; interno dio donati, & penẽ nudi efferuntur: qui paniculam pallidam diuulsam sustinent, & cõmuniter plures cespitem constituunt.

Locvs. In sylua Hagana prouenit. E

IX. GRAMEN SPARTEVM MONSPELIACVM, siue CAPILLACEO FOLIO MINIMUM: radicem habet ex fibris albis, oblongis, capillaceis compositam: folia capillacea, vncialia: culmos tenuissimos, nudos, trium quatuorue vnciarum: paniculas paruas, ex locustis minimis compositas, & per maturitatem rufescentes.

HOLLANDICVM S. CAPILLACEO FOLIO MINVS.



Locvs. Monspelluli in agris, æstiuo tempore, reperitur.


X. GRAMEN SPARTEVM SETAS EQVINAS REFERENS: hoc album est, & ex radice alba setarum instar, folia cubitorum quatuor longa producit, quã forma, & tenuitate, & robore, caudam equinam, eiusque setas referunt, ex quibus Iauã Insulã incolã tapetia texunt. Huius videtur facta mentio apud Clusium z, ex descriptione nauigationis Stephani van der Hagen versũ Guineam, his verbis: Ambonenses funium genus torquere solent ex herba quadam Sparto Hispanico non absimili, quam alioquin setas equinas quis esse iudicaret: qui funes multo meliores sunt, quam quos ex Cocci, siue nucum Indicarum cortice conficiunt, & melius aquã iniurijs & putrefactioni resistunt.

XI. GRAMEN SPARTEVM PENNATVM: radice est è multis fibris tenuibus, candidis composita, cuius summitati plura capillamenta tenuissima adnata sunt: ex qua folia prodeunt gracilia, viridia, dodrantalia, nonnunquam palmaria, initio plana, quã exsiccata ita coeunt, vt lunci modo læuia & rotunda fiant: rarius è culmis folia prodeunt



## XI. GRAMEN SPARTEVM

PENNATVM.



arundinacea, sed breuia, quemadmodum ramulo seorsim adpicto expressimus: culmi multi graciles & pedales, communiter simplices, rarius ramosi, inter folia exsurgunt: qui spicam alijs dissimilem, & communiter caudæ instar contortam ferunt, quæ in dorantalem, aliquando longiorem & mollem veluti pennulam, subtilissimis hinc inde villis, plumarum Ardeolarum instar capillatam, vel potius tenuioribus alarum auis illius Paradyfi, siue Manucodiatae nuncupatae, pennulis ferè respondentem, definit: quæ in vna eleganter flauet, at in altera tota candida est. Semen maturum Iunio mense, vel à leuissimo auræ flatu excutitur, atque cum sua pennula paululum volans vbi decidit, statim per gramen serpit, & terræ se condit.

Locvs. Hoc non in locis aura marina afflatis nascitur, sed procul à mari, in montè Badensibus thermis Austriae imminenti, totaque illa catena montium, qui inde ad Danubium vsque percurrunt, alijsque apertis & gramineis locis Austriae & Vngariae abunde prouenit, sed omnium vberimè in viuario illo Neapoli Austriae vrbi contiguo, in quo vberius lætiusque, Clusio scribente, prouenit: sunt qui pennarum instar galeris infigant, siquidem per totam hyemem eam venustatem conseruant: quare ex ijs fasci-

A culi compositi reponuntur, domique à Taurinensibus asseruantur, apud quos, quemadmodum & Goricensis luteo colore prouenit. At non longè Roma inter Viterbum & Montemfiasconem ad thermas sulphureas, albo colore reperitur, puerique, ad modum pennarum, pileis imponunt. In Baldo Veronensium etiam monte notatur.

NOMEN. Sparti herbe, quæ in Carthaginiensi Hispania gignitur, Plinio a autore, fortè species quædam est: Gramen nonum, B quod & Iunceum dici possit, Dodonæo: Spartum Austriacum pennatum, Clusio b & Ponæ c: Gramen pinnatum Dalechampii d. Germanicè dicatur Federgras/ aut Straußfedergras. Italis, Piumaterrestre.

XII. GRAMEN SPARTEVM VARIEGATVM: hoc folijs est breuibus, quatuor vel quinque vnciarum, quorum alternatim pars vna vi- ret, altera rubet.

Locvs. In Franckenhusanis Thuringiæ montibus, copiosè primo vere reperiri, & C colorem cultura mutare, D. Iungermannus, Anno CIº Iº C II. Lipsia ad me scripsit, & sola folia sparti nomine misit.

DE GRAMINE IUNCEO  
ET SPICATO.

## CAPVT XVII.

GRamina quædam Iuncea dicuntur, vel quod folijs sint iunceis: vel quod enodes cauliculos iunctorum instar proferant, mixtiq; sint generis cum Iunco & Gramine. Tale Graminis genus Græcis γουάγρωσις. Germanis, Binsengras. Belgis, Biesgras. Anglis, Rushie grasse dicitur, cuius aliquot differentias proposituri sumus.

I. GRAMEN FOLIIS IUNCEIS OBLONGIS RADICE ALBA: radice est ex pluribus tenuissimis fibris albicantibus contexta: ex qua folia multa, virentia, iunci modo rotunda, longa, etiam sesquipalmaria prodeunt: vt & culmi tentes, geniculati: iuba arundinacea ex paruis vtriculis conflata.

Locvs. In frigidis & aridis reperitur, nonnunquam inter saxa ad mœnia Basilensia. Simile est gramini Iunceo Dalechampii a, qui suo florem arundinaceum in paniculis purpurascens, gustumq; subdulcem tribuit.

a lib. 19. cap. 2.

b in hist. Panonic. &amp; rarior.

c in descript. montis Baldi.


d in hist. Lugdun.

a in hist. Lugdun.



## I. GRAMEN FOLIIS IUNCEISA

OBLONGIS RADICE ALBA.




## II. GRAMEN FOLIIS IUNCEIS BREVIBVS

MAIVS, RADICE NIGRA: ex radice, capillata, nigra, folia iuncea, rarius duas tresue uncias superantia, prodeunt: inter quæ culmus tenuissimus, pedalis, læuis, cuius summo glumæ minimæ, quemadmodum in Gramine exili duro, alternatim dispositæ sunt.

Locvs. Ad mœnia Basileensia legimus.

## III. GRAMEN FOLIOLIS IUN-

CEIS BREVIBVS MINVS.



III. GRAMEN FOLIOLIS IUNCEIS BREVIBVS MINVS: radice est dodrantali, nigra, ex

crebris breuissimis capillamentis compacta: unde folia iuncea, trium quatuorue unciarum longa prodeunt: inter quæ cauliculi plures, tenues, palmares, nodosi, raris foliolis cincti, exsurgunt: paniculam oblongam, ex glumis breuibus aristis armatis compositam, sustinentes: feminibus acerolis & duris.

Locvs. In sabulosis ericetis & squalidis aridioribusq; agris Germaniæ, Belgiæ, Galliæ & Angliæ oritur.

B NOMEN. Exile gramen durius, Lobelio: Gramen exile, Lugdunensi: Gramen minus duriusculum, Tabernæmont. & Gerardo. Germanis, *Klein hart gras*. Belgis, *Cleyn bertachtich gras*. Anglis, *Smal hard grasse*. Pecori, & potissimum ouibus, minus gratum.

IV. GRAMEN EXILE NICÆVM: Gramen circa Nicæam exile & siccum crescit, quo capræ pascuntur, (quod ad lanæ tenuitatem multum conferre certum est,) ex quarum lana pannus ille, quem Cymatilon siue Vndulatum vocant, textitur: pilus est tenuissimus ad terram vsque propendens, quem caprarij non tundunt, sed depectunt, qui pulchritudine serico non multum cedit, quod si capræ alio transferantur, vna cum pabulo pili mutantur. Hæc Augerius Busbequius in suo itinerario, in itinere Amasiano, scribit.

V. GRAMEN FOLIOLIS IUNCEIS RADICE IVBATA: ex radice iubata & cincinnata, buxæ pallidi coloris, calami numerosi, geniculati, sesquipalmares, inter folia tota plantâ proluxiore, iuncea tenuissima, rigida & sesquiuncialia exsurgunt: quorum summa folia latiuscula vaginulæ instar paniculas spicatas, unciales amplectuntur.

Locvs. Saxorum interuenijs, leui terra sterilis petreæ Nortvegiæ, imisque marcidis, rimosis caudicibus sylvarum Daniæ, hoc gramen viget, vt Lobelius *b* scribit.

NOMEN. Gramen exile durius Nortvegicum aut Danicum, Scopario gramine cognatum, Lobelio *b*.


E VI. GRAMEN PALVSTRE IUNCEVM RACEMOSO SEMINE: folijs est paucis, iuncea: culmo cubitali, ex cuius summitate inter binafoliola, veluti racemus parvus propendet.

Locvs. In aquosis circa Francofurtum ad Oderam D. Fleisserus collegit, & Anno CIO IOCV. communicauit.

VII. GRAMEN IUNCEVM POLYSTACHION: radicem habet digitalis crassitie,



VII. GRAMEN IUNCEVM PO-AIIX. GRAMEN IUNCEVM FO-  
LYSTACHION.



B



C

per transuersum latam, multis fibris capilla-  
tam: culmos tenues, cubitales, quatuor aut  
quinque folijs, oblongis, angustis ex inter-  
nodijs prodeuntibus, vestitos: inter caulem  
& folium spicæ parua, ex atro flavescentes,  
quaternæ, quina, & plures sibi inuicem suc-  
cedentes, prodeunt.

Locvs. Humidis & paludibus gaudet. D

NOMEN. Gramen iunceum secundum,  
vel Gramen iunceum aquaticum maius,  
Tabernæmont. Gramen iunceum aquati-  
cum, Gerardo. Germanis, groß Wasserbin-  
nengras. Belgis, Groot vvaterbiesgras. Anglis,  
Rushie vvatergrasse.

IX. GRAMEN IUNCEVM FOLIO ARTI-  
CVLATO SYLVATICVM: radice est crassa in  
multas fibras diuisa: a qua culmi plures atro-  
virentes, pedales, geniculati, medulla molli, E  
vt in Iuncis, farcti: in quorum summo ra-  
muli, floribus ferruginei coloris onusti: fo-  
lijs paruis atrouirentibus, ex geniculis pro-  
deuntibus.

Locvs. In vmbrosis, arenosis & humi-  
dis: item syluis, locis herbidis & vdis re-  
peritur.

NOMEN. Gramen iunceum primum, &  
Gramen iunceum syluaticum, vel nemoro-  
sum, Tabernæmont. Gramen iunceum sylua-

ticum, Gerardo. Germanis, Waldbusen gras.  
Anglis, Vvood Rushiegrasse.

IX. GRAMEN IUNCEVM FOLIO  
ARTICVLATO AQTATICVM.



IX. GRAMEN IUNCEVM, FOLIO ARTICV-  
LATO AQTATICVM: radicem candicantem,  
paruam,



## IX. GRAMEN IVNCEVM FOLIOA

ARTICVLATO AQVATICVM CVM PANI-  
CVLA ET VTRICVLIS.

paruam, laeuem, duriusculam & per transfuerfum latam obtinet, à qua plures fibrae oblongae deorsum mittuntur: & cauliculi plures (rarius vnus,) teretes, tenues & nonnihil geniculati, pedales, rarius cubitum superantes, attolluntur: folijs est paucis, ceu fistulosis, angustis, acuminatis, plurimis articulis distinctis, ex magnis interuallis caulem vestientibus, cuius fastigium in plures pediculos, alias breuiore, alias longiore, quiq; in alios inaequaliter finduntur, capitula corymbacea, ex nigro splendentia sustinentes, quibus semen minutum nigrum includitur.


Locvs. Circa Basileam, in paludosis Michelfeldensibus, prouenit: vbi circa autumnum, post foenifecium, caulis vt plurimum palmaris rursus excrefcit, & non amplius capitula corymbacea, sed vtriculos vnciales, paleaceos, in capillamenta fissos, modo virides, modo purpurascens producit, quos saepe angustissima & articulata folia superant. Nonnunquam caulis ramulus alter capitula corymbacea, alter vero vtriculos sustinet.

NOMEN. Gramen aquaticum alterum, Lobelio: Gramen aquaticum, Tabernæmontano & Gerardo, qui articulata folia non notarunt: quare nouam figuram dedimus: Gramen Iunceum *παραλινθησπον*, Thallio:

Arundo minima, quibusdam Gramen iunceum, alijs Gramen arundinaceum, Lugdunensi. Etsi à multis pro Iunco habeatur, cum tamen sit foliatum, ac caules frequentibus geniculis intercipientur, Iunci generibus non recte adscribitur. Germanis, Wassergras. Belgis, Vuater Riedt gras oft Biermater gras. Anglis, Vuatergrasse. Huius etiam species minor habetur, folijs palmaribus fere, strictissimis, vtriculis item tenuissimis, ac capitulis valde exiguis. Illud maius, hoc minus, B Thalius vocauit.

## X. GRAMEN IVNCEVM FOLIIS

ET SPICA IVNCI.




X. GRAMEN IVNCEVM FOLIIS ET SPICA IVNCI: radice est ex multis oblongis fibris composita, folijs multis, duris & firmis, inter quae calami duo tresue prodeunt tenues, quibus paruae florum spicae insident, quae vbi maturuere, ex rubeo nigricant.

Locvs. Locis herbosis & pratis vdis in Flandria, non procul Gandauo, & in Comitatu superiore Catzenellenbogensi, ad aquas pigras, prouenit.

NOMEN. Gramen iunceum maritimum, Lobelio & Gerardo: Gramen iunceum tertium, Tabernæmontano. Germanis, Binsengras/ Biesgras. Belgis, Zeebiesgras. Anglis, Mars Rush sea gras.



XI. GRAMEN IUNCEVM FOLIIIS ET SPICA IUNCI MINVS.



*Scirpus caespitosus  
Sp. mut.*

XI. GRAMEN IUNCEVM, FOLIIS ET SPICA IUNCI MINVS: radice cum priore conuenit, culmis pedilibus, foliolis angustissimis, iunceis, duris, firmis, quatuor vnciarum: culmorum summis, spicæ parvæ, vt in iuncis, insident.

Locvs. Eodem, quo prius, loco reperitur.


NOMEN. Gramen iunceum marinum densè stipatum, Lobelio: Gramen iunceum quintum, & Gramen iunceum aquaticum minus Tabernæmont. Gramen iunceum marinum, Gerardo. Germanis, *flein Wasserbießgras*. Belgis, *Cleyn vvaterbiesgras*. Anglis, *Little vvater Rushe gras: Rushe sea grasse*.

XII. GRAMEN IUNCEVM MONTANVM CAPITVLO SQVAMOSO: radice est parua, fibrosa, circa quam folia bina, ternæue, semipalmaria: culmus iunceus, læuis, enodis & nudus, pedem superans: cuius summo capitulum, instar Phalaridis, squamosum in apicem desinens, ex albo leuiter rufescens, insidet, cui vtrinque foliolum rigidum subijcitur, quorum longius vnciam superans, deorsum vergit: alterum quod triplo breuius, recta effertur.

Locvs. In Baldi montis summitatibus legimus.

XIII. GRAMEN IUNCEVM MINIMVM, CAPITVLO SQVAMOSO: radiculæ capillares sunt, folia pauca, capillacea, duarum ferè vnciarum, inter quæ, culmi vnciarum quatuor vel quinque, exsurgunt: in quorum ferè summo capitulum vnicum, minutissimum, squamosum, rufescens, cui apex culmi supereminet.

AXII. GRAMEN IUNCEVM MONTANVM CAPITVLO SQVAMOSO.



B

*Carex v. iuncea,  
Lam. 3. 2.*

Locvs. In aquosis circa Altorffium Noricorum, vnde D. Doldius misit: Francofurti ad Oderam quoque prouenit.

XIV. GRAMEN IUNCEVM MINIMVM ALTERVM: a priore potissimum capitulis differt, quæ & summo cauliculo insident, & squamosa non sunt.

Locvs. In fossis Patauinis, aqua defluxa reperitur.

XV. GRAMEN IUNCEVM MINIMVM MARITIMVM: tota planta dodrantem non superat, cespiti similis, ex cuius singulis radiculis, singuli cauliculi exsurgunt, foliolis capillaceis paucis cincti, qui exiguis vtriculis donantur.

Locvs. In Zealandiæ maritimis ad oppidum Gous D. Gillenius collegit & transmisit.



E XVI. GRAMEN IUNCEVM SPICATVM SEV TRIGLOCHIN: radicibus est multis breuibus, tenuibus & fibratis: folijs strictis, gracilibus, acutis, oblongis: caule pedali, rarius cubitali, enodi, minimè folioso, in cuius summo capitula quædam rotunda, sursum porrecta, longo ordine inæqualiter adhærent: flosculis ex albo subluteis, quibus fructus oblongus succedit, qui maturus dehiscens, telum tribus cuspidibus inuersis & deorsum spectantibus, (cuspidibus duobus deorsum spectantibus,



## XVI. GRAMEN IUNCEVM SPI- A XVII. GRAMEN SPICATVM

CATVM SEV TRIGLOCHIN.

ALTERVM.



stantibus, tertia sursum erecta, Dalecham-  
pio,) imitatur, vnde Triglochin cognomi-  
natur, quod ipse semen est.

Locvs. In pratis humidioribus, apud  
nos Michelfeldæ, circa Heidelbergam, cir-  
ca Norimbergam in palustribus ex siccatis  
prouenit: ad lacus falsos, circa Halam Sa-  
xonix, Camerar. in aridis, notauit Dale-  
champius a.

NOMEN. Calamagrostios speciem fecit,  
Tragus: & sub eius secunda figura exprimi-  
tur: Carex minus, Lonicero: Gramen ma-  
rinum spicatum alterum, Lobelio & Came-  
rario, qui maius facit: Gramen marinum  
spicatum, Gerardo: Gramen triglochin seu  
vermiculatum, Dalechampio a: Calama-  
grostis quarta, Lugdunensi: Gramen mix-  
tum ex Iunco & Gramine, Thallio: Gramen  
iunceum quartum, vel spicatum, Tabernæ-  
mont. Germanis, Binsengras / Geähret bieß-  
gras. Belgis, Zea oft Zeelantsch ghearent gras.  
Anglis, Sea Spike grasse.

XVII. GRAMEN SPICATVM ALTERVM:  
radice est parua, crassiuscula, vtrinque ca-  
pillata: folijs oblongis, crassis, inter quæ  
culmus tenuis, rotundus, nudus, enodis &  
pedalis exurgit: cui longo ordine vtrinq;  
capitula rotunda alternatim disposita infunt.

Locvs. Norimbergæ ad aquas & riuu-  
los: in maritimis Flandriæ frequenter Clu-  
sius legit.

NOMEN. Gramen marinum spicatum,  
Lobelio b: Gramini montano spicato simi-  
le, Clusio c: Gramen aquaticum spicatum,  
Tabernæmontano & Gerardo. Germanis,  
Geähret wassergras. Belgis, Zeegehearendgras.  
Anglis, Spikedvatergrasse.

## DE GRAMINE CYPEROIDE

SPICATO ET PANICVLATO.

## CAPVT XVIII.


GRAMEN CYPEROIDES vel CYPERINVM,  
sic dictum, ad differentiam aliorum  
Graminum, quod vel folijs, vel culmis, vel  
spica, vel radicibus similitudinem cum Cy-  
pero habeat.

I. GRAMEN CYPEROIDES LATIFOLIUM  
SPICA RVFA: SIVE CAULE TRIANGVLO: fa-  
dice est nigra, crassa, mutuo cohæsu sibi im-  
plicata, & Cyperi longi modo protensa: fo-  
lia habet multa, pedalia, rigida, Cyperi æ-  
mula, eaque modò latiora, modò angustio-  
ra, quæ si non sint expansa, angulos tres o-  
stédunt: cauliculum habet pedalem, trian-



## I. GRAMEN CYPEROIDES LA- A fatia à D. Franco seniore, Graminis Sprawaldensis nomine accepimus.

TIFOLIUM SPICA RVFA S. CAULE TRIANGVLO.



gulum, striatum, geniculatum: spicas oblongas, inordinate per caulem dispositas, ad quodlibet pene internodium vna cum folio prodeunt, colore subnigro, è cuius rimis flosculi albicantes prominent.

Locvs. In pigris & stagnantibus aquis, pratis etiam vdis prouenit.

NOMEN. Graminis quartum genus, Trago: Gramen triangulum, item Carex Tragi, in historia Lugdunensi: Gramen Cyperoides, Lobelio, Lugdunensi, Camerario, Tabernæmontano & Gerardo. Germanis, Cypergras / Wildgalgangras / Kidegras. Belgis, Gras ghelyck vvilden galizaen. Anglis, Cyperus grasse.


II. GRAMEN CYPEROIDES LATIFOLIUM SPICA SPADICEOVIRIDI MAIUS: radice est oblonga, multiplici, rufa, mirè capillata: caulibus triangulis, cubito minoribus: folijs arundinaceis, pedalibus, & quam in vulgari angustioribus, spicis ternis, quaternis, rarius quinis, alternatim succedentibus, angustis, trium quatuorue vnciarum, coloris spadiceoviridis, quarum primæ semper folium oblongum, angustissimum subijcitur.

Locvs. In humidis ad Sellamnouam Monspeffuli primùm vidimus; dein ex Lu-

III. GRAMEN CYPEROIDES ANGVSTIFOLIUM SPICA SPADICEOVIRIDI MINVS: radice est breuiore, lignosiore, parùm fibrosa & rufa: caule triangulo, pedali: folijs angustis, duris, semipalmaribus, in acutiem desinentibus: spicis aliquot angustissimis, oblongis, spadiceo viridibus, alternatim dispositis, & pediculis longis capillaceis insidentibus.

Locvs. Aprili mense Basileæ circa Birsam flumen reperitur.

## IV. GRAMEN CYPEROIDES ANGVSTIFOLIUM SPICIS LONGIS ERECTIS.




IV. GRAMEN CYPEROIDES ANGVSTIFOLIUM SPICIS LONGIS ERECTIS: ex radice fibrosa folia prodeunt, palmum, aliquando & pedem longa, angusta, acuminata, inter quæ caules attolluntur, tenues, pedales, trianguli, spicas quatuor & quinque vncias longas, alternatim sibi succedentes, ex membranaceis vtriculis compositas, sustententes: flosculis candidis, oblongis, ex vtriculis prominentibus.

Locvs. In syluosis, humidis, locis herbosis & arenosis reperitur.

NOMEN. Gramen palustre maius; Lobelio a.



V. GRAMEN CYPEROIDES SPICA  
CA PENDVLA BREVIOR.



V. GRAMEN CYPEROIDES SPICA PENDVLA BREVIOR: radice est candida, nonnunquam nigricante, crassa, frequentibus fibris capillaceis obsepta, & verum Cyperum geniculis æmulante, sapore herbaceo, inodora: folijs Cyperi: caule cubitali, in cuius summo spicæ plures oblongæ, singulæ ex singularibus pediculis oblongis dependentes, quæ squamosæ & flavescentes. Hoc duplex est: Maius, foliorum magnitudine & latitudine, caulis item proceritate, Gramini cyperoidi miliaceo similimum. Minus, radice est parua, spadicea, fibrata, cauliculo dodrantali tenui, folijs minoribus ac tenuioribus vestito: in cuius summo ex tuberculo nodoso, pauci, tenues, breues, pediculi prodeunt, à quibus capitula parua, pauca, rara & squamata, spadicei coloris dependent, Thallio monente.

Locvs. In palustribus & aquaticis riuorumq; marginibus apud nos, Tigurinos itē, & Belgas reperitur: sic etiam vbiq; in Italia ad riuulos.


NOMEN. Pseudocyperus; Gesnero *b*, Dodonæo & Lobelio *c*: Pseudocyperus *ὀλυγόκαρπος*, Thallio: Gramen aquaticum, Lugdunensi. Belgis, *Valsche vvilde Galigaen*.

VI. GRAMEN CYPEROIDES SPICA PENDVLA LONGIORE ET ANGVSTIORE: caule est

cubitali, anguloso, striato, folijs oblongis, angustis, basi oblonga, caulem in ar tubi vestientibus: ex quo veluti tubo, spicæ singulæ, vncias quatuor vel sex longæ, anguste prodeunt & propendent: ipsum verò folium cuilibet spicæ subiectum, oblongum est.

Locvs. In humidis, circa Thermas Apponenses Patauinorum crescit.

VII. GRAMEN CYPEROIDES  
PANICVLA SPARSA MAIVS.



VII. GRAMEN CYPEROIDES PANICVLA SPARSA MAIVS: ex radice longa, nigra; Cyperi longi forma, geniculata, huc illuc sese diffundente, multum fibrata, caulis sesquicubitalis tribus angulis asper exurgit, quem folia Cyperi vel Arundinis; ex radice prodeuntia vestiunt, caulium summis, spicæ cirris breuib; villosæ, ex aliquot paniculis compositæ, subluteæ & per maturitatem rufescentes, insident: quibus folia terna, quaternaria subiiciuntur, quorum quædam lata & palmum longa, quædam breuia & angusta. Variat panicula, quæ in altera compactior & breuior, in altera, magis expansa & longior est.


Locvs. In humidis, paludosis & cœnosis, riuorumq; marginibus crescit.

NOMEN. Gramen Cyperoides aquaticum vulgatius, Lobelio *d* & Gerardo: Gra-



men Cyperinum maius, Tabernæmontano. Germanis, groß Cypergras. Belgis, Groot ende ghemeynste vvilde galigaen gras. Anglis, Vwater Cypressse grasse.

**IIX. GRAMEN CYPEROIDE S**  
PALVSTRÉ MAIVS SPICA COMPACTA.



**IIX. GRAMEN CYPEROIDES PALVSTRÉ MAIVS SPICA COMPACTA:** radicem habet fibrosam, ex qua folia cubitum excedentia, Sparganij æmula, vtrinque acuta prodeunt: Dinter quæ caulis triangularis, sesquicubitalis, Cyperi similis: spicam vnciarum quatuor longam, asperam, obscure flavescentem sustinens, cui semina nigra, oblonga, in aculeatum cuspidem prominentia, includuntur.

**Locvs.** In vdis palustribus, pigrisque aquis reperitur.

**NOMEN.** Gramen palustre cyperoides Lobelio d & Gerardo: Gramen cyperinum palustre, Tabernæmont. Gramen iunceum triquetrum, Thelio. Germanis, wasser Cypergras. Belgis, Vwater vvilde Galigaen gras. Anglis, Great cypressse gras.

**IX. GRAMEN CYPEROIDES SPICIS MINORIBVS, MINVSQVE COMPACTIS:** ex radice fibrosa, lignosa tamen, folia angusta, graminea, palmum longa prodeunt, inter quæ caulis sesquicubitalis, triquetrus, subasper, & magna ex parte nudus exsurgit: in cuius summo, spica parua diuisa & quasi aculea-

ta consistit, quæ semina oblonga, subnigra, in aculeatum cuspidem desinentia, continet. Huius tres differentias notauimus: Prima est latioribus & longioribus folijs, spicis maioribus: Altera, à priore rarioribus & minoribus spicis differt: Tertia folijs est angustioribus, breuioribus & spicis inter duas priores medijs.

**Locvs.** Primum, Basileæ ad riuum molendinarium trans Rhenum reperitur: alterum, non lōgè Basilea in via Richana ad B sepes crescit: tertium, Patauij, locis humidis collegimus.

**NOMEN.** Ischæmon Plinij, Guilandinus, Anno CI<sup>o</sup> I<sup>o</sup> LXXIIX. nominauit, quod non probamus. Idem, sed per omnia minus, Anno CI<sup>o</sup> I<sup>o</sup> LXXIX. Monspeffuli in humidis inuenimus, vbi Gramen Cyperoides nominabant.

**X. GRAMEN CYPEROIDES PALVSTRÉ MAIVS SPICA DIVISA.**



**X. GRAMEN CYPEROIDES PALVSTRÉ MAIVS SPICA DIVISA:** radice est octauo simili, vt & folijs dodrantalibus, caulibus triquetris, sesquipedalibus, quorum fastigio spicæ breues, magis diuisæ, densæ, flauæ, per maturitatem rufæ, insident.

**Locvs.** Vdis, vt & octauum, gaudet.

**NOMEN.** Gramen Cyperoides paruum aquaticum, Lobelio e: Gramen Cyperinum



palustre minus, Tabernæmont. Gramen A  
cyperoides paruum, Gerardo. Germanis,  
Kleinwasser Cypergras. Belgis, Cley n vater  
vilde Galigaen gras. Anglis, Smal cypresse  
grasse.

### XI. GRAMEN CYPEROIDES

MINVS PANICVLA SPARSA.



XI. GRAMEN CYPEROIDES MINVS PANI-  
CVLA SPARSA: radicem habet ex paruis bre-  
uibusque fibris albicantibus compositam:  
calamis ex vna radice supra viginti prodeū-  
tibus, trientem non excedentibus, etiam mi-  
noribus, in quorum fastigijs paniculæ ele-  
gantes, duplicatæ, flauæ: quibus folia duo  
quidem oblonga fursum spectantia, at ter-  
tium breuius & dependens, subijciuntur:  
quæ & ad radicem, & in caule pauca, angu-  
sta, breuia & virentia.

Locvs. In pratis lætioribus & humidis,  
apud nos Melchfeldæ, item Lipsiæ, & circa  
Norimbergam in palustribus & arenosis  
prouenit.

NOMEN. Iuncus exiguus pratensis, Tra-  
go, cui & Calamagrosteos species: Calama-  
grostis tertia, Lugdunensi: Carex minus,  
Lonicero: Gramen marinum spicatum mi-  
nus, Camerario. Germanis, Klein Riedtgras.

VARIAT colore paniculæ, in altero enim  
subflaua, in altero obsoleto colore nigricat:  
hocq; illo altiùs exsurgit, vtrumque tamen  
eodem in loco prouenit: qui volët vndeci-

mum & duodecimum gramen Cyperoides  
minus, illud panicula subflauescēte, hoc  
panicula nigricante nominando, faciat:  
quod Lobelius f in Catalogo Graminum,  
Gramen Cyperoides minimum, panicula  
subflaua, & panicula nigricante nominat.

### XII. GRAMEN CYPEROIDES

MILIACEVM.



XII. GRAMEN CYPEROIDES MILIACEVM:  
radicibus constat crassis, fibrosis, nigrican-  
tibus: caule sesquipedali, geniculato, trian-  
gulo, striato, viridi, culmi hordacæi crassi-  
tie: folijs circa radicē ex geniculis prodeun-  
tibus, paucis, dodrantalibus, longioribus-  
que, acuminatis: in caulium summis coma  
elegans, latius sparsa, semen Iunci copio-  
sum, velut in racemis nigricantibus profe-  
rens: ipsi comæ; folia tria acuminata, al-  
tero paniculam; vt in Cypero superante,  
subijciuntur.

Locvs. Passim in vliginosis iuxta a-  
quas, vt ad Necarim agro Heidelbergensi,  
apud nos verò pratis vdis & arenosis laxa-  
tur.

NOMEN. Cyperus graminea siue milia-  
cea, Aduersarijs, Lobelio g, & in historia  
Lugdunensi, vbi etiam sub Iunci lati no-  
mine habetur: Pseudocyperus πλυκαρπῶς,  
Thalio. Belgis, Grasachtich oft Hirsachtich  
Galigaen.



XIII. GRAMEN CYPEROIDES A

MARITIMUM.


DE GRAMINE ARVNDI-

NACEO.


CAPVT XIX.

I. GRAMEN ARVNDINACEVM

CALAMAGROSTIS DICTVM, SPICA  
MVLTIPLICI.



B



C

XIII. GRAMEN CYPEROIDES MARITIMUM: radice nititur lignosa, longa, rufa, nigraue, geniculata, prolixius serpente, fibrisque capillata, multis villosis cirris additis, sapore grato: folijs longis, pallidis, crassis, porraceis, lentis, sparsis & inflexis, caulem pedalem, rotundum, læuem, nudum, superantibus, cuius summitati caput globosum, ampeloprafi magnitudine & figura insidet, corticosum squamisque farctum, ex luteo rufescens splendensque: cui folia plerunque terna, (duo utrinque Dalechamptio,) aliquando quaterna, triuncialia, & velut cornua prominentia subiiciuntur: seminibus est rufescentibus, triangulis, medio-cribus.

Locvs. In litoribus maritimis Narbonæ & Galloprovinciæ reperitur: ac circa Monspelium maius, in litore verò Veneto minus legimus.

NOMEN. Iuncus maritimus, Aduersarijs & Lobelio *h*: Iuncus marinus Tabernæmont. Iuncus maritimus alius Penæ, historiæ Lugdunensi: & eidem alibi Gramen maritimum Dalechamptij. Germanis, Meerbinzen. Belgis, Zeebiese. Anglis, Seerushes.

\* \* \* \* \*

I. GRAMEN ARVNDINACEVM CALAMAGROSTIS DICTVM, SPICA MVLTIPLICI: mediæ est inter arundinem & gramen, tam naturæ, quam figuræ: radice enim est prolixa, alba, vel flavescente, geniculata, in obliquum serpente, & arundinis radicem æquante, supernè modicè fibrata: calamis sesquipedalibus: folijs rigidis, scabris, ad Arundinem vulgarem accedentibus, utrinq; acutis: panicula Panici aut Sorgi spicata, in nouem aut decem spicas per maturitatem nigras & asperas, (ita vt, si premas digitos pungant,) diuiditur, quæ ex singulorum foliorum alis prodeunt, nonnunquam pediculis carentes, aliquando oblongis tenuissimis pediculis insidentes: flore est forma frugum simili, colore rufescente.

Locvs. Pratis vdis, sed strigosis, macilentis & sabulosis familiare: sic & ad aquarum margines, fontium scaturigines, & in palustribus. In agris & campis circa urbem Bagader, alias Buldac nominatam, Gramen




hoc, Dioscoridis descriptioni conueniens, A sed *πρωτολησιν τῆς βόας* legunt, vt Lacuna. Sic Rauwolfius a obseruauit, in vicinis quoq; prouinciis fabulosis, vt Susiana, Persia, &c.

NOMEN. Hoc Dioscoridis b *καλαμάχρωσις*, id est, arundinaceum gramen, nobis videtur, quod tradit gramine suo primo maius esse omni ex parte, iumenta in pabulo sumptum necare, maximè, quod in Babylone iuxta vias nascitur. Idem & Rauwolfius testatur, cuius nomine, locis citatis, paucos equos & boues reperiri, sed numerosos Bubalos, qui eo pascantur. Plinius c verò, qui B Gramen simpliciter vocat, Camelos necare tradit in Babylonis regione, id quod iuxta vias nascitur. Dicitur Calamagrostis vel harundinaceum fortè Babylonicum, Aduersarijs: Calamagrostis, Lobelio, Lugdunensi, qui de eo etiam sub gramine arundinaceo egit: Gramen arundinaceū peculiare, quod incolis, ad imitationem Arabum, Negil dicitur, Rauwolfio: Gramen arundinaceum maius, Tabernæmontano & Gerardo. Germanis, *groß Niedtgras*. Belgis, *Rietgras*. Anglis, *Great Reede grasse*. Gallis, *Leche*. Hispanis, *Gramia* siue *Gramenba gruessa*.

QUALITAS. Acidum est: cuius in Medicina vsus nullus est, nec pabulo est iumentis gregiue, cum eo, nisi multum esuriant, & penuria melioris laborent, vt ingratisimo & acido abstineant. Quòd si, in penuria alterius pabuli, eo vtantur, tum labijs, lingua & faucibus vulneratis & constrictis, sanguis in ventriculum delabitur, ipsis corpus intumescit, inflammatur, & sæpe mors subsequitur. Sic & oues, nisi multum esuriant, propter aciditatem eo abstinent: quòd si eo vtantur, siti affliguntur; emaciantur, tabidæ fiunt, & tandem moriuntur, idque non propter venenatam aliquam huius Graminis naturam, sed propter foliorum acutiem fauciantem. Quare videas interdum iumentorum fauces & labra fauciata & sanguinea, quando vna cum alio pabulo per foeniscia huius, aut similia Arundinacea folia, esitarint. Variat ratione loci, nam quod in arenosis prouenit, spica est crassiore, quod in montosis, dumetis humidis, spica est tenuiore. De Gramine Cilicio, quo boues inflammari Dioscorides scribit, quedam addamus: in Cilicia, inquit d, nascitur, quod indigenæ *Κίνναο*, Cinnam appellant, si eo virente, sæpe pascantur boues inflammant: hæc ille. Cornarus vertit, boues sæpe inflammari. Quidam vero Codices non habent *πρωτολησις*,

& Hermolaus e (qui hoc ipsum monet.) legisse videtur: alij huius recentis pastu boues pinguescere volunt: quale sit, ignoramus.

## II. GRAMEN ARVNDINACEVM SPICATVM.



II. GRAMEN ARVNDINACEVM SPICATVM: hoc priori radicibus & culmis ac folijs simile est, nisi quod per omnia minus, & culmorum summitati vnica spica oblonga insidet.

LOCVS. Iisdem quo prius locis reperitur.

NOMEN. Gramen harundinaceum minus, Tabernæmont. & Gerardo. Germanis, *klein Niedtgras*. Anglis, *Small Reede grasse*.


III. GRAMEN ARVNDINACEVM PANICVLA MOLLI SPADICEA MAIUS: radice arundinacea nititur: caulibus est cubitalibus, rotundis, internodijs distinctis: folijs paucis, oblongis, angustis: paniculam habet in summo culmo non vnicam, sed plures ferè palmares, spadiceas, molles, plumosas, cuius glumis pluma adhæret.

LOCVS. Solo pingui & plerunq; humidiori prouenit, vt apud nos in palustribus Michelsfeldæ.

NOMEN. Gramen tomentosum & acerosum, Lobelio f, quod quibusdam Calama-



III. GRAMEN ARVNDINACEVM PANICVLA MOLLI SPADICEA MAIVS.  
 PANICVLA MOLLI SPADICEA MAIVS.



Arundo Calamagrostis, L. p. 121

grostis, & vulgò Gramen plumosum dicitur: Graminis loliacei octavi alia species, Trago. Germanis, Wasserfedergras. Belgis, Phym rietgras.


IV. GRAMEN ARVNDINACEVM PANICVLA MOLLI SPADICEA MINVS: cauliculis est brevioribus ac tenuioribus; inferioribus partibus enodibus, in summitate tantum pauca genicula habentibus: ex quibus paniculae binariae, ternariae, ad summum quaternariae, illis breviores ac tenuiores, quae & ipsae spadiceae sunt, prodeunt: & ubi paniculae defloruere, decidunt; iisque capitula squamata succedunt, quibus semen nigrum, paruum, acuminato cuspidate prominulum includitur; Thallio monente.

Locvs. Iisdem quibus prius, locis nascitur.

NOMEN. Graminis loliacei octavi tertia species, Thallio.

V. GRAMEN ARVNDINACEVM PLUMOSVM ALBUM: hoc in arundinis altitudinem excrescit: radice & folijs est Arundini similibus: caule anguloso, albo, paniculam arundinaceam, ramosam, palmarem, albam, mollem, splendens instar serici albi, sustinet.

Locvs. Non longè Monspelio, circa Perault & Magalonam reperitur.



B

C

VI. GRAMEN ARVNDINACEVM ENODE MAIVS MONTANVM: radice est oblonga, crassiuscula, parum fibrosa: folijs paucis, angustioribus; tenuioribus: culmis aliquot erectis, laevibus, geniculis carentibus, calami triticei crassitie, cauis, humanam altitudinem æquantibus, qui Iunio mense exsurgunt, Augusto flavescent, & maturi, duri, firmique fiunt: panicula lanuginosa, tenera & molli, harundinis vulgaris iuba non dissimili.

Locvs. Prouenit in syluis altissimis, asperis & humectis, nec non in montibus, inter Iuniperi frutices apud Mediomatrices.

NOMEN. Scirpi primum genus, Harudo sylvestris, Græcè fortè κάλαμος ἄδυστος, aut forte Syringia f Plinij dici posset, monente Trago: Iuncus sylvestris Lonicero, quoad Iconem: Gramen harundinaceum montanum & Calamagrostis montana, Tabernæmont. Iuncus λυχναιδης maior, Thallio. Germanis, Bergriedt/Bergrohgras/Schmelz/Binsenhelmen/Binsenriedt/id est, Schoenocalamus aut calamus iunceus.

Vsvs. Huius nec in Medicina, nec ad iumentorum pabulum vsus est, sed ex calamis flauis, nassæ piscatorum conficiuntur, corbes item delicati: rustice mulierculæ caseos



recentes & præhumidos in aëre siccandos imponunt. E minimis verò nonnulli pileos, quibus aduersus folis radios & calorem vtantur, conficiunt, quos aliqui serico postmodum obducunt.

VII. GRAMEN ARVNDINACEVM ENODE MINVS SYLVATICVM: illius genus alterum multò tenuius, breuius & magis exiguum existit: culmis cubitalibus, nec perpendiculari rectitudine se sustinentibus: panicula oblonga, tenera, ex paleaceis festucis squamatis compacta, spadicei ferme coloris. B

Locvs. In nostris syluis, vt propè nouam nominatam domum, qua Vvilam itur, aliquando reperias.

NOMEN. Scirpi alterum genus, Trago: Iuncus *λυχνανθεμ* tenuis maior, Thalia, quem Broccenbergo familiarem scribit: addit & tertiam speciem, quam Lychnanthemum tenuem nominat, quæ ex radice fibrosa plures iunceaos stylos, breues, digitales, spica perpusilla spadicescenteque in apice exornatos emittit, quæ illi nusquam, quam C in Broccenbergo visa sit.

IIX. GRAMEN ARVNDINACEVM MARITIMVM ACVTISSIMVM: hoc radice est fibris capillata: caule cubitali, arundinis modo viridi, geniculato & striato: folijs alternatim vt in arundine prodeuntibus, vncias quinq; superantibus, arundineis, in aculeatum & atrociter pungentem apicem finientibus: caulem non vidimus.

Locvs. In maritimis Mõspelij prouenit.

NOMEN. Oxyagrostis maritima, Dalechampij a, qui folia gemina ad singulos nodos prodire asserit.

~~~~~

## DE GRAMINE NEMOROSO.

GRAMEN NEMOROSVM GLABRVM.

### CAPVT XX.

I. GRAMEN NEMOROSVM PANICVLIS ALBIS CAPILLACEO FOLIO: cespitis instar gramen hoc existit, quod ex radicibus capillaceis, folia copiosa, viridia, pilis tenuissimis similia, pedem longa emittit: inter quæ culmi tenues, geniculati, cubitales, aliquando sesquicubitales, penè nudi, in paniculam rariorem albicantem, palmo minorem, ex glumis paruis aristis donatis, compositam abeunt.

Locvs. Basileæ, in querceto non longè Michelfelda, copiosè crescit.

## A II. GRAMEN NEMOROSVM SPICA SVBNIGRA RECVRVA.



II. GRAMEN NEMOROSVM SPICA SVBNIGRA RECVRVA: radice est velut ex bulbis Ascalonia modo compacta, vnde fibræ capillares breues in terram figuntur: folijs ad radicem multis, breuibus, angustis, aliquibus leuiter pilosis: cauliculis aliquot palmaribus, nonnunquam pedalibus, ternis foliolis cinctis: spica subnigra, aliquando simplici, aliquando diuisa, ex multis vtriculis spadiceis composita, & florum heliotropij modo recurua: semen minutum, rotundum, rufescens, vtriculis includitur.

Locvs. Locis arenosis & syluis humectis prouenit, circa Monspelium etiam obseruauimus.

NOMEN. Gramen Cyperinum nemorosum, Tabernæmont. & Gerardo. Germanis, wald Cypergras, Anglis, Cypress wood-grasse.

III. GRAMEN NEMOROSVM SPICA RVFESCENTE MOLLI: radice est ex pluribus capillaribus fibris compacta: vnde folia numerosa, angusta, firma, prodeunt: inter quæ culmi tenues, teretes, nudi & palmares, spicam mollem, pilosam & rufescentem sustinentes, exsurgunt.

Locvs. In humidis & vmbrosis syluis



## III. GRAMEN NEMOROSVM A IV. GRAMEN NEMOROSVM

SPICA RVFESCENTE MOLLI.

SPICIS PARVIS ASPERIS.



Germaniæ, locis potissimum arenosis, reperitur.


NOMEN. Gramen syluaticum siue nemorosum primum, Tabernæmont. Gramen syluaticum, Gerardo. Germanis, Waldgras & Buschgras. Anglis, Woodgrasse.

IV. GRAMEN NEMOROSVM SPICIS PARVIS ASPERIS: radice est capillacea, priore minore: folijs etiam angustioribus, breuioribus, acutissimis: culmis pluribus tenuibus, nudis, dodrantalibus, in spicas paruas asperas abeuntibus.

Locvs. In pratis humidis, in dumetis & arenosis reperitur.

NOMEN. Gramen syluaticum tertium, Tabernemontano: Gramen syluaticum minus, Gerardo. Germanis, schmal Waldgras. Anglis, Smal Woodgrasse. Variat, latiore folio, in dumetis: & angustiore, in pratis.

V. GRAMEN NEMOROSVM CALICVLIS PALEACEIS: hoc sæpè denso cespite nascitur: estque duplex, repens & erectum. REPENS radice est capillata, rufescente, ex qua frequentissimi cauliculi, tenues, palmares, frequentissimis geniculis cincti, prodeunt: ex quibus folia palmaria ferè, angusta, breuia profiliunt: cuilibet geniculo intra folij alam caliculus paleaceus adpositus, qui par-



## V. GRAMEN NEMOROSVM

CALICVLIS PALEACEIS.



Euum capitulum membraneum & fuluú continet, cui semina plurima minutissima, rufa, includuntur: ex singulo quinetiam caliculo subinde noui, eodem modo geniculati cauliculi alij prodeunt. ERECTVM radice est longè breuiore, cum in illo sæpè sit semidodrantalis, cauliculis sesquipalmaribus, plurimis: in cæteris cum priore conuenit.

Locvs. In pratis humidis, locis vmbrosis & putridis frequens est.

NOMEN. Dicitur quibusdã ὀλέσιον, quasi totum

*Gramen nemorosum, L. et. 1766.*  
*Sm. p. 200.*



totum osseum, per antiphrasim, non tamen A  
 Dioscoridis a est Holosteum, vt suo loco  
 dicetur. Holostium Matthiolo b: Holo-  
 stium Matthioli, Lobelio c & Lugdunensi:  
 Gramen iunceum sextum, vel bufonium,  
 Tabernæmont. Gramen ἐπιγονόλοκαυλον, Tha-  
 lio: Gramen iunceum, Gerardo. Germa-  
 nis, Krottengras. Belgis, Paddegras. Anglis,  
 Todegrasse, Rushgrasse. Gallis, Herbe aux  
 crapaux, ou Crapaudiere: quæ nomina Gra-  
 men bufonium significant: quod ijs locis,  
 vbi Bufones stabulantur, proueniat.

VI. GRAMEN HOLOSTEVM ALPINVM MI-  
 NIMVM: tota plantula vncias tres non supe-  
 rat: folijs capillaceis, vncialibus: culmis ca-  
 pitula paleacea insident.

Locvs. In Heluetiæ monte S. Bernhardi  
 minore, copiosè prouenit.

~~~~~

DE GRAMINE NEMOROSO  
 HIRSVTO.

CAPVT XXI.

GRAMINIS HIRSVTI vel villosi, propter  
 folia vtrinque per latera pilosa, sic di-  
 cti, species aliquot notauimus, quarum  
 primum

I. GRAMEN HIRSVTVM LATI-  
 FOLIVM MAIVS.



D

E

I. GRAMEN HIRSVTVM LATIFOLIVM MA-  
 IVS: radicem habet ex plurimis fibris capil-  
 laribus nigricantibus compositam: vnde fo-  
 lia multa, ad cubiti altitudinem accedentia,  
 viridia, neruosa emergunt, quibus vtrinque  
 alba lanugo, instar pilorum oblògorum ad-  
 ponitur, & potissimùm ad eorum exortum  
 densius villosa existunt: inter quæ culmi te-  
 nues, sesquicubitales exsurgunt, quorum  
 summitates in aliquot pediculos inæquales  
 secantur, singulis vnum alterumue follicu-  
 lum mollem sustinētibus, qui vbi maturue-  
 re, in plures apices abeunt, ex eorumq; me-  
 dio filamenta aliquot prodeunt, semenque  
 paruum continent.

Locvs. In altissimis & vmbrosis Alsatia  
 montibus prouenit: ex Pyrenæis quoque  
 habemus.

NOMEN. Gramen hirsutum nemorosum,  
 Lobelio a & Gerardo: Gramen syluaticum  
 quartum, siue pilosum, Tabernæmont. Ger-  
 manis, Harechtig Wald oder Buschgras. Bel-  
 gis, Hayrich boschgras. Anglis, Hayrievvood  
 grasse.

II. GRAMEN HIRSVTVM LA-  
 TIFOLIVM MINVS.



II. GRAMEN HIRSVTVM LATIFOLIVM  
 MINVS: folijs est breuioribus, minusque pi-  
 losis, ex radice instar cespitis prodeuntibus:  
 inter quæ culmus (modò vnus, modò plu-  
 res,) pedalis, tenuissimus, leuis, nisi vbi folijs

a lib. 4. cap. 10. b edition. postrema. c in Iconibus. a in Iconibus.

Gramen hirsutum, S. L. 17



breuissimis vestitur, qui in summo in pediculos abit, & paniculam rufescentem instar Graminis hirsuti quinti sustinet: à priore potissimum magnitudine & panicula differt.

Locvs. In montibus nobis vicinis, potissimum in Muteto reperitur, quamuis etiam ex Italia habeamus.

### III. GRAMEN HIRSVTVM CAPITVLIS PSYLLII.



III. GRAMEN HIRSVTVM CAPITVLIS PSYLLII: radice est rufa, oblonga, repente, pluribus fibris capillata: ex qua folia plura, semidodrantalia, modò latiora, modò angustiora, acuta, villosa, prodeunt: inter quæ cauliculus palmaris, læuis, tenuis, viridis exsurgit: paniculam breuem ex pluribus floribus compactam, rufescentem, sustinens: flores quando aperiuntur in foliola sex atrobubentia, lateribus pallidis expanduntur, è medio quorum stamina flaua sex, & tria filamenta pallida, prodeunt.

Locvs. Humidis & arenosis, sed herbosis locis: pratis quinetiam humidioribus prouenit.

NOMEN. Cyperella Cordo & Pseudocyperi species pumila, Gesnero *b*: Gramen exile hirsutum Cyperoides, Lobelio *c*: Gramen nemorum Dalechampij *d*, qui censuit Holosteo Matthioli non esse absimile: Gramen Cyperinum pilosum, Tabernæ-

A mont. Gramen exile hirsutum, Gerardo. Germanis, *Harechtig Cypergras*. Belgis, *Cleyn hayrich gras*. Anglis, *Hayregrasse*. Variat folijs latioribus & angustioribus.

### IV. GRAMEN HIRSVTVM CAPITVLO GLOBOSO.



IV. GRAMEN HIRSVTVM CAPITVLO GLOBOSO: radice nititur parua, ex cirris tenuioribus compacta: folijs vulgati Graminis, vel Tritici, quibus pauca lanugo aspera est, (quæ in figura non satis exprimitur,) culmis tenuibus, palmaribus, duorumue dodrantum: quorum summis capitula rotunda, splendentia, insident: flosculis est albicantibus, quibus semen minutum succedit.

Locvs. In colliculis gramineis & umbrosis Germaniæ & Hetruriæ reperitur.

NOMEN. Combretum Plinij, Anguillare: Herba Luziola vulgò, quia noctu luceat, Cæsalpino: Gramen lucidum, Tabernæmont. quod sub gramine palustri echinato apud Gerardum pingitur. Germanis, *Rölslingras*. Italis, *Gramigna saluatica pilosa*, & Hetruscis *herba Luzula*. An ex his quatuor speciebus aliqua sit Combretum Plinij *e*, vt Anguillara voluit, quod Plinius *e* scribit bacchari similitum, foliorum exilitate vsq; in fila attenuatum & procerius quàm *f* bacchar, & quod tritum cum axungia vulnera mirè sanet, ambigitur. An verò ex Cæsal-

*b* libro de hortis.

*c* in Iconibus.

*d* in hist. Lugdun.

*e* lib. 21. cap. 5.


*f* lib. 21. cap. 19.



pini mente, eiusdem Ischæmum *g*, quod Thracia inuenit, qua ferunt sanguinem sisti, non aperta modo vena, sed etiam præcisâ: serpit è terra milio similis, folijs asperis & lanuginosis, farcitur in nares: quæ in Italia nascitur, & sanguinem eadem adalligata sistit. Causa dubitationis, quod hoc vulneribus recentibus mirabiliter mederi, sanguinemque sistere cum Anguillara, Cæsalpinus testatur: verum de Gramine dactyloide, rectius dici posse ea, quæ de Ischæmo Plinius habet, censemus.

B

V. GRAMEN HIRSVTVM ANGVSTIFOLIVM MAIVS.



V. GRAMEN HIRSVTVM ANGVSTIFOLIVM MAIVS: ex radice exigua, fibrosa, rufescente, culmus vnicus, cubito altior, vt plurimum læuis exsurgit: in cuius summitate panicula alba, mollis, leuiter sparsa, ex multis laminulis composita, in quarum qualibet semina minuta, subnigra & subrotunda inclusa sunt: folijs est paucis, angustis, palmaribus & villosis, (sculptor in pilis exprimendis lapsus est,) aliquot culmum cingentibus: ipsi vero paniculæ, vtrinque folium tenuissimum in acumen desinens subijcitur, quorum alterum paniculam superat, alterum non adæquat.

Locvs. In vicinis pratis Michelfeldensibus prouenit.

AVI. GRAMEN HIRSVTVM ANGVSTIFOLIVM MINVS PANICVLIS ALBIS.



C

VI. GRAMEN HIRSVTVM ANGVSTIFOLIVM MINVS PANICVLIS ALBIS: radice est ex multis nigricantibus & oblongis fibris composita: caulibus aliquot pedibus: folijs palmaribus, & quam in priore latioribus, viridioribus, leuiter hirsutis, quorum aliquot paniculas, prioribus breuiiores, candidiores & compactiores superant, flosculi singuli expansi, senis donantur foliolis; vnde totidem staminula prodeunt.

Locvs. Dumetis ac montosis locis prouenit: apud Pataunos, & Monspelij in aruis Frontignanum versus, monte item Calcaris legimus.

NOMEN. Quod verò hoc Gramen Guilandinus Aeschynomena Plinij *b* crediderit, nulla subest ratio, cum appropinquante manu folia non contrahantur, quod ex Apollodoro ei tribuitur: Gramen leucanthemum (à flore albo) Dalechampio *i* dictum:

DE GRAMINE ECHINATO

ET ACULEATO.

CAPVT XXII.

I. GRAMEN SPICA SVBROTUNDA ECHI-



I. GRAMEN SPICA SVBRO-  
TVNDA ECHINATA.



NATA: radice est geniculis nodosa, capilla-  
cea, alba: folijs paucis, angustis, primis du-  
plo minoribus, ijs, quæ media sua parte fe-  
stucam cingunt, quæ tamen vix vncias tres  
superant, & per quæ lineæ secundum longi-  
tudinem excurrunt, eamq; subasperam red-  
dunt: inter hæc culmi festucarum instar te-  
nues, læues, geniculati, vno alteroq; folio è  
geniculi nodo incipiente cincti, & quidem  
terni vel quaterni, altitudine inæquales, dua-  
rum, trium, quatuor, etiam sex vnciarum  
efferuntur: quibus singulis capitulum vni-  
cum subrotundum (quod siccatum pallet,)   
instar Tribuli echinatum, spinosum ac pun-  
gens, insidet, quod fructibus densis, compo-  
situm, quorum corpus in stellam spinosam,  
inæqualem, radijs quinque vel septem præ-  
ditam definit, quorum medius superior  
oblongus, laterales minores sunt: flores &  
femina non obseruauimus: At, quemadmo-  
dum doctis. Columna, flores, vt in alijs sta-  
minibus pallentibus, dependentibus tremu-  
lis, Maio emittit: semē paruum diaphanum  
triticeum, Vaccino tritico à Lobelio dicto,  
concolor.

Locvs. Hoc locis sterilibus circa Mon-  
pelium crescit: ex Hispania quoq; habemus:  
at Columna in Æquicolorum collibus &  
sterilibus locis in Valuensi comitatu Anuer-  
sæ eruit.

NOMEN. Gramen echinatum tribuloi-  
des capitatum, Columnæ.

II. GRAMEN SPICA PLANA ECHINATA:  
plantula palmaris est: radícula ex fibellis al-  
bis composita: ex qua foliola capillacea, pau-  
ca, vnciam longa, & festuca tenuissima pro-  
deunt: spicam habet vncialem, planam,  
quæ ex vtriculis minutissimis, aristas acutas  
emittit.

Locvs. In Hispania creuit, vnde cū alijs  
plurimis, Doctor Albinus Hamburgensis  
B nobis attulit.

III. GRAMEN ALBVM CAPITV-  
LIS ACVLEATIS ITALICVM.



III. GRAMEN ALBVM CAPITVLIS ACV-  
LEATIS ITALICVM: tota planta alba est, ra-  
dicè crassiuscula, fibris villosa, & per terræ  
superficiem repente: circa quam folia oblon-  
ga, angusta, in caulibus, quos latiore basi  
cingunt, breuiora, & quæ sensim angustiora  
reddita, in exquisitissimum apicem desi-  
nunt: cauliculis est multis, vncialibus, do-  
drantalibus, rarius pedalibus, geniculatis,  
virgatis & reclinatis, ex quibus furculi multi  
nascuntur, folio, tanquam gluma quadam,  
vsque ad aculeorum exortum, vbi à pedi-  
culo diuaricantur, obuoluto: in summis  
furculis capitula rotunda, quæ tribus fo-  
liolis aculeatis, infernè crassiusculis, clau-  
duntur, ita vt Tribulum terrestrem refe-  
rant: quorum in medio flosculi numerosi,  
velut in globulunt stipati: quibus semina,  
oblongis,




oblongis, exilibus, & albis glumis inclusa, A  
succedunt.

Locvs. Inter rudera & in muris vetusta-  
te collapsis prouenit, sic Arimini circa mœ-  
nia, vbi Dôctor Neudorfferus collegit, no-  
bisq; communicauit.

NOMEN. Græcis ἀγρωστὶς ἀκανθώδης: Gra-  
men aculeatum Matthiolo, Lugdunensi,  
Castori. Germanis, Stachelgras. Italis, Gra-  
migna spinosa. Polonis, Koleyca trawva.

QUALITAS. Iisdem viribus, quibus vul-  
gatum, præditum esse Matthiolus asserit.

#### IV. GRAMEN PALVSTRE ACV- LEATVM GERMANICVM.



IV. GRAMEN PALVSTRE ACVLEATVM  
GERMANICVM, vel MINVS: radice est fibro-  
sa, candicante, breui: ex qua folia arundina-  
cea, angusta, in acumen fastigiata, propè ra-  
dicem multa, in culmo pauca prodeunt:  
culmo est palmari vel pedali, triangulari,  
striato, cui quædam capitula adnata, viri-  
dia primum; dein rufa, quasi ex plurimis  
vesiculis conglobata; quæ in filamentum  
côtortum abeunt: singulis capitulis, folium  
sursum spectans subijcitur: mox cauliculo-  
rum summis capitula duo adponuntur, vnâ  
cum spica breui & angusta: his foliû vnum,  
aliquando duo, deorsum spectantia, alterum  
oblongius, alterum breuius, subijciuntur:  
hæcq; capitula Xanthij fructibus similia, per  
maturitatem rigida, & quasi aculeata sunt.

Locvs. In humidis paludosis prouenit.

NOMEN. Gramen palustre echinatum,  
Lobelio a: Gramen aculeatum, hist. Lug-  
dun. qui an ipsius sit Plinij b, minus rectè  
suspiciatur. Belgis, Vvatergras, met steckende  
arenkens.

V. GRAMEN PALVSTRE ACVLEATVM I-  
TALICVM vel MAIVS: ex radicibus fibrosis,  
culmi cubitales, tenues, striati, exsurgunt:  
folijs est sesquipalmaribus, acuminatis &  
priori angustioribus, & in culmo breuiori-  
bus, è cuiuslibet verò folij, quod in culmo  
est, sinu, pedicellus capillaceus breuissimus  
exit, qui capitulum vnciam & sesquiunciam  
longum, semunciam latum sustinet, quod  
ex plurimis minutis vesiculis membranis,  
pallidè rufescentibus, vtrinque duplici or-  
dine dispositis componitur, ita tamen, vt  
etiam per medium capitulum vtrinque ter-  
tius vesicularum ordo obseruetur: & ha-  
rum singulæ in exiguum apicem, qui per  
maturitatem rigidior fit, finitunt: summus  
denique culmus in spicas rufescentes, an-  
gustas, diuersæ longitudinis & molles ab-  
sumitur.

Locvs. In humidis & paludosis, circa  
thermas Aponitanas Patauij, & alibi in Ita-  
lia, nascitur.

#### DE GRAMINE DACTYLOIDE SEV ISCHÆMO.

#### D CAPVT XXIII.

GRAMEN hoc Dactylon dicitur, è quòd  
spica in quaternas, quinas, senas & plu-  
res partes diuisa, quasi digitos manus expan-  
sos, referat. Ἰσχάμων vero, à sistendo sangui-  
ne, nomen inuenit. Dactylon trium gene-  
rum est apud Plinium a: sunt (inquit) qui  
& aculeatum gramen vocant trium gene-  
rû: cum in cacumine aculei sunt plurimum  
quini, Dactylon vocant: hos conuolutos  
naribus inserunt extrahuntque sanguinis  
ciendi gratia. Altero, quod est aizoo simi-  
le, ad paronychia & pterygia vnguuium, &  
cum caro vnguibus excreuerit, vtitur cum  
axungia, ideo Dactylon appellantes, quia di-  
gitis medeatur. Tertium genus Dactyli, sed  
breuius, nascitur in parietinis aut tegulis.  
Huic caustica vis est. Sistunt vlcera quæ  
serpunt.

I. GRAMEN DACTYLON ÆGYPTIACVM:  
Gramen est exile, radicibus albis, genicula-

a in Iconibus.

b lib. 24. cap. 19.

a lib. 24. cap. 19.

typhoides  
C. 24  
tis serpens,



tis serpens, culmis geniculatis digiti altitudine assurgens, folijs communi Gramini similibus, sed minoribus: culmis singulis spicæ quatuor Ischæmi, vel Graminis sanguinarij similes insident, quæ perfectam crucem, æquè omnes vno modo formant: his femina minutissima, seminibus communis Graminis similia.

Locvs. In Aegypto nasci & similitimum esse ei, quod copiosè & sponte in Italia proueniat, Prosper Alpinus *b* author est, & nos quoque circa Patauium collegimus. **B**

NOMEN. *Nei melinsalib* Aegyptijs, id est, Gramen crucis, a figura crucis quam spicæ formant, Alpino.

QUALITAS. Radicem frigidam & siccā, tenuissimarumque partium esse aiunt: quæ sapore est dulci, cum aliquali acrimonia: radicis decocto ad sudores mouendos familiarissimè vtuntur: mulieres, pueris variolis atque morbillis correptis, ad eos propellendos exhibent: & ad menstruas purgationes interceptas vtuntur. Semina ad calculos **C** tum venum, tum vesicæ pellendos, atque eos, qui in vesicâ concreti sunt, frangendos (quod genus morbi ibi familiarissimum & quasi endemium) exhibentur. Sunt, qui pro secreto auxilio habeant, decoctum ex seminibus modicè contusis paratum, ad exanthemata in febribus pestilentibus, quæ petechias Itali vocant, propellenda: ad vulnera quoq; & vlcera, tota herba, præcipuè radice, vtuntur, hæc Alpinus.

II. GRAMEN DACTYLON FOLIO ARVNDINACEO MAIUS: ex radicibus perennibus, longis, nodosis, geniculatis, candicantibus, longè lateque serpentibus, subinde plurimis locis germinantibus, fibras paruas ex singulis geniculis spargentibus, culmi pedales, sæpe rufescentes, rotundi, geniculati assurgunt: è quibus folia angusta, in acumen fastigiata, arundinacea, dura prodeunt, quorum superiora lōga sunt, & angusta, & marginibus leuiter villosa: culmi siue calami, in **E** quaternas, quinas, nonnunquam senas spicas, virides, per maturitatem nigricantes, aliquando ex atro purpureoque colore mixtas, desinunt: quarum vtriculi breuibus aristis donati, sæpe ab vna parte costæ propendent, dorso libero existente: semine est aceroso & scabro.

Locvs. Hoc in agris & in vinetis Gallie, Italiae & Hispaniae vulgatum: at in mariti-

II. GRAMEN DACTYLON FOLIO ARVNDINACEO MAIUS.



mis longè lætius & vegetius, radicibus interdum minimi digiti crassitie, quare in maritimis Narbonæ arundini vallatoriae radicibus forma adeo similibus, vt easdem dixeris. Reperitur etiam quibusdam Germaniae locis, & Francofurto ad Oderam habemus: verū aliqua varietas obseruatur, quod Gallicum folijs sit nonnihil villosis, Germanicum vero, folijs glabris & caulibus minus erectis.

NOMEN. Hoc Theophrasti Gramen esse credimus, cuius verba supra capite secundo posuimus: Ischæmon Plinij *c* esse, aliqui volunt, quod serpere scribit, è terra, Milio simile, folijs asperis & lanuginosis, & farciri in nares: at Clusius negat: addens, si ad Pliniani Graminis vllum aliud genus hæc planta referenda sit, aculeatum potius illud esse, cui, quod in cacumine aculei plurimum sint quini, Dactyli nomen inditum esse, Plinius *d* dicat: at Cæsarpinus esse Gramen aculeatum Dactylon dictum asserit, cui vt & Anguillare & Clusio Gramen dicitur: Gramen canarium alterum, Lobelio. Belgis, *Honts gras metten arenkens van Ischæmon*. Gallis, *Chien dent*.

QUALITAS. Sapore subdulci cum quadam adstrictione sunt radices, & eiusdem cum gramine canino facultatis & vsus, qua-

*b* libro de plantis Aegyptiacis.

*c* lib. 25. cap. 8.

*d* lib. 24. cap. 76.



re hoc pro Gramine Galli, Itali & Hispani, A  
vtuntur: ex quo aquam ad puerorum ver-  
mes, & ad febres malignas laudatam, per de-  
stillationem, extrahunt.

### III. GRAMEN DACTYLON FO- LIO ARVNDINACEO MINVS.



III. GRAMEN DACTYLON FOLIO ARVNDINACEO MINVS: hoc viticulis, gracilibus, longis, geniculatis, per terram serpit, & ex articulorum nodis, radículas, quibus terræ inhæret protrudit: folio est arundinaceo, angusto, in exilitatem fastigiato, aliquando nonnihil villoso: cauliculis multis breuibus, recuruis; quibus spica insidet tribus quatuorue torulis donata. In hoc autem maxime notandum; quod autumnali tempore ex cacumine, aliquando etiam ex articulis deorsum appendicem, duarum & trium vnciarum longam, candidam, & velut ex squamis compactam; duram & quasi articulatam, nonnihil villosam mittit, quæ terræ rursus infigitur, cuius nomine Plinij e Gramen, esse suspicamus, dum inquit: Gramen ipsum est inter herbas vulgatissimum: geniculatis serpit internodijs, crebroque ab his (ramorum scilicet internodijs) & ex cacumine nouas radices spargit: folia eius in reliquo orbe in exilitatem fastigiantur.

Locvs. Monspeffuli copiose reperitur.

NOMEN. Gramen vulgare Dalecham-  
pij f; cuius figura nostro apprimè conue-

nit: si quis tamen hoc cum arundinaceo  
maiore idem volet, cum ipso non multum  
certabimus.

### IV. GRAMEN DACTYLON FO- LIO LATIORE.



IV. GRAMEN DACTYLON FOLIO LATIORE: ex radicibus tenuibus, fibrosis, candidantibus, calami multi pedales & altiores, tenues, geniculati exsurgunt, nonnunquam ex atro rubore splendentes, inferne nonnihil pilosi: circa quos folia, Gramini canino primo similia, aliquando lanuginosa: spicas habet in quinas, senas & etiam plures, raro quaternas, rarissime ternas, veluti lineas digitatim diuisas, herbacei, rarius atro rubentis coloris, in quibus femina oblonga, rubra, extremitate pungentia, dulcis & astringentis saporis.

Locvs. In hortorum areis, scrobibus, alibi que sponte exilit.

NOMEN. Ad Ischæmon Plinij, de quo paulò antè, referimus, Canariam Plinij g statuit Anguillara: siquidem hac herba præ cæteris ipsos delectari notarit: at Plinij verba supra capite secundo apposita sunt. Apuleio Crus galli, cuius cacumen instar pedis galli diuiditur: quod h stylus è medijs folijs exsurgens in pedem galli conformatus articuletur, reliquum cruris effigiem exhibens. Sanguinaria ab effectu: & Capriola



vulgò Leoniceno *i*, qui Gramen aculeatum Plinij *k* cenſet, cuius tamen prius inter herbas aculeatas meminert, & ſub Græca appellatione Coronopodis nominarit, neſciēs eandem eſſe herbam, quam Græci Coronopoda, & Romani Gramen aculeatum vocent, plurimarum enim herbarum, quas Latinis nominibus noſſet, Græcas nomenclaturas ignoraffe, id quòd plurimarum plantarum nominibus comprobatur. Certè Dioſcoridis *l* Coronopus non eſt, ſiquidem Dioſcoridi non ſerpit, ſed terræ inſternitur, ſiue humi procumbit, nec folia ſpinofa ſunt, ſed in longum fiſſa: cùm Graminis huius culmi erecti aſſurgant, & folia nequam in partes findantur: nec Plinij *m* certe, cuius hæc ſunt: Coronopus oblonga herba eſt cum fiſſuris: & alibi *n* aculeatarum caules aliquarum per terram ſerpunt, vt eius, quam Coronopum vocant: ex his verbis quid dici poteſt? Sed ex Theophrasto hæc Plinius, corruptiſſimè citat. Theophrasti *o* verba ſunt: Differunt inter ſe herbacea (*πώδη*) quòd alia terræ inſtrata folia edunt, alia in caules, alia vtrobique. Inſtrata terræ folia gignunt (*ἐπιγυρόφύλλα*) Coronopus, Anthemion, Anchufa, Gramen, Anemone, &c. Quare Cornarus ait, nec adhuc Plinio perſuaſiſſe Leonicenum, vt Coronopoda pro Gramine aculeato agnoſcat: At Ruellio *p* Capriola, Sanguinaria, quòd naribus indita ſanguinem eliciat: noſtris olitoribus Dens canis, ab acumine folij, nam huius folia fiſſa reptant humi, ſed in ſaſtigio ſunt aculei. Hanc generibus Graminis Plinius aſſignavit, nobis exprimens eandem eſſe quam Græci Coronopum & Romani Gramen aculeatum vocant, &c. mox ſubiicit: Coruinum pedem officinarum, qui vim exulcerandi obtinet, (intelligit Ranunculi ſpeciem) longè diuerſam herbam eſſe à Coronopo, cùm olerum modo Coronopus edatur. Reſpondemus cum Matthiolo: etſi hæc herba in ſui culmi ſaſtigio, quinque veluti graciles ſpicas, quæ cum manibus dilatantur, cornicis vel alterius volucris formam pedis repræſentat: cùm tamen (vt etiam Manardus inquit) non in hominum cibum expetatur: folio exeat nullis incifuris diſſectis: in hortis non ſeratur, & arida tanquam fœnum aſſurgat, nullo pacto Gramen aculeatum Plinij, cum Coronopo Dioſcoridis, idem erit: adde, quod & Plinius vtriuſq; diuerſis in locis meminert. Eidem

A Ruellio *q*, Gramen aculeatum, quod rura etiam Caninum dentem appellent: aliqui è vulgò, Capriolam, quòd capris grata ſit pabulo: multis ab effectu, Sanguinaria: & Coronopus Dioſcoridis. Etiam Amato *r* perperã dixerunt Leonicenus & Ruellius, quod Gramen aculeatum in quinque diuiſum penulas, & quo pueri è naribus ſanguinem proritant, Coronopus ſit, cùm Coronopus, herba cornu Cerui, vel Stella maris appellatur: Sclauo Cornicis pedem vocant, vnde forte Leoniceno & Ruellio errandi occaſio. Sanguinaria Comitum de Neuenare, Trago: Sanguinea herba aut cariola vulgò, quod Gramen aculeatum Plinij Braſauolæ: Gramen omnibus cognitum & vulgare, quod Hetruſcis Sanguinella Matthiolo: Iſchæmon Geſnero *s*: Cluſio *t* Iſchæmon vulgare, Aduerſarijs, Lobelio & Gerardo. Iſchæmon primum & Gramen ſanguinariũ Tabernæmontano: Gramen Iſchæmon Plinij, ſiue Dactylon, Lugdunenſi. Germanis, Hanenbein / Blutgras. Anglis, Cocks footegrasſe.

QUALITAS ET VIRES. Siccat & astringit potenter, eiusque nomine à Plinio *u* in hæmorrhagijs Iſchæmon commendatam, quæ ex Theophrasto *x* ſumpta, qui tamen plantam non deſcripſit. Sic inquit: Quin & regio Thracum pleraque fert validiſſima, vt dicunt *ἡν ἰσχαιμον*, quæ ſanguinem ſiſtit, hanc enim alij puncta vena, alij etiam vehementius ſecta retinere, ac penitus prohibere ſanguinis profuſionem aſſerunt. Herba trita & admota, efficaciſſimè manantem ſanguinem ſiſtit, ſiue vulneribus imponatur, ſiue naribus indatur. Spicas in globum conuolutas pueri, etiam Plinij *k* ætate, naribus indabant, vellicabant, ſicque ſanguinem eliciebant, (vnde Sanguinella vocatur,) quare pro diuerſo vtendi modo, herba hac ſanguis & ſiſtitur, & elicitur.

V. GRAMEN DACTYLON SPICIS VILLO-  
 SIS: radice eſt exili, culmis cubitalibus, geniculatis, purpuraſcentibus: folijs paucis, priori anguſtioribus: ſpica ſimili, verum lanuginofa, molli, purpuraſcente, in plures partes, ſæpe denas ſectiones diuiſa: ſpicæ ſingulæ, vtrinque ad vtriculos ariſtas oblongas flauas obtinent, quæ ſemen paleaceũ, guſtu astringens, includunt.


Locvs. Hoc locis incultis & in agris vbi-  
 que obuium.

*i* de herb. & fruſcib. *k* lib. 24. cap. 19. *l* lib. 2. cap. 158. *m* lib. 22. cap. 19. *n* lib. 21. cap. 16. *o* 7. hiſtor. 9. *p* lib. 2. cap. 62.  
*q* lib. 3. cap. 91. *r* lib. 4. in Dioſc. enar. 32. *s* in Cataſto. *t* in hiſt. rariorum. *u* lib. 25. cap. 8. *x* 9. hiſtor. 15.



## V. GRAMEN DACTYLON SPICIS VILLOSI.

## VII. GRAMEN DACTYLON AQUATICVM.



B

C

NOMEN. Ischaemum secundum Tabernamontano: quod viribus cum priore conuenit.


VI. GRAMEN DACTYLON SCOPARIVM: hoc radicum cirris perlongis tenuibus, rigidis & albis, cubito etiam longioribus, donatur: culmis gracilibus, rigidis, geniculatis, glabris, pedalibus, in quaternas, quinas, vt plurimum senas & plures, elegantissimas, lucidas spicas, & vt prioris villosas, fastigiatis folijs item non dissimilibus, gustu Graminis dulcioribus.

Locvs. Copiosè in Gallia, locis sabulosis, Castris Insulani vocati vicinis, propè Aureliam prouenit, cuius portionem D. Lobelius, Londino ad me misit.

NOMEN. Gramen scoparium Ischaemi paniculis Gallicum, Lobelio  $\gamma$ . Scoparium dictum, quia ex radicum cirris, scopulae illae vulgatissimae, quae frictionibus capitis adhibentur, conficiuntur.


VII. GRAMEN DACTYLON AQUATICVM: radice nititur fibrosa, quae culmos plures, sesquipedales, rotundos, nodis distinctos, folijs gramineis latis & breuibus cinctos protrudit, quibus spicae tenues, oblongae, purpurascens, insident.

Locvs. Passim in lacunis prouenit.



NOMEN. Gramen aquaticum geniculatum, Tabernamontano & Gerardo. Germanis, Wasserknodengras. Anglis, Waterknood grasse.

IX. GRAMEN DACTYLVM ESCULENTVM.





**IIX. GRAMEN DACTYLON ESCULEN-**  
**TYM:** radice est ipso quarto fibrosiore, can-  
 dida, in transuersum porrecta, ex qua culmi  
 cubitales & nonnunquam altiores, crebro  
 geniculati, per maturitatem subrubentes,  
 assurgunt: circa quos, folia oblonga, Gra-  
 mini familia, prioribus latiora, viridia, & ea  
 parte, qua culmos ambiunt, villosa: pani-  
 cula est viridi, per maturitatem nigricante,  
 quæ in plures, septem, octo & nouem veluti  
 spicas longas, sæpè vncias sex superantes, &  
 pertenues, diuiditur: semen, ab vna tantum  
 parte vtriculis inclusum, magisque quam in  
 quarto, conspicuum, oblongum, compres-  
 sum, Milio Panicoque minus, quod à glu-  
 mis ac vtriculis repurgatum candidum est,  
 Oryzæ ferè modo.

**LOCVS.** Sponte locis incultis Germaniæ,  
 Bohemiæ & Italiæ exit: apud nos quidem  
 in agris: apud Saxones in locis palustribus  
 & vliginosis, Cordo & monente: areis etiam  
 inhæscitur, mulierculis inuisum, quod alijs  
 herbis alimentum subtrahat. Belgæ non  
 nisi satum habent. Sclauī Carniolæ inco-  
 læ, Goricienses & Carinthij, in agris serunt  
 & diligenter colunt.

**NOMEN.** Hoc cum quarto idem fecere,  
 & sanè eiusdem generis esse, lubèter damus,  
 cum ab illo in quibusdam regionibus cultu-  
 ra duntaxat differat, ita vt illud syluestre,  
 hoc verò satium dici possit: quod alijs Mi-  
 lij syluestris, alijs Panici generibus adscri-  
 bunt: Cordo & Oryzæ species est. Dicitur  
 Gramen Mannæ Matthiolo, quod in qui-  
 busdam Germaniæ locis colitur, & Gramen  
 aculeatum Plinij, & Castori: Gramen Man-  
 næ primum Dodonæo, (qui Gramen acu-  
 leatum Plinij esse negat,) Tabernæ monta-  
 no, cui & Gramen cereale: Frumentum,  
 quod Germanis Schwaden/ oryzæ species,  
 Cordo & : Gramen Mannæ esculentum,  
 Aduersarijs, Lobeliò & Gerardo: Gramen  
 album seu hirsutum, Gesnero a: Manna  
 Polonorum, eidem: Graminis quoddam  
 genus, quod in Germania feminis gratia se-  
 ritur, Cæsalpino: Lugdunensis herbarij au-  
 thor, primum Matthioli, dein Dodonæi  
 figuram, sub Gramine Mannæ priore pin-  
 git: Gramen aculeatū Plinij primum, Tha-  
 lio: Quidam Ischæmoni Plinij esse volunt,  
 de quo supra egimus. Germanis, *Himmels-  
 thau*/ id est, cœlestis ros: Schwaden. Belgis,  
*Hemelsdau*. Anglis, *Dauygrasse*, *Manna-  
 grasse*. Gallis aliquibus *Chien dent*, h. e. quod

A nomē Gramini Dioscoridis potius debetur.  
 Italis, *Sanguinella* & *Herba capriola*. Bohe-  
 mis, *Rosa*. Polonis, *Mannapolska*, *Manna-  
 krupiata*.

**QUALITAS & VIRES.** Huic femini, Mi-  
 lij & Panici, imò Oryzæ qualitates Mat-  
 thiolus tribuit, cum mediocriter ventrem  
 astringat. Sclauī, Carniolæ incolæ, item  
 Goricienses, Bohemi ac Silesij semen colli-  
 gunt, & corticæ in pilis, milij & panici mo-  
 do, deglubunt, ac eorum, vel Oryzæ loco,  
 cum pinguium carniū iure coquunt, vel  
 in pultibus cum lacte edunt, non minus  
 suauī gustū quàm Oryzæ, cui Matthiolus  
 præponere videtur, quare hoc semen Man-  
 nam appellant. Hoc, etsi mediocriter alat,  
 salubrius est Milio & Panico, cum ita ven-  
 trem flatibus non distendat, & citius con-  
 coquatur. Radicem & semen ad aperiendas  
 obstructions & vrinas mouēdas commen-  
 dant. Semen quoque ex pingui iure deco-  
 ctum, & mammis illitum, earum durities  
 resoluit. Ex gramine herba, quod agrosti-  
 num (alijs Chortinon legunt) vocant, in A-  
 gypto oleum confici Plinius b scribit: Sed  
 quale hoc Gramen? Gramen Mannæ, quam  
 Germani, Mannam cœlestem vocant, esse  
 Dalechampius censet.

DE LOLIO ET PHOENICE, SI-  
 VE, GRAMINE LOLIACEO.

CAPVT XXIV.

**FRVGVM** vitia propriè dicta, nunc perfe-  
 quamur, quæ licet generaliter Lolij no-  
 men mereantur, singula tamen vitia ad suas  
 fruges referri possunt, cum aliud sit Tritici,  
 aliud Secales, aliud Auenæ, aliud Hordei,  
 aliud alterius generis, siquidem quodlibet  
 frumenti genus peculiarem suam pestem  
 iunctam habeat, quæ vitiorum genera, ex  
 ipsis frugum seminibus, partim infelici so-  
 lo, præcipuè locis humidis commissis, par-  
 tim imbribus & nimia humiditate obrutis,  
 ortum suum habent, vt author est Theo-  
 phrastus a & Galenus b. Si enim dum se-  
 ritur vel quando in spicam abit, (imber et-  
 enim florentibus, Hordeo & frumento no-  
 cet,) pluuijs obruatur, tum semen vel suffo-  
 catur & putrescit, vel in Lolium, vel aliud  
 vitium degenerat, quorum fructus in ali-  
 quibus nil aliud est, quàm palea inanis:  
 quod in agris humidioribus Hordeo vel

a lib. 2. in Dioscorid. cap. 117.

a libro de hortis.

b lib. 15. cap. 7.


a 4. causar. 6. & 5. caus. 3.

b 1. de Alimentis.



Tritico confitis, facile animaduertitur, cum facile in Lolium *c*, ipsum Hordeum, maxime ipsum *d* Triticum, quia validius *e* est, abeat. Etenim, vel deorsum fertur tota feminis vis, id quod fit, quia Hordei caput alterum, & crassius quidem, in radicem, alterum verò in culmum abit: iam verò si anni constitutio pluuiosa fuerit, inferior grani pars nimio humore obruta, totius grani vi attracta, ita luxuriat, vt superiore parte spoliata in radicem absumatur, quæ longè lateque per terram diffunditur, sicque non solum fructus nullus exspectandus, sed etiam agri corrumpuntur: & licet culmum & spicam ostendet, inanes tamen & vacui glumi remanent: cuius nomine Mopsus apud Virgilium *f* sic queritur, Ipsa Pales agros, atque ipse reliquit Apollo, Grandia sæpe quibus mandauimus hordea fulcis Infelix Lolium & steriles dominantur Auenæ.

I. GRAMEN LOLIACEVM SPICA LONGIORE SEV LOLIUM DIOSCORIDIS.



I. LOLIUM DIOSCORIDIS, seu GRAMEN LOLIACEVM SPICA LONGIORE, primū esto, cuius descriptionē non proposuit: at Theophrasto *g* folium habet angustum & pilosum, & pingue, non tunicis vt auenta multis, sed *h* nudum, imò hoc culmis est genicu-

latis Tritici aut Hordei, sed gracilioribus, folijs longis, vt Tritici, sed colore virentiore, nitentibus, glabris, (pinguibus *i* & pilosis Theophrasto:) spica pedali, ex multis paruulis racemulis alterno ordine digestis, quibus singulis foliolum oblongum iungitur, composita: quarum singulæ grana terna quaternæ Triticeis minora continent, glutinis seu cortice fusco & simplici inclusa, quæ in acutam & tenuem aristam, (vnde quibusdam *g* cortice *k* aculeato dicitur,) quæ aliquando tamen destituuntur, (vt circa Bononiam obseruauimus,) desinunt, quæ facillimè exteruntur, & cum Tritico maturantur.

Locvs. Cum *a* frugum vitium sit, & cum ex frugum seminibus vitio aliquo degenerantibus nascatur, inter eas crescere necessum est: neque enim solum in triticea, sed in omni ferè alia segete, & per se etiam macro plerunque solo prouenit: inter frugum *l* morbos potius, quam inter ipsius terræ *C* pestes numerandum: quia pabulum tollit, cum simul cum ijs proueniat, vt habet Theophrastus *m*: non verò quòd Triticum ei se circumligando strangulet, vt Hermolaus *n* voluit: qui ex Plinio ea desumpsit: Est, inquit Plinius *l*, herba, quæ cicer enecat & eruum circumligando se, vocatur Orobanche: Triticum simili modo *A*ra: Hordeum Festuca, quæ vocatur Aegilops: Lentem herba Securigida: & hæc quidem complexu necant. Verum vt rectè Leonicens *o*, neque in Græcia, neque Italia compertum est, neque Græci autores scripsere, *A*ram seu Lolium, Triticum circumligando enecare, sed solum alimentum auferendo, quoniam Tritico adnascitur: vt ex Theophrasti verbis colligere est, quem præcipue de Agricultura scribens Plinius imitatur. Quippe, ait *p*, Orobanche (eruangina, Gaza,) vocatur, Eruum enecat amplexu compressuque suo: & Limodorum, Fœnum græcum interimit, protinus radici adnascens, & alia eadem alijs inferunt, vt quæ cum singulis frugibus simul proueniunt, ceu Lolium atque Aegilops, Tritico & Hordeo; Aparie (lappa Gazæ) Lenti & alia alijs: Omnia autem idcirco interimunt, quia pabulum tollunt. Ex hisce ergo Theophrasti verbis, quæ magna ex parte Plinius exprimere conatus est, facile error cognoscitur: quia enim Theophrastus de Orobanche dixerat, eam ample-

*c* Plinius 18. hist. 17. *d* Theoph. 2. hist. 5. *e* Theoph. 8. hist. 8. 4. caus. 1. ex eo Ruell. Marshial. Dodon. & Lugd. *k* Ruell. l. 2. c. 30. ex Plinio l. 18. c. 17.

*f* Eclog. 5. & 1. Georgicorum. *g* 8. hist. 7. *h* 4. caus. 17. *i* 8. hist. 7. & l. 18. c. 17. *m* 8. hist. 8. *n* l. 2. coroll. 323. *o* de error. Plin. p. 5. caus. 22.



xu suo Eruum strangulare, vnde illi apud Græcos nomen, existimauit, eandem esse Aeræ & Aegilopi (Lolium & Auenam Gaza vertit,) interimendi rationem. Quare frumentum enecare Paxamus autor est, & Dioscoridi q, inter triticeas segetes, seu cum Tritico & Hordeo & r Avena: Et vt Galenus s in Tritico frequentius, (cùm ex ipsius r semine ortum ducat, licet quidam t è Lino quoque fieri testentur,) in Hordeo verò paucum u. Seminibus ipsorū corruptis, ac in deterius, vt Galenus loquitur, permutatis, & solo quidem præsertim vliginoso, per cœli tempestatem humidam, mensibus potissimum hybernis: quare vernam x esse frugem negant, siquidem hyeme statim ineunte è terra profiliat. Quod & Galeni quoque pater, in senili ætate agriculturæ studiosior factus, adnotauit, qui Triticum Hordeumque sincerum omniq; alieno seminio repurgatum terræ mandauit, cumq; permultum Lolij in Tritico, in Hordeo paucillum prodijisse cerneret, in alijs quoq; frumentaceis idem fecit periculum, comperitque tandem in Lente, durum rotundumq; Aracum, Securidacamque herbam degeneratione quadam Lenti innasci, abdicata cibus semina: vt Galenus y memoria commendauit: Ast & Lolium contra in Triticum conuerti, Theophrastus z scribit: addens, Quamobrem his ipsis vt ratione vacantibus persuasum quibusdam est, nullam mutationem eiusmodi fieri posse, sed frequentia imbrum Lolium prouenire, atque consistere: quod etiam per se facere ipsum patescit, locis admodum pluuijs, (vt sponte aa nascatur,) nullo penitus Tritico Hordeoue disperso. Sed obiectiones istæ conuinci à rebus ipsis planè videntur: permulti enim, vt aiūt, cùm Triticum vel Hordeum seuissent, Lolium messuerunt. Ergo generis illam mutationem ratione vtraque fieri posse, id est, seminis alteratione atque radicis statuere debemus. Mutatio enim herbæ radicis causa euenit, &c. Ad hæc homines experti rem rusticam, folium protinus nascens, Lolij esse affirmant, quod sit pinguius & viridius & angustius, nec postmodum in eiusmodi formam transire. Et alibi bb: ex Tritico Lolium sæpenumero prouenit, & causam scire quodammodo arbitramur: Imbres namque id possunt efficere. At si ex Lo-

lio in Triticum redeat, hoc certè admirabilius est. Ergo ceu imbecillitatem quandam, vel morbum seminis intelligere licet, quam alimenti cœliq; mutatio tollere possit. Huius etiam semen in panificium feri, Porta scribit.

NOMEN. Licet pro Lolio, alij Hordeum murinum, alij Triticum vaccinum, alij Lychnidem cc segetum seu Pseudomelanthium, (non sine errore, descriptione non correspondente,) ostendant, hoc tamen veterum Lolium statuimus, quod Aίρα & Λόλιον Dioscoridi: αίρα Aristoteli, Theophrasto, Galeno, Aeginetæ, Oribasio, Actio, Constantino dicitur. Aίρα siquidem à πάω, id est, φθείρω corrumpo, denominatum, vt Emologicus tradit: hinc Suidæ est τὸ σίτη διαφθορά, frumenti corruptio: licet Hesychius αίρας exponat ἀγροίας βότάναις, herbas agrestes seu syluestres, vnde & σίτη καθαροὶ ἀγρῶν apud Theophrastum, & αίρῶν ἀλδρῶν apud Hippocratem dd: vel αἶρα τὸ αἶρεσθαι quod est efferri vel sursum rapi, à facultate sua, qua efferitur in cerebrum vapida aura, atq; dementiæ affinis: dicitur & ζιζάνιον Constantino, quasi σιζοσίσιον, à σίτη & σίνα, quod noceat frugibus. Arabibus, vt Auicennæ Zinzania, cuius Glossographo Seilen & Gasallu, Serapioni Zeben & Sceilem: Halliabatti, Xeilem. Verum & his vtuntur nominibus, Ezarbien, Fexa, Schelien, Selebien, Seley, Silemi, Sirim, Zicama & Zuan. Plinio ee Lolium & Aera, nam licet videatur diuersa voluisse, quemadmodum Hermolaus ff statuit, vt qui dixerit, Aeræ gramen minimum est, in cortice aculeato: adde, si placet, vt qui eodem capite separatim de vtroque, tanquam diuersis egerit: tamen qui vires, quas & Lolio & Aeræ tribuit cum Dioscoride contulerit, rem eandem inueniet, tantum aliter Græca, aliter Latina nomēclatione designatam, ad stipulantibus Leoniceno gg Ruellio & Cornaro hh. Vulgò herbarijs Lolium, vt Ruellio, Matthiolo Gesnero ii, Amato, Cornaro kk, Cornaro (& quibusdam Triticum vaccinum,) Turnero, Dodonæo, Cæsalpino, Castori, Lugdun. Tabernæmontano: Lolium verum Gesnero ll: Lolium & Triticum temulentum, Aduersarijs & Lobelio: Lolium album Gerardo. Germanis, Lutsch/ vel Lutsch/ voce Latina corrupta, Dort/ Weizenwatsch/ quibusdam cùm in hordeo

q lib. 2. cap. 122. r Theoph. 2. hist. 5. s lib. 1. de alim. fac. t Theoph. 8. hist. 7. u Theoph. 8. hist. 8. & 4. causar. 1. x Theoph. 8. hist. 7. y lib. 1. de facultatib. alimens. cap. ult. z 4. Causar. 6. & 5. Causar. 3. aa Theoph. 4. caus. 17. bb 5. causar. 3. cc Amatus & Fuchsus. dd de nar. mul. cc lib. 23. cap. 17. & lib. 22. cap. 25. ff lib. 2. coroll. 323. gg lib. de errorib. Plin. hh 2. in Diosc. emblem. 88. ii in Catalogo. kk in Dioscoridem. ll lib. de hortis.



naschitur, *Twalch* propter insaniam quã facit: in Olyra verò *Trespe/Trebser/Tresdorp*. Belgis, *Dolyck*, *Hanck*, *Tunade*, *Droncuert*. Anglis, *Darnell*, *Vvitedarnell*, *Cockyll*, or *Juray*. Gallis, *Juraye*, quasi ebriosa, ab inebriando, quod admixtum pani, & cerealibus potionibus, vini modo temulentiam concitet, vt torpido veterno cerebrum opprimat, reliquaq; membra torpore afficiat, hinc quibusdam *Iuraia*, *Iureum* & *Iurum* Latine. Italis, *Loglio* & *Giozlio*. Hispanis, *Yoio* & *Zizania*. Bohemis, *Kaukolvvlasky*. B Polonis, *Matoneg*.

QUALITAS ET VIRES. Excalescit *mm* in principio tertij ordinis, exsiccat verò in fine secundi, vt proximè ad *nn* acria accedat: alijs calescit *oo* ac siccat ad tertium abscessum siue distantiam à temperatis: quolibet enim frumento calidius & siccius: natura contrarium Tritico, hoc enim homini salubre, veterinis autem plerunque mors: at Lolium hominibus plurimum nocet, non autem alitibus, quo maximè columbæ & coturnices delectantur, & quo maximè impinguntur. Attenuat, resoluit, abstergit. Hoc frugibus, ex quibus Cereuisia paratur, permixtum, ebrietatem promouet. Quòd si pani copiosius addatur, stuporem & veluti temulentiam esitantibus parit, cum inexpugnabili ferè somno, & vt Plinius *pp*, cum est in pane, celerrimè vertigines facit. Quare incerniculis diligenter à Tritico, alijsque cerealibus seminibus, priusquam in sanorum vsus veniant, separandum esse, Gale- D ni *qq* pater monere solitus erat. Etenim cum anni constitutio praua aliquando fuisset, Lolium Tritico affatim innaschi contigit, quod cum neque agricolæ, accommodatis ad eam rem cribris, exactè purgassent, neque pistores, quòd paucus esset Tritici prouentus, statim quidem multis caput dolere cœpit: ineunte verò æstate, in cute multorum qui comederant, vlcera aut aliud quoddam symptoma, quod succorum prauitatem indicaret, est subsecutum; quare E triticeï repurgamenti præceptum non fastidendum: nam licet inter initia sensim grassantem noxam, propter exiguitatem vescentes non sentiant, ex multorum tamen dierum vsu vitio aucto, malum non effugiunt, quin; non sine magno vitæ incommodo, manifestas vires exerat. In Asia *rr* & Græcia, cum frequenter turba in balnea concur-

reret, quam vt balneatores sufficerent, vt ingruentem vim hominum summouerent, Lolij semen carbonibus iniiciebant, cuius odore populus vexatus, diffugeret. Meritò ergo Aristoteles *ss*, inter ea quæ capitis grauitatem efficiunt, Lolium recensuit: & Theophrastus, graue Lolium dixit, & caput tentans: celerrime enim vertiginem mouet, quod tamen cum axungia (cum adipe anserino Plinio *tt*,) foris cataplasmate admotum, eadem incommoda tollit, pericranei & diuturnos artuum dolores soluit. Oculis officit, caliginem adferendo, propter vapores acres in cerebrum eleuatos: vnde Lolio victitare dicuntur Prouerbio; qui visu sunt imbecillo, vt lusciosi & cacutientes, quos Græci, teste Nonio, Myopas vocant. Hinc Ouidius *uu*, Et careant Lolij oculos vitiantibus agri. Sic & Plautus *xx*: Mirum est te Lolio victitare, tam vili Tritico: Quid iam? quia lusciosus. Etsi lolium infelix à Virgilio dicatur, tamen exterius applicatum, multos morbos sanat: etenim Dioscoride autore molitum *yy* vim habet compescendi nomas, putrescentia vlcera, gangrænas: (Aerina farina magis cæteris purgat vlcera, vetera ac gangrænas, Plinio *zz*;) cum raphanis & sale impositum, feros lichenas siue impetigines (celerius quo sæpius mutatum est Plinio *zz*;) & lepras, cum sulphure viuo & aceto sanat: at cum fimo columbino & lini semine in vino decoctum strumas (& panos Plin. *zz*) discutit, & quæ D ægrè maturantur; rumpit. Quare ex eò Heras emplastrum nigrum fecit, ad fistulas alarum; inguinumque abscessus valens, quod ab Aëtio *aaa* refertur. Decoctum cum melicrato & impositum Ischiadicis prodest. Si cum polenta verò, myrrha, croco aut thure suffiatur, conceptionem adiuuat, ita habent Græci codices & Serapio. Verum Cornarus non probe distinctum esse textum censet: & legit, Ischiadicis prodesse, addita polenta, aut myrrha, aut croco, aut thure: idem conceptum (si solum suffiatur) iuuare: Verum verba hæc Dioscoridis, *πυ αλφίτω γ*, cum polenta verò Marcellus Virgilius *bbb* mutauit & legit, *πυ ασφαλίω*, id est, cum bitumine, causam addit: cum dicit suffitu iuuari conceptus Lolij farina, addito vno aliquo ex prædictis, quæ oporteat primò similia inter se esse, & in aliquo conuenire: mox tale esse, vt incensum fu-

*mm* Gal. 6. simpl. Oribas. 6. synops. & 15. collect. *nn* Oribas. 2. viti. simpl. & 15. Coll. *oo* Aegineta lib. 7. *pp* lib. 18. cap. 17. *qq* r. alimens. *rr* Plinius lib. 18. cap. 17. Alex. ab Alexandr. cap. 20. *ss* de Somno & Vigilia cap. 3. *tt* lib. 22. cap. 25. *uu* 1. Fastorum *xx* in Milite. *yy* ex Dioscoride lib. 2. cap. 122. *zz* lib. 22. cap. 25. *aaa* lib. 15. cap. de Emplast. *bbb* lib. 2. cap. 91.



met, suoque fumo suffiat: quorum neutrum A polenta habet: neque enim cum myrrha, croco, thureue conuenit: nec incendi adeo potest vt fumo eius suffiri aliquid possit: persuasitque id quod suffiendis aperiendisq; foeminarum locis praecipue bitumen laudatur: & quod Paulus Aegineta, Iridi aequales vires habere Lolij farinam dixit, quae molliendis & aperiendis foeminarum locis accommodata est: coniunctisq; viribus idem potentia duo felicius, quod hic Dioscorides docet, praestare poterunt. Huius semine B contuso, addito Irionis, cum melle & pice, quidam contra vomitum, ventriculo imponentes, vtuntur. Plinius ccc Lolij medicamenta a Dioscoride posita, neque integre, neque distincte expressit sub Lolio, etiam si quaedam etiam sub Aerina farina recensuerit. Podagrae ccc aliisque doloribus cum oxymelite medetur: ratio haec, acetii sextario vno, diluuntur mellis vnciae duae: iustum est ita temperatis sextarijs tribus, decoctae farinae Lolij addere vique ad crassitudinem, calidumque ipsum imponi dolentibus membris. Haec cum sapa ad tertias decocta & imposita, Lienis durities discutit & emollit. Sic cum melle mixta, ossa fracta, spicula, aliaque carni infixae, extrahere creditur. Suis etiam soporiferis ddd Chymistae miscere solent. Tandem Lolium euulsum simul cum radicibus & in coronae figuram formatum, si trunco arboris circumdetur, & fructum arbor producit & perficit, eumq; non abijcit, vt ex Sotione Constantinus Caesar eee refert.

II. GRAMEN LOLIACEVM LATIFOLIVM, SPICA ANGVSTIORE: ex radice alba, arundinacea, fibrosa, culmi aliquot cubitales exsurgunt, folijs paucis, latiusculis, oblongis cincti: quorum summo spica angusta, vncias quatuor vel quinque longa, Phoenici vel Hordeo murino similis, infidet.

Locvs. Basileae circa Cliben, vbi & longioribus & breuioribus folijs varians reperitur.

III. GRAMEN LOLIACEVM ANGVSTIORE FOLIO ET SPICA, seu PHOENIX DIOSCORIDIS, quod sic descripsit fff: Phoenix folia habet Hordeo similia, sed breuiora & angustiora: spicam fert Lolio similem: calamos digitorum senum, radici aduolutos: & spicas septem aut octo. Nostrum priori qui-

III. GRAMEN LOLIACEVM  
ANGVSTIORE FOLIO ET SPICA SEV  
PHOENIX DIOSCORIDIS.



dem simile, singulis tamen minoribus: est radicibus fibrosis exilibus, culmis ex vna radice saepe septenis & octonis, palmaribus, rarius cubitalibus, quod ratione loci euenit, geniculatis, recuruis: folijs Hordei, sed breuioribus angustioribus: spicis Lolio similibus, aliquando puniceo fuscoue colore rubentibus, sed ad palmulae maturae colorem accedentibus, minoribus tamen, tenuioribus, breuibusque ac rarioribus, albo flore comantibus: singulis racemulis ex aliquot glumis compositis & alterno situ dispositis, foliolum breue adponitur.

Locvs. In aruis, secus vias graminosas, in coemeterijs, domorum areis, aedificiorum ggg tegulis recens illitis, & macerijs, apud Germanos, Anglos, Gallos & Italos vbique obuium: nonnunquam aridioribus E etiam pratis.

NOMEN. Dicitur Φοίνιξ hhh, οὐ δὲ ῥοῦν, οὐ δὲ ἀγχίνωπι vocant: alijs Φοίνιξ πῶα· Φοινικέπλερον ἢ ὀσάλη iii. Phoenix, a phoeniceo puniceoue seminis colore. Latinis recentioribus, Lolium rubrum & Lolium murinum, Hordeum sterile. Meminit Plinius kkk Phoeniceae herbae Graecis appellatae, quae Hordeum murinum (quod lll hordeaceo

ccc lib. 22. cap. vlt. circa fin. ddd ex Lobeli obseruat. eee lib. 10. agricult. cap. 87. fff lib. 4. cap. 43. ggg Dioscorides & Oribafius. hhh Diosc. Oribaf. 12. Coll. Aeginet. lib. 7. iii vide in nothis apud Diosc. kkk lib. 22. c. 25. Eadem Ruellius lib. 2. c. 16. & lib. 3. cap. 26. vbi descriptionem Dioscoridis, & vires ex Plinio refert. lll Marcell. Virgil. lib. 4. cap. 41.



folio sit, & feminibus eius inter tegulas mu-  
res vescantur) dicatur, quæ trita è vino po-  
ta præclare menses cieat: quæ sanè facultas  
contraria Phœnici Dioscoridis: quare aut  
pro ciere legendum erit cohibere: aut diuer-  
sa à Phœnice Dioscoridis statuenda, licet  
hanc Plinium intellexisse *mmm* multi ve-  
lint. Lolij quârtum genus, Trago: Phœnix  
Marcello, Ruellio, Matthiolo, Anguillara,   
Dodonæo (cui & Lolium murinum) Tur-  
nero, Gorrhæo, Cordo *nnn*, Lacunæ (cui  
& Hordeum murinum) Lobelio, Castori,   
Cæsalpino, & Lugdun. Phœnix herba Gef-  
nero *ooo*, Amato, cui & Auena sterilis:  
Phœnicea herba, hordei vitium & sterile  
hordeum, Cornaro. Hordeum murinum  
Lobelio *ppp* & Tabernæmont. Lolium ru-  
brum, Gerardo: Graminis Loliacei quar-  
tum genus Tragi, Thelio. Germanis,  
Tauborn / Meusgerst / Müstern / Wilder-  
dünnel: Saxonibus Jürsthabel: id est, Auena  
tectorum: non autem Bunsenbalmer / seu  
Waldrohr: vt quidam *qqq* censent. Belgis,   
*Muysekörn*. Anglis, *Vvaldbârly*, *Vvayebennet*,  
*Red Darnell*. Gallis, *Iuraye sauvage*. Italis,  
*Gioglio saluatico*, *Fenice*. Hispanis, *Alcacor  
del muro*, *Auca del muro*. Polonis, *Mysz  
reczumen*.

QUALITAS ET VIRES. Refrigerat, siccatur,  
astringit, quare omnes *rrr* fluidas affectio-  
nes sistit: in vino *sss* austero (seu rubro de-  
coctum) potum, alui profluuium & ex vte-  
ro manantem sanguinem, sistit: vrinarum  
largiorem fluxum (quibusdam & feminis)   
cohibet. Puluis cum ouo duro sumptus, aut  
in cibo, omnes alui fluores cohibet. Sunt,  
qui adalligatum in punico vellere & su-  
spensum, sanguinem suppressere prodant.

IV. GRAMEN LOLIACEVM MINVS SPICA  
SIMPLICI: ex radice capillacea, cauliculi plu-  
res, rotundi, duri, duarum vnciarum &  
etiam semipalmares, folijs paucis, angustis,  
& breuibus cincti, exsurgunt: quibus spica  
duarum vnciarum angusta Lolio similis,  
insidet.

LOCVS. In agris Monspeliensibus fre-  
quens est.

V. GRAMEN LOLIACEVM MINVS SVPI-  
NVM SPICA MVLTIPlici: hoc cauliculis est  
multis, maiori ex parte reclinatis, vnciarum  
quatuor: folijs paucis & spica multiplici,  
cuius vtriculis semen paruum oblongiuscu-  
lum includitur.

A LOCVS. Apud Monspelienses reperitur.

VI. GRAMEN LOLIACEVM SVPINVM:  
hoc pusillum est, humile, humiq; sparsum,  
radice fusca, cirrosa: culmis quamplurimis,  
duarum triumue vnciarum, torulis spicatis,  
effuse fastigiatis & exilibus apiculis prædi-  
tis: foliolis latiusculis, & vncialis longitu-  
dinis: tota herba per fœnisecium albet.

LOCVS. Propè Croneburgum arcem re-  
giam Selandiæ Danorum, solo fabuloso ad  
latus maritimum, ponè rusticos lares, quem-  
admodum Lobelius *ttt* notauit, qui plan-  
tam transmisit.

NOMEN. Gramen phalaroides, exile su-  
pernum, humi sparsum Danicum, Lobelio.

VII. GRAMEN LOLIACEA PA-  
NICVLA RAMOSA MARITIMVM.



VII. GRAMEN MARITIMVM PANICVLA  
LOLIACEA RAMOSA: ex radice capillari, ob-  
longa, albicante, cauliculi plures rotundi,  
recurui, altitudine imparis, palmo inferio-  
res, geniculati, ad radicem nonnunquam  
spadicei coloris: folijs paucis, angustis, ob-  
longis cincti, exsurgunt: panicula est lolia-  
cea, ramosa, trium quatuorue vnciarum.

LOCVS. In littore maris propè Perault,  
non longè Monspelio legimus.

\* \* \* \* \*



DE GRAMINE SPICA TRITICEA  
ET SECALINA.

A IV. GRAMEN TRITICI SPI-  
CA MUTICÆ SIMILI ANGVSTI-  
FOLIVM.

C A P V T XXV.

I. GRAMEN TRITICEA SPICA  
COMPACTA LATIFOLIIVM.



B



C

I. GRAMEN LATIFOLIIVM SPICA TRITICEA  
COMPACTA: culmo est sesquicubitali,  
vno alteroue geniculo distincto: folijs fru-  
mentaceis, pedalis: spica triticea palmari,  
lata, glumis aristis carente.

Locvs. Basileæ ad agrorum margines:  
Norimbergæ verò, spica occurrit angustio-  
re, magis sparsa, & vtriculis aristatis.

II. GRAMEN LATIFOLIIVM SPICA TRITI-  
CEA DIVVLSA: hoc à priore spica potissi-  
mum differt, quæ in spicas distinctas & an-  
gustas diuulsa est, hæ sibi inuicem in culmo  
alternatim subsequuntur, earumq; vtriculi  
breuissimis aristis armantur.

Locvs. In Italia ad agrorum margines.

III. GRAMEN ANGVSTIFOLIIVM SPICA  
TRITICEA COMPACTA: hoc folijs est angu-  
stioribus, sesquipalmaribus, rigidis, acumi-  
natis & albicantibus: culmo læui, rotundo,  
striato, sesquicubitali: spicis palmaribus cõ-  
pactis: vtriculis rigidis & acuminatis.

Locvs. Basileæ, ad sæpes, locis aridiori-  
bus extra portam Blasianam.

IV. GRAMEN ANGVSTIFOLIIVM SPICA  
TRITICI MUTICÆ SIMILI: radicibus, oblon-  
gis, geniculatis, nodosis, candidis, serpit: cul-  
mis est sesquicubitalibus, rotundis: folijs  
iuncea, oblongis, duris, in acumen fastigia-  
tis: spica oblonga triticea, glumis paucis,  
oblongis, aristis carentibus.

Locvs. Arenosis circa Basileam, vt ad  
Cliben, prouenit.

NOMEN. Gramen arundinaceum spica  
triticea, in Phytopinace nominauimus:  
Gramen frumentarium, segetalæue triti-  
ceum, siue triticea spica C. Bauhini, Lobe-  
lio a. Germanicè, Weisengras/ appellare  
lubet.

V. GRAMEN SPICA SECALINA: hoc ipsi  
fæcali similitum, calamo est tricubitali,  
E læui, geniculato & pallente: folijs paucis  
longiusculis: spica vncias quatuor longa,  
oblongis aristis armata.

Locvs. Basileæ, in agris frumenta-  
ceis frequenter re-  
peritur.

\* \* \* \* \*



DE GRAMINE SPICA BRIZÆ.

CAPVT XXVI.

I. GRAMEN BRIZÆ SPICA

MAIVS.



**I.** GRAMEN SPICA BRIZÆ MAIVS: radicibus & culmis est frumentaceis: folijs angustis: spicis palmaribus, multiplicibus, vtriculis aristis breuibus armatis: flosculis vt in Tritico luteolis: tota planta ad viri altitudinem assurgit.

Locvs. Basileæ, locis accliuibus ad Rheni ripam, & ad montis Crenzacensis ascensum, prouenit.

**II.** GRAMEN SPICA BRIZÆ MINVS: tota planta palma minor est, radice exili, fibrosa: foliolis ad radicem breuibus, mollibus, canescentibus: spica vnciali, quæ modò simplex, modò gemina & terna: vtriculis aritis armatis.

Locvs. In agris circa Monspelium occurrit.

**III.** GRAMEN SPICA GEMINA MILLEPEDÆ SIMILI: radice admodum tenui, æqualiter fibrosa, capillari, ex albo pallente, nititur: ex qua plures culmi supini, densè geniculati exeunt, folijs gramineis paruis, in summo binas spicas semper proferentes, ex vna parte, dorso per medium discurrente, utrin-

que pinnatas, ex alia verò quatuor angulis, per longum, & in medio, canaliculus, tribus aut quatuor foliaceis fructuum ordinibus emicantibus constructis, in quibus paruum fenum fuluum, angulosum, minus Anagalide, singulis continetur: spicæ verò è dorso parte millepedam siue scolopendram ferè emulari videntur.

Locvs. In quo hoc legerimus, non memoramus, campestris est, & siccam seruamus.

**B.** NOMEN. Gramen *δυσσεχυσόφρον* appellatur, quia binas semper in culmine spicas speciosas profert: hæc Doctissimus Fabius Columna *a* de hoc gramine ab alijs non descripto, nobis proposuit, simul quoque ipsam plantam exsiccata[m] transmisit.


DE GRAMINE HORDEACEO.

CAPVT XXVII.

**C.** GRAMEN HORDEACEVM à spica Hordeo simili vocamus, est enim tanquã Hordeum syluestre, eiusque quoad formam vitium, quod duplex est: maius & minus.

I. GRAMEN HORDEACEVM

MINVS ET VVLGARE.



**I.** MINVS, radice est capillata, parua, candida: folijs gramineis & quidem primis pal-

*a in prima parte sui libri de stirpibus minus cognitis.*



maribus, angustis, nonnunquam articula- A  
tis: culmis frequentibus sesquipalmaribus  
geniculatis: spicis longis Hordeo similibus,  
at tenuioribus, mollioribus, frequentibus  
aristis horridis, glumisq; inanibus.

Locvs. Nascitur passim iuxta vias, in pa-  
rietinis, ruderibus Germaniæ, Italiæ, Galliæ,  
Belgij & Angliæ: collibus aridioribus, ali-  
quando in aridis pratis.

NOMEN. Hoc Plinio a Holcus dicitur:  
aristis in cacumine tenuibus: culmo quale  
Hordeum restibili, & in saxis siccis nascitur. B  
Lolij tertium genus, Trago: Holcus Plinij,  
Anguillaræ: Hordeum murinum, Turne-  
ro & Cæsalpino: Hordeum spontaneum spu-  
rium, Aduersar. & Lobelio: Hordeum spu-  
rium, Tabernæmontano & Gerardo: Hor-  
deum aut Triticum murinum, Dodonæo:  
Graminis loliacei tertium genus minus, Tha-  
lio: Gramen Hordeaceum, Lugdunensi:  
Aegilops tertia Tabernemont. b Germanis,  
Gerstentwalg. Belgis, Myse coren: Bastaert  
Gherste. Anglis, Vvalbarly, Vvay Bennet. Gal- C  
lis, Soucrion. Italis, Orzo murario.

QUALITAS ET VIRES. Nullius vsus esse  
plerique dicunt, at Plinio circa caput alliga-  
tum, vel circa lacertum, è corpore aristas eli-  
cit, ob id Aristidam quidam vocant: ad Ae-  
gilopem commendat Pena, eiusq; cineres,  
ad œdemata podagrica, & crura hydrope  
tumentia. Mulieres ex stipulis & spicis fla-  
uioribus, lixiuum parant, ad crines flauos  
efficiendos, conijciuntur etiam spicæ in  
manipulos, ad asseres, tanquam scopis, ver- D  
rendos.

II. GRAMEN HORDEACEVM MONTANVM  
sive MAIVS: hoc culmo est bicubitali: spica  
longiore quam in præcedenti, cum quo in  
reliquis conuenit.

Locvs. In monte Vvasserfall reperi-  
mus.

NOMEN. Gramen loliaceum tertium  
maius, Thalia.


III. GRAMEN HORDEO DISTICHO SIMI- E  
LE: non possum non, inquit Clusius c, me-  
minisse & alterius pumilæ plantæ gramina-  
cæ, Hordeum distichum adeo perfecte æ-  
mulantis, vt legitimum Hordeum quispiam  
asserere possit: quod vidit in sportulis  
à Guilielmo Boelio ex Hispania  
relatis.

\* \* \* \* \*

## DE GRAMINE PANICEO.

### CAPVT XXVIII.

#### I. GRAMEN PANICEVM, SIVE PANICVM SYLVESTRE SPICA DI- VISA.



I. GRAMEN PANICEVM, SIVE PANICVM SYL-  
VESTRE SPICA DIVISA: hoc cum præce-  
dente cerealium seminum vitium est, & a-  
rundinacæ naturæ: à radice, multas fibras  
spargente, culmi complures exsurgunt cu-  
bitales, geniculati, quorum quidam erecti,  
nonnulli in latus & terram versus reclinati:  
circa quos folia longa, aspera & arundina-  
cæ: spica est asperiuscula, ex pluribus pani-  
culis (rariis singulari) alterno situ, summo  
cauli hærentibus, Panici paniculis breuiori-  
bus & tenuioribus composita, quæ quando-  
que herbacei, alias in rubedine nigricantis  
coloris: singulis vtriculis mollibus & sub-  
rotundis, singula semina, Panico minora,  
duriuscula, flauescencia, splendentia, vna  
parté conuexa, altera verò plana, Augusto  
matura, insunt.

Locvs. Ad agrorum & vinearum mar-  
ginès frequens: in hortis item & viridarijs  
nullo fatu, apud Germanos, Belgas, Gallos  
& Italos, gignitur.



**NOMEN.** Dicitur  $\epsilon\lambda\upsilon\mu\theta\alpha\gamma\epsilon\theta$  : Panicum sylvestre, Matthiolo, Aduersarijs, Castori, Camerario, Tabernæmont. (cui & Panicula sylvestris,) Gerardo: Panicum herbariorum sylvestre, Lobelio: Panicastrellæ species, Cæsalpino: Gramen mannæ alterum, Dodonæo: Milium sylvestre & supinum, & Ischæmon Plinij, Clusio. In historia Lugdunensi habetur, primum, sub Gramine mannæ secundo Dodonæi: dein, sub Panicum sylvestri Matthioli. Vtrum Milium sylvestre, quod Ischæmon Plinij facit, Anguillara? Germanis, *Wildersench / Wildpanickorn / wild Himmelsthan*. Belgis, *Vvildpanikoren*. Anglis, *Vvildpanick*. Italis, *Panico saluatico, ouero Panicastrella*.

**QUALITAS ET VIRES.** Exsiccatur, refrigerat, astringit. In ciborum vsum non venit, semine tamen delectantur auiculæ, columbæ, gallinæ, quibus paniculæ offeruntur: eoq; nomine propius, ad Panicum, quam ad gramen Mannæ, accedit.

## II. GRAMEN PANICEVM, SIVE PANICVM SYLVESTRE ARISTIS ARMATVM.




II. GRAMEN PANICEVM, SIVE PANICVM SYLVESTRE, ARISTIS ARMATVM: modo descripto satis correspondet, cuius culmis geniculatis, panicula in plures spicas diuisa, & aristis aspera, insidet.

**LOCVS.** In agris Germaniæ & Italiæ obseruauimus.

**NOMEN.** Panici effigie gramen aristis circumuallatū Lobelio: Gramen paniceum secundum Tabernæmont. Gramen paniceum, Gerardo. Germanis, *Fenchgras*. Belgis, *Ghebaerdtpanick korengras*. Anglis, *Beardedgrasse*.

## III. GRAMEN PANICEVM, SIVE PANICVM SYLVESTRE SIMPLICI SPICA.



III. GRAMEN PANICEVM, SIVE PANICVM SYLVESTRE SIMPLICI SPICA: radice est breui, fibrosa, albicante: culmis multis cubitalibus, aliquando palmaribus, geniculatis & plerunquē in terram reclinatis: folijs oblongis, angustis, ex geniculorum nodis exeuntibus: in culmorum summis, spicæ aliquando gramineis vaginis ex parte inclusæ, longæ, aliquando breues & rotundæ, villosæ, caudæ vulpinæ figura, subluteæ, asperæ, lanugine vestibis prætereuntium adherentes: semen Panico exilius est.


**LOCVS.** In hortorum areis, locis incultis, nascitur: sic etiam inter Milium & Panicum.

**NOMEN.** Miliariam herbam Plinij, censuit Tragus, de qua sic Plinius a: Miliaria appellatur herba, quæ necat Milium, quæ trita & cornu cum vino infusa, podagras iumentorum dicitur sanare. Lugdunensi ve-



rò, herba alba Plinij *b* creditur, quam Panico similem, occupare arua, & pecori mortiferam, refert: cui sententiæ potius subscriberem. Dicitur *ελυμάχρωσις*: Lolij sextum genus, Trago: Panici effigie gramen simplici spica, Lobelio *c*: Panicum sylvestre aliud Dalechampij, Lugdunensi: Panica-strella, Cæsalpino: Gramen paniceum primum, Tabernæmont. sub Gramine Cype-roide spicato, figura apud Gerardum habetur. Germanis, *Fenchgras*. Belgis, *Panickorengras*, *met enkelen arens*. Anglis, *Panickgrasse*. B

#### IV. GRAMEN PANICEVM SPICA ASPERA.



C

V. GRAMEN PANICEVM SPICIS NIGRIS: hoc culmis est tenuioribus, geniculatis: folijs minoribus: spicis Ischæmo vulgari similibus, nigris: semine glumis exuto, albo.

Locvs. Secus vias prouenit.

NOMEN. Panici effigie gramen tertium, Lobelio *d*: Gramen paniceum tertium, Tabernæmontano. Gramen paniceum paruum, Gerardo. Belgis, *Panickgras*. Anglis, *Smal Panickegrasse*.

~~~~~

#### DE GRAMINE MILIACEO.

##### C A P V T XXIX.

I. GRAMEN SYLVATICVM PANICVLA MILIACEA SPARSA: radice est satis crassa, rufescente, multis fibris longis capillata: ex qua calami plures rotundi, læues, striati, geniculati, bicubitales, cum folijs viridibus, oblongis, striatis, exsurgunt: paniculam habet Miliaceam pedalem, rariorem, glumis exiguis donatam.

Locvs. In syluis, non procul Norimberga, ad montem S. Mauritij, frequens est, Camerario *a* monente.

NOMEN. Gramen miliaceum, Lobelio *b*, Camerario, Tabernæmont. (cui & Gramen cenchrodes,) Gerardo: Gramen pratense



E

IV. GRAMEN PANICEVM SPICA ASPERA, vel PANICVM SYLVESTRE ASPERVUM: prædicto admodum simile, verum grandius, cuius prima folia Milij herbam referunt, quæ nervo elato diuisa & tactu aspera sunt: in culmis geniculatis, spicæ multò prioribus longiores, raræ, asperæ, virides, per maturitatem nigrae, suis aristis pertinacissimè transcuntium vestibibus adherentes, ita vt vix auelli queant.


Locvs. Ex agris Germaniæ & Monspe-liensium habemus: illud erectum & cubitale, hoc palmo minus est.

NOMEN. Lolij septimum genus, & Phalaris sylvestris Dioscoridis, Trago: Gramen geniculatum, Tabernæmont. & Gerardo. Germanicè, *Klebgras*, dici poterit.

*b* lib. 18. cap. 17. *c* in Iconibus. *d* in Iconibus. *a* in horso. *b* in Iconibus.



I. GRAMEN SYLVATICVM A I. GRAMEN SORGHII PANICVLA MILIACEA SPARSA. PANICVLA ERRECTVM.



quartum, Dodonæo sine descriptione. Germanis, *Hirsgras*. Belgis, *Hirs gras ende Seet gras*. Anglis, *Millet grasse*.

II. GRAMEN MONTANVM PANICVLA MILIACEA SPARSA: ex radice fibrosa, rufescente, folia pauca, angusta, vncias quatuor vel quinque longa, vna cum culmo tenuissimo, cubitali, vno alteroue folio vestito, exsurgunt: in cuius summo panicula sparsa, ex minutissimis locustis composita.

Locvs. In monte Crenzacensi prouenit.

III. GRAMEN ARVNDINACEVM PANICVLA MILIACEA: ex radicibus fibrosis albis, vnus & alter culmus cubitalis exsurgit, quem parte inferiore, folia arundinacea vnciarum trium, cingunt: ad partem superiorem duobus nodis distinctum, folia duo angustiora, longioraque vestiunt: in cuius summo panicula trium vnciarum, Milij paniculae similis.

Locvs. In agris Patauinis reperitur, & à Gramine miliaceo à Lobelio proposito, plane diuersum est.



ex radice parua, fibrosa, culmus exsurgit cubitalis, geniculatus, folijs paucis, acutissimis, vestitus: paniculam habet Sorghi effigie, ex vtriculis pluribus, aliquibus in aristam finiētibus, compositam, quibus semen album splendensq; includitur.

Locvs. In agris siccioribus & incultis reperitur.

NOMEN. Gramen Sorghi effigie, Lobelio a: Gramen Sorghinum, Tabernæmontano & Gerardo: Gramen pratense quintum Dodonæo, nulla descriptione addita. Germanis, *Sorggras*. Belgis, *Pipgras, ende Sorch saetgras*. Anglis, *Darnellgrasse*.


II. GRAMEN ARVNDINACEVM SORGHII PANICVLA SPARSA: hoc culmis est cauis, magna ex parte inclinatis, ita vt capillaribus radicibus terre affigantur, qui per folia (que longiora & angustiora, quam in priore,) veluti per tubum transeunt, & in summo paniculam, ferè palmarem, sparsam, paruis vtriculis donatam, sustinent.

Locvs. Natalis memoria excidit.

DE GRAMINE SORGHINO.

CAPVT XXX.

I. GRAMEN SORGHII PANICVLA ERRECTVM:






## DE ÆGILOPE SEV FESTUCA

ET BROMO HERBA.

## CAPVT XXXI.

## I. FESTUCA GRAMINEA GLVMIS HIRSVTIS.



**I. FESTUCA GRAMINEA GLVMIS HIRSVTIS:**  
 ex radice fibrosa capillari, culmos aliquot bicubitales, geniculatos, striatos, Tritico Hordeoque tenuiores emittit: circa quos D folia oblonga, Triticeis latiora: spicas habet ex culmorum verticibus pendulas, crassas, Hordeo similes, veluti per squamas modo longiores, modo rotundiores, dispositas, arte coniunctas, aristis munitas, quas pediculi oblongi, hirsuti, asperi, sustinent: utriculis subhirsutis, paruis, semen oblongum, longitudine grani secalini, sed angustius, tenuius, leuius & acerosum includitur.

**Locvs.** Inter Secale (cuius vitium est, & per imbres frequentes, anni hyemisque E constitutione clemente, ac veluti tepida & alia huius generis succrescut,) potissimum, rarissimè cum alijs frugibus, in agris, apud Germanos & Belgas, prouenit: rarius in parietinis, murorum supercilijs, tegulis, tectisque gramineis, vbi glumis vacuis reperitur. Varietas in spicis manifesta notatur: aliquando enim crassæ, quasi in fasciculum comprehensæ, vt Tragus & Lonicerus sua

A figura exprimeretatarunt, & Phoenix altera Thalia dicitur: aliquando in oblongo scapo effusa iuba: sic etiam illud glumis aliquando glabris, aliquando hirsutis, & quoque vacuis, quod tum ratione ætatis, tum ratione loci, euenire censemus.

**NOMEN.** Sunt qui Bromon a Dioscoridis faciant: Tragus Aegilopem veram Galeni, verumque Lolium ac ζίζανιον Germanicum & αἰσπῶν Dioscoridis, credidit. Hoc nomine Lolij à Trago & Lonicero pingitur: B at, sub secundo Lolio, à Trago describitur: Aegilops, Dodonæo b & Gesnero c: Festuca altera Dodonæo: Festuca graminea, Thalia: Bromos, Lacunæ: Bromos altera, Gerardo: Bromos sterilis altera, Lobelio & histor. Lugdunensi, cui & Gramen murorum Dalechampij: Syphonium, & Bromos herba, Tabernæmont. Germanis, Dort/Lulch, Belgis, Dranich. Anglis, Smal vvilde otes. Gallis circa Lugdunum Rue, in agro Segufianorum Gurguet, & Montisbelgardensibus, Dugro.

**QUALITAS.** Facultas huius nobis adhuc incognita est.

**II. FESTUCA GRAMINEA GLVMIS VACVIS:** radice est fibrosa: culmis pedalibus, geniculatis, ad radicem lanugine pubescentibus: folijs paucis, breuibus, angustis: spicas habet oblongas ex tenuissimis & oblongis filamentis dependentes, quarum glumi oblongi, aristis armati, partim virides, partimq; Spadicei sunt, & vacui existunt.

**Locvs.** Hoc apud nos, in tectis & muris, crescit.

**NOMEN.** Gramen tremulum Monspe-liensibus dicitur, eò quod à quouis vento agitati facile tremant glumi, cum longis filamentis adpenli sint.

**VARIETAS.** Aliquando, glumis paucioribus & aristis longioribus, iisque recuruis, in agris reperitur, & Festuca graminea aristis recuruis, nominari posset.

**III. FESTUCA GRAMINEA EFFVSA IUBA:** hæc altius exurgit, caule viridi & rotundo, qui in iubam pedalis longitudinis effunditur: cuius glumi angustiores & longiores, breuibus aristis cincti, ex pediculis capillaceis, oblongis, dependent, qui per maturitatem albicant.

**Locvs.** Inter segetes reperitur.

**IV. FESTUCA GRAMINEA NEMORALIS LATIFOLIA MOLLIS:** hæc calamis vt plurimum cubitalibus, sæpè bicubitalibus, hor-

a Lobel. Lugdunenss. b edis. Gallica. c lib. de horis.



dei culmis tenuioribus, geniculatis, constat: A folia huic, inter omnes species, latiora, secundum longitudinem interstriata, & molli lanugine vestita, attactu vt Altheæ folia mollia: iubam in oblonga spica profert, coloris antequam flores exferat, subrubentis, deinde ex flauo pallidioris, vtriculos, breuioribus pediculis appensos, habentem: quibus semina parua, oblonga, splendentia & quasi Milij cuiusdam seminum rudimentum exprimentia, continentur.

Locvs. In montibus graminosis Harcy-Bnia, Thalius notauit & descripsit, cui & hæc & nona debentur.

NOMEN. Festuca nemoralis quarta, Thalius.

V. FESTUCA IUNCEO FOLIO: ex radice parua, fibrosa, alba, folia pauca, iuncea, semicubitum longa, & culmus rotundus, cubitalis, exsurgit, qui in paniculam auenaceam, sed angustiore, albam, angustam, desinit: quæ ex oblongo folliculo (a folio constituto,) paniculam longè superante prodit: cuius glumi rari, aristis longissimis & argenteis, donantur.


Locvs. In Valesia, ad vrbs Sedunensis paludem, copiosè prouenit, vnde Doctör Burserus nobis attulit.

NOMEN. Festuca nemoralis quinta & angustifolia, ipsius Thalius, esse videtur, vel saltem proximè accedit.

VI. FESTUCA IUNCEO FOLIO SPICA GEMINA: hæc culmo est sesquicubitali, rotundo, geniculato & ramoso: cuius summitati D spicæ, vix vnciam longæ, molles, rufescentes, aristis oblongis armatæ, Ischæmo graminis villosi similes, insident: semper duæ simul, vni oblongo tenui pediculo, adherentes, iunguntur: folia habet iuncea, longa, inordinate disposita.

Locvs. Natalis memoria excidit.

VII. FESTUCA AVENACEA STERILIS ELATIOR, seu BROMOS DIOSCORIDIS: Auenæ & Festuæ similis est, siquidem tota natura E habituque syluestris quædam Avena, nec genere, vix figura, nec nomine, sed cultura vsuque differens. Ex radice copiosa & tenui, culmi, multiplices, bicubitales, geniculatique, exsurgunt, & folia Auenæ similia, oblonga, angusta, Triticeis molliora sunt: iuba seu spica, per maturitatem rara, dependentibus in cacumine paruulis veluti locustis, longis aristis donatis: semen penè



euanidum, in glumis ferè vacuis: quare steriles Auenas dixit Virgilius a.

Locvs. Aestate inter Hordeum (cuius vitium multi b censent) & Zeam frequens: item, secus vias, agrorum margines, nonnunquam in stramineis domorum tectis reperitur. Matthiolus refert, se sæpenumero in Anania valle audiuisse agricolas cõqueri, quòd Hordeum degenerasset in Squalam: sic enim ipsos Aegilopem hanc secundam vocasse.

NOMEN. Hæc βρῶμⓄ Dioscoridi c dicitur, quam Aegilopi similem facit, nulla alia nota addita: quamuis Anguillara, caput hoc simpliciter supposititium, scribat: & Cornarus d, caput hoc, in quibusdam Græcis codicibus, supposititium haberi: quoniam de Bromo inter frumentacea iam ante libro secundo egerit. Marcellus quoque Virgilius e ante ipsum, testatur, in antiquioribus, & melioribus codicibus Græcis, non legi: addit: si diligentius huius capitis phrasis expendatur, ab ingenio & vsu vocum Dioscoridis, longissimè abesse, videri: quin etiam Aeginetam, omnè ex hoc autore materiam medicam percurrentem, vnam tantum Bromon, & eam frugem enumerasse: quare caput hoc adulterinum suspicatur. At Her-



molaus Barbarus *f*, eandem plantam utrobique tractari, putat: sed in libro secundo de grano tantum Auenæ, in libro vero quarto, de herbe ipsius viribus, agi: Pœtas Bormum, interdum Bormacem, dicere. Ego verò, cum Saraceno *g*, eorum sententiæ subscribo, qui libro secundo de Avena sativa, & esculenta, neque postremum inter cerealia locum obtinente, mentionem fieri, existimant: hic verò, de eadem, sponte nascente & sterili, quæ inter segetum vitia numerari solet. Neque deesse monet idem, qui illam *B* *βρόμον*, hanc vero rectius *βρώμων* dici putent: quanquam utrobique apud Dioscoridem *βρόμη* legatur: nescire tamen, an utroque loco rectius *βρόμη* legi possit. Alijs *βρώμη πρία*, id est, Bromos herba, ut ab Avena discernatur, quæ quoque *βρώμη* dicitur: Festucago Gazæ. Lolij primum genus Trago, qui, cum hæc Phœnicem Dioscoridis, confundit: Aegilops prima Matthiolo *b*: nulla tamen alia nota addita (& Tabernæmont.) altera Eidem *i*: Aegilops vera Gesnero *k*: Aegilops, secundum Auenæ genus, & Avena sterilis, Eidem *l*: Bromos herba, Dodonæo, Lugdun. Bromos & Bromos sterilis, Lobelio & Gerardo: Avena sterilis, Aduersarijs & Thelio, qui etiam Festucæ speciem dicit: Festuca, Avena Græca, Lonicero. Germanis, *Wauhhabern* / *Neuhabern* / cuculi vel murium auena, *Taubhaber* / *Twalch*. Belgis, *Ydelbauer*. Anglis, *Dranick*, *Vvilde otes*, *Hauergrasse*. Gallis, *Auëron* vel *Auëron*. Italis, *Auena saluatica*, *Vena vana*, Ananienibus, *Squala*. Hispanis, *Auena mate-suba*.

QUALITAS. Bromos Dioscoridi *m* exsiccatorem vim habet, decoquitur cum sua radice, in aqua, ad tertias, & iuri colato, mellis tantundem, adijcitur: rursus decoquitur, ad liquidum mellis spissitudinem: eo humore lintum imbutum, naribus inditum, ad eorum Ozænas & foetida ulcera, facit: aliqui tritam Aloën addunt, & eo modo utuntur: facit &, cum rosis siccis in vino decocta (colata,) ad oris graueolentiam. Aduersus infantum vermes, tanquam singulare auxiliū, radicis in vino albo decoctum, diebus aliquot continuis potum, Tragus commendat. At quomodo in vino decoctum, potu fluores alui inhibere, vrinam mouere, vterum & vesicam expurgare possit, ut Lonicerus voluit, non assequimur.

A IIX. FESTUCA AVENACEA STERILIS HUMILIOR: priore humilior, culmis geniculatis, striatis, molli lanugine incanis: folijs breuibus, angustis, lanuginosis: iuba minore, molliore, minusue sparsa: sic & aristis non multis, nec asperis armata.

LOCVS. Inter segetes & locis aridis, iuxta semitas reperitur.

NOMEN. Lolij quintum genus est Trago, cui & Bromos herba: Bromos herba graminei generis, Thelio.

B IX. FESTUCA GRAMINEA ARVENSIS MINOR: hæc cauliculis est tenuibus striatis: folijs breuioribus: in cauliculorum summo utriculi quidam parui, membranacei & paleacei, palmi longitudine, racematim dependent, ex tenuissimis, & vix visu perceptilibus pediculis, quorum exteriores membranulæ rubent, quibus dehiscentibus flos candidulus emicat.

LOCVS. Passim in agris Hærcyniæ Saxo-Thuringicæ prouenit.

NOMEN. Festuca sexta, Thelio.

X. FESTUCA PRATENSIS LANUGINOSA: ex radice, capillacea, rufescente, folia multa, angusta, pedalia, vna cum culmis tenuibus, bipedalibus, foliaceis, molli & pauca lanugine (culmis potissimum) aspersis, exsurgunt: spica est oblonga, angusta, ex glumis oblongis aristis donatis, composita, & quasi in paniculam paruum, expansa.

LOCVS. Basileæ, passim in pratis.

D XI. FESTUCA DUMETORVM: radice est fibris capillaceis nigricantibus, ex qua culmi plures geniculis distincti, paucissimis pilis aspersis, duorum triumue cubitorum, folijs oblongis, angustis cincti, exsurgunt: in quorum summo spica oblonga, locustis raris, oblongis, cauli proximis & aristis armatis, constans.

LOCVS. Basileæ, circa Birsam in dumetis, Iulio mense reperitur: verum etiam in vepribus, locis siccioribus, prouenit.

E XII. FESTUCA DUMETORVM ANGVSTISSIMIS ET PILOSIS FOLIIS: radix est albicās, ex durioribus fibris composita: ex qua calami aliquot tenues, vno alteroue geniculo distincti & penè nudi, exsurgunt: folia sunt breuia, angustissima, laui, molliq; lanugine hirsuta: culmorum summitati panicula, ex spicis plurimis composita, quarum quælibet capillaceo pediculo insidet, multis glumis aristatis & candicantibus, constans.

*f* lib. 2. coroll. 217. & lib. 4. coroll. 757.

*g* in Diasc.

*h* in suis commentariis.

*i* in epitome sue iconib.

*k* lib. de hortis Germaniæ.

*l* in

Catalogo. *m* lib. 4. cap. 140.



Locvs. Basileæ, in dumetis circa Clyben, reperitur.

### XIII. FESTUCA DVMETORVM

VTRICVLIS LANVGINE FLAVESCENTIBVS: ÆGILOPS DIOSCORIDIS.



### XIII. FESTUCA VTRICVLIS LANVGINE

FLAVESCENTIBVS: ÆGILOPS DIOSCORIDIS *h*:

herbula est folia Tritico similia habens, sed molliora: in summo capite semina habet bina ternæue rubra, quibus aristæ quasi capillaceæ exeunt. Plinio *i*: Aegilopas sanat herba eodem nomine, quæ in Hordeo nascitur Tritici folio. Sed cum Bromo confundere videtur Theophrastum secutus, apud quem Aegilops multis locis, nulla alia quam Avena est; & quæ ab eo illic traduntur, frugi competere videntur: & Plinius *k*, non nisi post annum è semine suo nasci scribit. Nostra, ex radice fibrosa, culmum tenuem, nodis distinctum, bicubitalem emittit, qui folijs paucis triticeis vestitur: spicam siue iubam habet Avenæ similem, vtriculis fusci coloris, tenuissimis & oblongis pediculis infidentibus, quibus lanugo tenuis, serica & flaua adponitur, qui in tenues & capillaceas aristas abeunt: grana oblonga sunt, acuta, hirsuta, subrubra, folliculis inclusa, tenuissimam, longissimam & articulatam aristam habentia.

Locvs. In Gallia, vt Monspeffuli, Belgio & Anglia, inter Hordeum & Secale frequens occurrit, (& vt Theophrastus *l*, agens de pestibus & iniurijs frugum, ait, quæcunque singulis seminibus connascuntur, veluti Lolium & Aegilops, in triticea & hordeacea segete:) potissimum in Hordeo, cuius segetis vitium est, quasi Hordeum in illam degeneret, atq; Triticum in Lolium, vt Galenus monuit, multa vligine, vbi hyemis constitutio humida fuerit, aut ager fimo columbino, vt pleriq; aiunt, stercoreatus.

NOMEN. Hanc, etsi aliqui *m* inter Aegilopem & Bromum herbam mediam faciant, Aegilopa censemus Dioscoridis, (in nothis etiam *σιόταρελα* & *σιφών* & *βρομ* dicitur) Galeni, Oribasij, Aeginetæ, Theophrasti *n*, (vbi Gaza perperâ Auenam vertit) *αιγιλωψ* dicitur, quasi dicas caprinum oculum, nomen enim obtinuit ab eiusdè nominis morbo, curatu perdifficili, capris ferè proprio, vlcusculo putà sinuoso in maiori oculi angulo, cui medelam pollicetur. Arabibus *Dausir*, *Dauser*, *Dasser*, *Dalesit*, *Desana*. Plinio *o* Festuca, quæ vocatur Aegilops, quæ Hordeum complexu necat: Festucâ vocat, fortè à similitudine aristæ, quæ ex medio erumpit & similis est festucæ in oculo impactæ. At quod Plinius *o* scribit complexu suo Hordeum necare: hoc minimè verum, sed quod, vt Theophrastus *p* disertè ait, simul cum eo prouenit & quia *q* pabulum tollit, id ei incommodi causatur, quemadmodum supra capite de Lolio ostendimus. Aegilops, Festucago Gazæ, & Avena Græca Plinij, Hermolao. Aegilops Bromoides Belgarum, Lobelio: Festuca prior, Dodonæo: Aegilops sexta siue festuca Bromoides altera, Tabernæmont. Aegilops Dodonæi, Lugdunensi: Avenæ tertium genus syluestre, Cæsalpino: Avena syluestris, seu nigra, Thelio. Germanis, *Habertwalch*. Belgis, *Ghebaerde euene*, quasi dicas auenam barbulla donatam. Anglis, *Poure* & *otes*. Italis, *Egilopo*.

QUALITAS ET VIRES. Aegilopis ne viribus polleat, nobis incompertum. Aegilops Galeno *r* discutiendi (per halitum *s* digerendi) vim obtinet, id quod gustus, cum leuiter acris sit, declarat: imò etiam ex eo liquet, quòd & phlegmonas *t* induratas & ægilopas (& *t* alopecias) sanat, si cum farina illinatur: & Dioscoridi *u* herba cum fa-

*h* lib. 4. cap. 139. Oribas. 11. Collect. *i* lib. 25. c. 13. *k* lib. 21. c. 17. *l* 5. caus. *m* Lob. Lugd. *n* 8. hist. 11. *o* lib. 18. cap. 17. *p* 8. hist. 8. *q* 5. caus. 22. *r* 6. simpl. *s* Oribas. 15. Collect. *t* Aeginetæ lib. 7. Oribas. 2. ricens. simpl. 1. Aecius sect. 1. ser. 1. *u* lib. 4. cap. 139. Plin. lib. 25. cap. 13.



rina imposita sanat ægilopas, duritiasq; discutit, (quod Dioscorides ipsi herbæ, id Plinius femini tribuit.) Sic & fuccus farine admixtus siccatus, eorundem gratia reponebatur, Dioscoride monente. Exprimitur x è caule folijsque prægnantibus, dempta spica, & cum trimestri farina digeritur in pastillos. Archigenes, apud Galenum, y succum herbæ cum melle ad ægilopa illinit. Hic advertendum aliquos, inter quos est Cornarus z, velle, Aegilopa herbam esse, quæ Avena Latine dicatur, sed eam, quæ sua sponte B proveniat, & quæ ex Hordeo in eam degenerante fiat, (inde Virgilium, steriles Auenas dixisse,) quæ inter frumentum sua sponte proveniat, utpote eius vitium, & alias etiam enasci, & Auenam sylvestrem, & erraticam, & barbatam, & nigram, & fatuam, à nostris appellari.

#### XIV. FESTUCA, SIVE ÆGI-

LOPS ALTERA CAPITVLIS

DVRIS.



XIV. FESTUCA, SIVE ÆGILOPS ALTERA, CAPITVLIS DVRIS: radice est fibrosa, alba, pusilla: culmos tenues, breues, communiter pedales promit: folijs paucis, Tritici & Hordei æmulis, sed mollioribus minoribusque per latera pilosis: in culmorum fastigio spicæ parvæ ex duobus aut tribus capitibus, duris, vtriculisque striatis, compositæ: qui-

bus semina Hordeo similia, sed paulò minor, at latiora, eaque terna, glumo tenuiori, includuntur: ab vtriculis (non autem a feminibus) tenues, oblongæ, & acutæ aristæ candidæ eminent.

Locvs. In Gallia Narbonensis & Galloprouinciæ & Italia agris, inter segetes triticeas & hordeaceas, estuosis & glareosis marginibus, frequenter obseruauimus. In Germania agris neutiquam, quibusdam tamen hortis satam notauimus, & quidem culmis cubitum superantibus: folijs latioribus, longioribus, triuncialibus: spicis & aristis, ex quinis, senisue capitibus compositis, quod culturæ tribuimus. In Sicilia, aliud genus candidum, aliud nigrum, & aristis magis subrectis, Cæsalpino monente.

NOMEN. Hanc si Dioscoridis Aegilopa (ut aliquibus b placet) dicamus, incertum fuerit, quid sit apud eundem Bromos Aegilopi similis, nihil enim habet Avena simile cum hac, si spicam perpendas. Dicitur Aegilops, Anguillara, Aduersarijs: Aegilops secunda, Matthiolo, & hist. Lugdun. in qua & altera figura habetur, cui titulus Aegilops Lobelij & Penæ. Aegilops siue Festuca, Matthiolo c & Dodonæo: Festuca siue Aegilops Narbonensis, Lobelio, qui an festuca Hordeum sit apud Plinium, dubitat: Aegilops peregrina, Tabernæmont. Festuca Italica, Gerardo: Frumentum sylvestre Castori d: Triticum sylvestre in Sicilia, Cæsalpino. Germanis, Fremdwach. Anglis, D Hauergrasse. Italis, Egilopa, orza, siue grano saluatico.

QUALITAS ET VIRES. Hanc exsiccare adstringendo, citra magnum calorem & Aegilopi morbo potius cepto, quam iam longius progresso, profuisse, non semel expertum, Pena monet. Semina quin & potui cereali indita, temulentos homines facere, idem testatur.

XV. FESTUCA LONGISSIMIS ARISTIS: E ex radice pluribus tenuibus cirris prædita, multa parua, angusta & oblonga folia, prodeunt: inter quæ, tres quatuorue culmi, tenues, cubitales: quibus spicæ auenacæ insident, Glumis vacuis, spadiceæ coloris, aristis longissimis armatæ, quæ ex folliculo foliaceo prodeunt, in vnum latus reclinantur.

Locvs. Semel tantum in Germania obseruauimus. In semetibus arenosis inter

x Plin. lib. 25. cap. 13.

y s. de comp. secundum loca. c. 2.

z lib. 4. embl. 121.

a ut Aduers. & Lugd. notant.


b Pena & Dodonæo.

c in Compendio.

d in Appendice.



XV. FESTVCA LONGISSIMIS A I. GRAMEN AVENACEVM  
ARISTIS. MONTANVM SPICATVM.



B



C

Vvormatiam & Franckenthalium Tabernæmontanus notauit.

NOMEN. Aegilops Bromoides Tabernemont. & Gerardo. Germanis, *Nadelwatzch*. Anglis, *Bearded otes*. Monspelio etiam Graminis Xerâpelini nomine accepimus, apud quos in agris prouenit: folijs paucis breuibus: culmo spadiceo, spica etiam spadicea, ex oblongis glumis aristatis compacta.

pedalis, firmus, rotundus, læuis, nudus & enodis, prodit: qui in summo fastigio, multos flosculos ordine ab vna caulis parte dispositos, herbaceo colore præditos, & in capitula conglobatos, profert.

Locvs. In pratis montosis, Austriæ & Hærcyniæ, reperitur.

D NOMEN. Gramen montanum spicatum; Clusio *a*: Gramen syluaticum secundum; Tabernemont. Gramen marinum spicatum alterum, Gerardo. Germanis, *Waldgras*. Anglis, *Salt marsch spike grasse*.

DE GRAMINE AVENACEO,  
TAM LANUGINOSO, QUAM NON  
LANUGINOSO.

CAPVT XXXII.

GRAMEN AVENACEVM aliud est lanuginosum, aliud lanugine caret: de utroque agemus.

I. GRAMEN MONTANVM AVENACEVM SPICATVM: ex radice digitali, bifida, interdum trifida, multis tenuibus fibris supernè donata, capita multa prodeunt: quorum singula folia sex, aliquando decem & plura, oblonga, crassa & nonnihil carinata, infima se de sese in vicem complectentia, gustu amariusculo & calidiusculo proferunt: ex quorum medio, cauliculus palmaris, aliquando

II. GRAMEN MONTANVM AVENACEVM LOCUSTIS RVBRIS: radice est tenui, repente, alba, fibris capillaribus vtrimque donata: culmo simplici, aliquando triplici, læui, penè cubitali, circa radicem purpurascens, velut in spicam tenuem, rarius ramosam desinente, cuius glumæ vt plurimum, ab vna parte sitæ sunt, foris ex nigro purpurascens, intus verò albæ: in quarum medio vtriculus paruus, candidus, pedicello donatus, semen minutum continet: folijs donatur paucis, angustis, acuminatis, striatis, circa radicem breuibus, at circa culmum, quem duo triæ cingunt, longioribus, spicam communiter superantibus.



## II. GRAMEN AVENACEVM

LOCVSTIS RVBRIS MONTANVM.



Locvs. Circa Basileam in mōtosis & vmbrosis, vt Muteto, Richensteinio & Crenzachio, Iulio & Augusto florens reperitur.

VARIETAS. Hōc altius exurgens folijs, cauleque subasperis, in dumetis nostris humidis ad Birsam & Vviesam flumina, occurrit: in montosis verò caule læui est.

III. GRAMEN AVENACEVM LOCVSTIS RARIORIBVS: radice est, Graminis canini modo, per summum cespitem serpente, vilis longioribus annexis: folijs paucis, oblongis, angustis: culmo gracili, nitido, sesquipedali & bipedali, supernè glumis Auenaceis breuioribus & rarioribus donato, alias priori similibus.

Locvs. In syluis, non procul Croneburg castro regio Selandiæ Danorum, vuido solo, Lobelius notauit.

NOMEN. Gramen auenaceum, rariore grano, nemorense Danicum, Lobelio *b*.

IV. GRAMEN AVENACEVM CAPILLACEVM MINORIBVS GLVMIS: ex radice longiuscula, capillacea, culmi exiles, geniculati, lucidi & nitidi, pedales & sesquipedales, ex fusco xerampelini, exsurgunt: quibus paniculæ longiusculæ auenaceæ, glumis minoribus donatæ insident: circa quos folia angustissima, breuia paucaque sunt.

Locvs. In syluigeris Daniae collibus &

A montibus Lobelius collegit. In nostris quoque montosis, sed culmis cubitalibus & paniculis ramosis obseruauimus.

NOMEN. Gramen nemorale auenaceum alterum, ex fusco xerampelinum & lucidum Danicum, Lobelio *b*.

## V. GRAMEN AVENACEVM

MONTANVM LANUGINOSVM.



V. GRAMEN AVENACEVM MONTANVM LANUGINOSVM: radice est ex multis fibris duris, rufescentibus, composita, singulis annis antè serpente: vnde culmi, cubitales, tenues, læues, geniculati, exsurgunt: quos folia oblonga, angustà, palmaria & acuminata cingunt: in culmorum fastigio spica oblonga & nutans, ex glumis breuissimo filamento insidentibus composita, quæ exterius candicant, nec lanuginosæ, at interiores vtriculi lanuginosi sunt, grana nudè auenæ similia continentes.

Locvs. Monspeßuli sponte prouenit: idem, in rupibus circa Vvaldenbürgum arcem Basileensium, obseruauimus. Clusius, secundum vias in montanis vmbrosisque syluis, Pannoniæ, Austriæ & Bohemiæ, nasci scribit, & semen Iulio mense maturum obseruauit.

NOMEN. Gramen montanum auenæ semine, Clusio *c*: Gramen auenaceum, Ta-

*b* Aduersar. part. altera.

*c* in historia rarior.



bernæmont. sub Hordeo disticho apud Ge- A  
rardum pingitur. Germanis, Habergras.

NOMEN. Gramen glumofum Dalecham-  
pij d esse fufpicamur.

VI. GRAMEN AVENACEVM  
LANUGINOSVM GLVMIS RARIO-  
RIBVS.

VIII. GRAMEN GLVMIS VA-  
RIIS.



B



C

VI. GRAMEN AVENACEVM LANUGINO-  
SVM GLVMIS RARIORIBVS: EX RADICE FIBROSA,  
FOLIA IUNCEA OBLONGA, CULMIQUE IUNCEI PLU-  
RES, CUBITUM SUPERANTES, PAUCIS FOLIJS IJSQUE  
BREUIBUS, CULMUM CIRCA GENICULUM VESTIEN-  
TIBUS, EXFURGUNT: IN QUORUM SUMMO GLUME  
RARIORES, ALBÆ, LANUGINOSÆ, VTRICULUM CON-  
TINENTES, CUI SEMEN NIGRUM, SPLENDENSQUE  
INCLUSUM EST.

Locvs. In asperis circa Monspelim  
quoq; provenit, & cum Clusiano confundi  
non debet.

VII. GRAMEN AVENACEVM LANUGINO-  
SVM RAMOSVM: RADICEM HABET FIBROSAM, VN-  
DE CAULIS VNUS VEL ALTER, CUBITALIS, GENICULIS  
MULTIS DISTINCTUS, PRODIT: FOLIJS EST, MULTO  
QUAM IN PRIORIBUS, LATIORIBUS: SPICA PALMA-  
RI, ALBA, NONNUNQUAM FLAUESCENTE, RAMOSA;  
GLUMIS AVENACEIS COMPACTIS & LANUGINOSIS:  
CUIUS VTRICULIS SEMEN, PARVUM, OBLONGUM,  
VTRINQUE ACUMINATUM, SPLENDENS, PULCIS SEU  
FEMINIS Psillij colore & forma, sed minus,  
INCLUDITUR.

Locvs. Circa Monspelim; ad radicem  
montis Calcaris, legimus.

VIII. GRAMEN GLVMIS VARIIS: IN  
hanc Classẽ referre lubet, quod radice est  
crassa, incurva, membrana alba rugosa inte-  
rta, quæ in fibras tenues, robustas tamen, ab-  
sumitur: caules bini ternive exfurgunt, pe-  
dales, læves, fragiles, internodijs carentes,  
communiter nudi: quorum summo pani-  
cula spicæ similis, vncialis, ex glumis varij  
coloris, nonnunquam penitus albis, infidet:  
folia plura ad radicem palmaria, angusta, e-  
recta & saturate virentia.


Locvs. In montosis, circa Richenstein  
arcem Basileensium, & Môtbelgardum pro-  
uenit, vnde à Ioanne Bauhino, fratre piæ  
memorię, accepimus.

IX. GRAMINI AFFINIS PLANTA AD GUT-  
TURIS INFLAMMATIONES UTILIS. De hac  
Petrus de Osma & Xarayzeto, è Lima in Pe-  
ru, scribit ad Monardem e, in hæc verba:  
Planta quædam hic in planis nascitur GRA-  
MINIS modo, magnis facultatibus prædita.  
Siquidem eius decoctum gargarisatum,  
rheumatismis, gutturis phlegmonibus, a-  
lijsque vitijs auxilio est: manducata mul-  
tam pituitam educit, ideoque morbis supe-  
rioribus, & capitis doloribus utilis. Deno-



minationem à se sumfisse, porrò ait, quod sibi familiaris eius fuerit vsus, & alijs vt vterentur consuluerit: Eius autem facultates didicisse se, ab Indo quodam, in stirpium cognitione ad modum versato. Hactenus

A ille. Planta hæc quoniam Graminei generis, omnino in hanc classem erat referenda. Sed quoniam nullis notis eam descripsit, ignota adhuc eius facies est.



## SECTIO SECVNDA.

### IUNCVS, NARDVS, CYPERVVS, GALANGA, SPARGANIVM, VVA MARINA ET EQVISETVM.

#### DE IUNCO.

#### CAPVT PRIMVM.



RAMINVM historia absoluta ad Iuncorum explicationem accedimus, maxime propter Graminis Spartei cum ijs similitudinem.

IUNCVS Latine à iungendo dicitur, quoniam ad iuncturas utilis sit: sic Græcis χοίνιον à loris & funibus: Iunco etenim a Græcos ad funes vsos esse nomen ostendit, quo herbam eam appellant: hoc etiam vox funambulorum notat, qui χοινόβαται ab ijsdem dicuntur: vel, vt Isidorus, quòd iunctis radicibus hæreat. Quibusdam βρύλλον. Dicitur etiam communis & inodorus Iuncus, ad odorati differentiã, Σχοίνιον ἔλαιον, ἔλειον χοίνιον, Σχοίνιον ἔνυδρον & ἐνυδρόχοινιον, Iuncus palustris, Iuncus aquaticus. Arabibus, vt Serapioni, Dis: Alsharauio, Albardi: & apud Bellunensem, Albalef. Germanis, Binkhen Schmeten: Mediomatricibus Sympsen: Saxonibus Rit & Sempsen. Belgis, Biefen. Anglis, Risher. Gallis, Ionc. Italis, Giunco. Hispanis, Iunco. Bohemis, Syti. Vngaris, Zytthio. Afris, Cadna & Chudna.

GENERA duo ex veterum sententia facimus, Odoratum & Inodorum. Odoratum vnum, Inodori genera duo, Dioscoridi b & Oribasio c: Vnum eius qui χοίνιον λέϊα nominatur: alterum eius qui ὄξισχοίνιον dicitur & in mucronē fastigiatur: cuius etiam duo genera: vnum ἀκαρπον, sterile est: alterum semen fert nigrum, rotundum, & crassiore carnosioreque calamo constat: tertius est ὀλόχοινιον, prioribus carnosior asperiorque. Galeno d & Aetio e Iuncus læuis, alius est Oxyfchænos, acutus iuncus: alius Holo-

A fchænos (quædam exemplaria olygoschænos, minus recte, legunt) totus iunceus. Oxyfchæni duæ species, altera sterilis, altera verò fructum fert. Theophrasto f tria sunt genera: ὄξυς ἡ ἀκαρπια, acutus & sterilis, qui mas: καρπιον frugifer, quem μελάγκρανον (quidam μελαγκρανισμὸν legunt,) atriferum, quoniam semen nigrum ferat, nominat. Tertius magnitudine, crassitie, & carnositate insignis est, qui ὀλόχοινιον vocatur, quem Mariscum Gaza vertit: licet Plinius g, B Holoschænum à Marisco differentem faciat. Quod autem tanquam admirandum subiungit, scilicet Sterilem & Holoschænon ex eodem cespite oriri, absurdum quidem esset, si cum Acuto Holoschænos nasceretur, cum diuersæ species sint, at sterile & frugiferum nequaquam. Addit præterea, propagari radicibus ex capite Iunci emissis, per caput intelligens crassum corpus, vnde & Iunci & radices exeunt, vt in Capa non Iunci cacumen, vt Plinius accipit, (vt recte C Cæsalpinus monuit,) qui ait ex semetipso, cacumine in terram defixo repullulare. Plinius nihil de toto ad mare nascentium Iuncorum genere docuit, quod non ex Theophrasti plantarum historia translatum fuerit: nihil post Plinium cæteri etiam, cuius non sit illis autor idem scriptor. Plinius autem genera quinque esse scribit: Iuncum primum, quem Mariscum appellant, ad tendas tegetes: alterum marinum, à Græcis Oxyfchænum vocatum, & huius tria genera, (hæc ex Theophrasto) vocant: acutum, sterilem, quem marem, & Oxyn Græci vocent, dein foemininum ferentem semen ni-

a Plin. lib. 19. cap. 2.

b lib. 1. c. 16. lib. 4. cap. 52. c 12. Collectan. diuisionem, non autem subdivisonem.

d 3. simplic.

e tetrahl. 1. ferm. 1. Oribas. 13. Collect. priorem habet

f 4. hist. 13.

g lib. 21. cap. 18.







## DE IUNCO ODORATO SIVE

AROMATICO.

## CAPUT II.

**I**UNCUM alium esse odoratum, alium inorum diximus. De Odorato primum, quem inter aromata Dioscorides (& Cornelius a Celsus) ad facultatum similitudinem respiciendo, suamque methodum obseruando, retulit: quæ autem illa sit fusè in principio commentariorum Matthioli, quos trecentis figuris, nostrisque notis atque synonymijs plantarum illustratos, publici iuris fecimus, exposuimus.

## IUNCUS ROTVNDUS AROMATICUS.



Schweinfurth, Lib. 2. cap. 148. Lam. 1. 395.

**I**UNCUS ROTVNDUS AROMATICUS, qui exsiccat in fasciculis venditur, radicibus b nititur albicantibus, paruis, lentis, duris, lignosis, multis fibris exilibus summo cespite sparsis: folijs est palmam excedentibus, triticeis c, robustis, crassis, ad radicem latis, conuolutis, & squamatim intersitis, quæ in tenuem rotunditatem, mucronatam, firmamque desinunt, colore ad radicem albidior, vel subflauo, prope verticem viridi, aut purpurascente, quæ culmos, vt in Arundine, multis veluti tunicis arcè coniungunt. Cul-

**A**mi multi ex vno radicem cespitem pedales, rotundi, geniculati, aliquando lignosi, pleni, non caui, & in summo graciles assurgunt: quibus secundum caulem gemina serie, Loliij modo, flores spicatum hærent d, decidui, in quorum glumis aut caliculis, foris rubellis, papposi tenuesque flosculi, odore & sapore eodem cum folijs insident: his semina (è quibus sæpè apud Germanos planta excreuit,) succedunt. Tota planta suauem & aromaticum spirat odorem. In plures species, natalibus tantum diuersas, diuiditur: quidam enim in Nabathæa, quæ prouincia est Arabiæ Iudææ contermina, à Nabatho Ismaëlis nepote denominata: quidam in Arabia reliqua: quidam etiam in Lybia prouenit. Sic Auicenna e eius duo genera constituit, alterum Arabicum, qui odoratus est: alterum in Agiami, id est Damasco, ex Garziæ & Acostræ sententia, natum. Sed quid si Auicenna duo capita Dioscoridis commiscendo, per alterum Iuncum eum, qui Iuncus palustris seu vulgatus vocitatur, intelligat? siquidem Bellunensis Agiami vocem, reddiderit natum in loco humido & palustri: sed quod Iuncum odoratum, duarum esse specierum ex Dioscoridis autoritate subiicit, vnum qui fructum non habeat, alterum qui fructum habeat nigrum, fallitur, cum nusquam à Dioscoride sic distinguitur, nec ipsius Iunci odorati fructus mentio fiat.

**L**ocus. Nascitur f in Africa & Arabia, laudatissimus ex Nabathæa (cognomine Teuchites Plinio g) proximus Arabicus, quem aliqui Babylonium cognominant, alij Teuchitim (fortassis quod vasis afferebatur, πύξω enim vas significat:) pessimus ex Africa (ac sine odore, addit g Plinius,) adfertur. Eadem Plinius g habet licet quædam perperam notata, & in Syria Cœle cognominata, prouenire monens: Theophrastum h secutus, qui in Arabia & Syria, & trans Libanum motem valle minima, iuxta lacum, vbi & Calamus odoratus, crescere scripsit, tum in campestribus & pascuis, tum etiam vbi stagnantes aquæ siccantur, forma ab alijs nihil differentes, qui virides nequaquam, sed sicci, esse videntur: & locum ingredienti protinus odor aspirat, non tamen longius spirat. Et in Campania prouenire aliqui tradunt, Plinio k monente: vbi fortè Pseudoschoenantum intelligit, de quo supra.

a lib. 2. cap. 21. b nodosa Serapioni, villosa Matthiolo, capillacea Clusio. gracilior & minor Serapioni. c lib. 2. cap. 598. f Diosc. lib. 1. cap. 16.

e Caricis vel Zee Matthiolo. d fructus harundinis similis, sed g lib. 21. cap. 18. h 6. Caus. 27. i 9. hist. 7. k 12. c. 22.



In / Arabiæ prouincijs Mazcate & Calayate tanta copia nascitur, quanta in Hispania Gramen vulgare, quo animalia pascuntur. Sic ij qui in terræ sanctæ visendæ gratia in Orientem proficiscuntur, testantur negotiatores ex Syria Alexandriam ducere Camelorum greges, quos Carauanas vocant, merces impositas ferentes, cum autem in solitudines inter Syriam & Ægyptum ad Arabiam sitas perueniant, neque pabuli, neque aquæ copiam inuenire: attamen secus vias vbique aridas veluti stipulas, easque numerosas, densas & stipatas, ex vno radicem cespitem, admodum odoratas nasci, quas inter eundem, aut alias quiescendum camelis depascant: eo etiam pabulo camelos onerare, ne in sterilioribus locis iumenta deficient: quod verò superfit, Alexandria & Alkairi, vili admodum vendere. Apud incolas, licet in nullo sit pretio, cum gens sit rudis & syluestris, quam vt eo & se & sua iumenta lauent, attamen a nautis in Indiam defertur: hi enim aliquot fasciculos secum deuehentes, ibi in vsum medicum vendunt, cum eo Medici & Arabes & Persæ, qui in India degunt, vtantur, *Adcher* o vocantes. Sic & mercatores equarij maxima copia in fasciculos colligunt, & in naues assumunt, vt equis substernant, ne stercore & vrinæ foetore offendantur: nam simul atque maduerit in mare abijciunt & recentem substernunt. Lique ergo vnde adferatur: vtpote ex Arabia in Alexandriam & Indiam, inde in Lusitaniam, vnde in Italiam, Galliam, aliasque

regiones defertur.

NOMEN. Dioscorides & Galenus, simpliciter *χοϊνον* Iuncum, per excellentiam nominarunt: quare Græcorum lectores notare conuenit, vocem *χοϊνον* absolute apud Græcos positam, Iuncum rotundum odoratum notare, quemadmodum plerique ipsorum interpretes reddunt, secuti Celsum, qui a Iuncum rotundum *χοϊνον* Græcis vocari, qui inter aromata afferatur, scribit: & Scribonius p, Schœni odorati florem nominat in theriaca ad Aspidem. Posteriores Græci maluerunt à suauitate odore, *χοϊνον ἀρωμαλικόν*, Iuncum odoratum appellare, secuti forsitan Hippocratem, qui q *χοϊνον ἠδύσσομον ἢ ἑοσσομον*, ἢ *ῥῶδ'εα* vocat, hoc est, suauem Iuncum, vt Galenus r exponit: etsi eidem s *χοϊνον* simpliciter quoque dicatur. Quidam etiam

*χοϊνον μυρσικόν*, quod in vnguenta recipiatur, nominant. Plinio, Iuncus odoratus. Celso t, Iuncus rotundus, ad differentiam Iunci quadrati, Cyperi à Græcis appellati. Dioscoridis interpretes, Iuncum rotundum odoratum vertere: rotundum vocantes, quia tereti est forma: odoratum, quia inter aromata numeratur. Officinis squinantum, dictione composita ex *χοϊνον* & *αἰθῆρας*, id est, Iunci flore, Galenum, Actium, Aeginetam, Oribasium, forte secuti quidam de eo acturi sunt, titulum fecere u *χοϊνον αἰθῆρας*, quo nomine à multis tempore Galeni vocabatur, à præstantia roseaque fragrantia, Iuncorum præstantissimus. Vnde Actuarius *Σχοϊνον αἰθῆρας*: Varroni, Squinanthum. Auicennæ x *Adbar*, alij *Adbir* legunt, eius Scholiasti *Alsefeni* & *Atitir*. Serapio y *Adber*, alij *Adeber* appellant. Halliabbati, *Adbecharum*. Bellunensi, *Adalkir*. Syluatico, *Arquir* & *Adcarum*. Arabiæ incolis *Sachbar* (*Cachabar* habet Acoſta) vocatur. Nonnullis *Haxis Cachule*, id est, herba lotionibus idonea. Incis, herba Mazeatensis. Sunt qui Paleam de Mecha nuncupent, alij Pastum camelorum, licet non solum Cameli hoc gramen cum floribus depascantur, sed etiam asini, muli, equi, boues, capræ & oues, cum ibi nullum aliud pabulum quam hanc herbam norint: quare Persis *Alaf*, quod herbam significat, per excellentiam appellatur. Iuncus rotundus odoratus, Marcello, Amato, Cornario: Iuncus odoratus Hermolao, Ruellio z, Matthiolo, Turnero (cui & rotundus, & Gesnero a,) Lacunæ, Aduersarij, Lobelio, Clusio b, Cæsalpino, Castori, Lugdunensi: Schœnus & Iuncus odoratus teres ac rotundus, Cordo c, Schœnanthos Manardo d: Squinanthum, Anguillaræ: Schœnantum Mesugo e, Lonicero, & Cyperus rotundus, Tabernæmontano (& Iuncus aromaticus,) Camerario, cui & Iuncus floridus seu aromaticus: Schinanthum, Acoſtæ. Germanis, *Camelstroh* & *Camelheum* / *Candischheum* / *Squinanth*. Belgis, *Kamelsbaey*, *Candiotischboy*. Anglis, *Camelshay*. Gallis, *Pasture des Chameaux*, *Squinant*. Italis, *Paglia de Camelo*, *Giunco odorato*. Hispanis, *Paya de la Mequa* & *Paya de Camelios*. Lusitanis, *Palla de Camelo*. Bohemis, *Syti vvenne*. Polonis, *Squinant*.

QUALITAS. Calfacit f modicè, modicèq;

l Garzias lib. 1. arom. cap. 34. Acoſta cap. 24. m Cord. in Dioscor. n Garzias. o Acoſta. p de Compos. medicam. 167. q de morb. mulier. r in lexico Hippoc. s de natura muliebri. t lib. 3. cap. 21. u Gal. 8. simpl. 7. de comp. medicam. secund. loca 2. x l. 2. cap. 598. y de simpl. cap. 19. z lib. 1. cap. 33. a in Catalogo. b notis in Garziam. c in Dioscorid. Historia. d lib. 4. Epist. medicam. 3. e in Electuario Xyloaloe. f Gal. 9. simpl.



(moderatus Aetio *g* & Oribasio *h*, sed minus Aeginetæ) adstringit, nec planè à tenuitatis natura abest. Radix floribus magis *i* adstringit: quem verò florem vocant (flos autem Aeginetæ) calidior est, qui *k* tenuium partium est. Porrò in omnibus partibus, in alijs magis, in alijs minus adstrictio gustantibus apparet. Aperit, digerit, pellit, incidit, excoquit, at venarum spiracula laxat. Et sanè stipulæ seu festucæ nostræ, præter odorem iucundum, saporem feruidum, sub acrem cum amaritudine, præcipue circa summitates, tenuissimam valde aromaticum habent, Pulegio similem, multo tamen vehementiorem, atq; Pulegij aquam optima arte destillatam respicientem: odorem inter rosas & pulegium medium, habet Iunci huius partes omnes olim ad medicinam expetebantur, culmi videlicet, flores, comæ & radices: meminit Dioscorides floris, culmorum, radicisq;. Quare non solum folijs, vt hætenus multi, sed vniuersa planta vtendum putamus, siquidem omnes partes odoratæ & efficaces sunt, (folia etenim iucunda & aromatica quadam acrimonia linguam mordicant: radix gustu est feruido & aromatico: floribus, aromatica tenuitas inest, quæ exacto anno perit, ita vt quorum annorum, penitus inutiles sint:) secuti Galenum, qui calamos ac radices non minus acres, quam folia pronunciauit. Et licet olim omnes huius partes in vsu fuerint, flores tamen præferebantur, quos peculiariter *χοιρα αἰθρον*, vel composito nomine *χοιραῖθρον* appellabant, quo nomine hodie in officinis non flores, sed culmi cum radice, cum plerumque planta absque floribus adferatur, habentur, & corrupto nomine Squinanthum appellantur: sicque floris nomen, culmis & stipulis nunc tribuitur. Cæsalpini *m* est sententia, Iunci florem, qui cæteris partibus præfertur, non esse verè florem: Iuncos enim & Calamos non florere, sed statim aut floccos, aut lanuginosa quædam ferre, & per translationem tenuiores Iunci partes, florem vocari, quæ Iunci summitates sint, quas Cameli depascantur. Sic enim hodie vulgò Fœni florem vocari, & Pisis adhuc nomen Anthi apud rusticos seruari, tenuiorem fœni partem significantes: vt in alijs multis floris nomen vsurpari consuetum, vt farinae florem, & salis, & iuuentutem, ætatis florem dici, aliaque eiusmodi: sicq; con-

cludit: erit igitur Iuncus flore refertus, cum eius folia iunca ad perfectam magnitudinem adoleuerint: antequam caulescat, & floccos suos minus validos ferat: ob id rarò Iuncum cum fructu afferri, colligi enim antequam caulescat, cum foliorum cacumina floridum quendam colorem subrubentem, habuerint, vnde eius fragmenta in purpuram vergentia ac tenuia Dioscoridem laudare: quæ conditiones hodie in Iunci cacuminibus visantur. Prætereà cum dicat, esse in vsu florem, calamum & radicem, dereliquisse videri folia ipsa iunca, quibus calami nomen nequaquam conueniat, neque radicis: hæc igitur attestari Iunci florem huiusmodi folia significare. Hætenus Cæsalpinus. Sed quid de hac opinione sit statuendum, præcedentia partim, partim sequentia, diligentem lectorem docebunt. Quod flores Iunci huius odorati, alias vix ac ne vix quidem (nunc etiam apud aliquos Pharmacopæos inuenias, aliquando & totam plantam floribus ornatam,) in Europam fuerint aduecti, mirum non est, tum etiam olim in ipsam Græciam illati non fuerint, cum à Camelis Africanis, qui lubentissimè eo vescuntur, præcidantur, quod etiam Galeno cognitum fuit, vt qui *n* miratur eos, qui semper Iunci flores expetere consueuerint, cum floris copia non admodum suppeditetur: & Garzias scribit, se multos in Insula Diu (quæ oceani est Indici aduersus ostia fluminis Indi sita, quæ Petale Plinio dicitur,) Iunci fasciculos vili emisse, nullum tamen florem se vidisse. Sed quòd floris vsus desierit aliquandiu, partim Medicorum negligentia factum, vt qui eum aduehi non iusserint, partim eorum paucitate, cum facillè & dilabantur, & ab animalibus depascantur. Verùm & delectus habendus, & diligentia adhibenda, cum palearum quarundam & herbarum festucis adulterari possit: sic etiam ne vetustate vires amiserit (siquidem Galeno autore, Schoenòs facillè veterascit, quod ex odoris amissioneprehenditur,) diligenter expendendum, hæc enim multis persuaserunt, officinarum Squinanthum spurium esse, quos tamen & descriptio & vires refutant. Equidem annis decem conseruari posse Pandectarius *o* asserit, quod in suis & mediterraneis regionibus fieri potest, cum humiditate abundet, sed odoris fragrantiam paucis annis conser-

*g* Aetio *ser.* 1. *ser.* 1. *Aeginetæ* lib. 7. *h* 25. *Coll.* 2. *vires. simpl.* & 2. *synops.* 2. *i* Gal. & Dioscorid. *k* Oribas. 2. *synops.* 22. *l* *Palæ. Cord.* lib. 4. *cap.* 54. *m* lib. 4. *de plantis* cap. 69. *n* 1. *de Antidotis.* *o* *cap.* 12.



uat. Quare Dioscorides eligendum præcipit recentem, summè rufum, floribus refer-  
tum, tenuem, quiq̄e dum scinditur purpu-  
rascit, (rubentia fragmenta Plinio *p*.) qui  
manibus confricatus suauem Rosæ odorem  
*q* emittit, multoq̄e cum feruore linguam  
mordicat (vinosæ mordacitatis ad linguam,  
Plinio *o*.) Verum Dioscorides, in medica-  
mentis odoratis, sæpè incertis comparationi-  
bus utitur: nam Iuncus hic tritus, gratum  
quidem odorem spirat, sed non instar Ro-  
sæ *r* (nisi fortasse in recenti *s* tantum obser-  
uetur:) sed manducatus Rosæ, præsertim sa-  
charo conditæ odorem æmulatur Clusio *t*  
auctore: cui ex semine, ex Italia misso, ali-  
quot plantæ prodire, folijs tenuioribus,  
quàm sint Graminis, quæ absque flore pri-  
mis frigoribus periere, ita vt annua planta  
ipsi videatur. Eligat ergò Pharmacopæus,  
Iuncum odoratum integrum, longum, plu-  
res culmos ex vna radice proferentem, non  
candicantem, sed rubentem, intus purpu-  
rascentem, superius in tenuiori coma in ru-  
fo purpureoq̄e colore cineraceum, sapore  
feruidissimum, tenuissimumque & odore  
vehementissimum.

VIREs. Ex Dioscoride, Galeno, cæteris-  
quæ Græcis subiiciamus, de quibus tamen  
paulo aliter Plinius scripsit. Vrinam *u* mo-  
uet (vesicæ medetur Plinio *y*) menses pellit,  
(& ab obturatione liberat Aeginetæ,) in fo-  
mentis & potu (& Cataplasmatibus Aeginetæ,  
Actio) adhibitum: prodest & iecoris & sto-  
machi & ventris inflationibus. Flos *x* eius  
in potu utilis, sanguinè (& bilem Plinius *y*)  
reijcientibus: quare medicinis *x* quæ hæ-  
moptoicis exhibentur, commiscetur: dolo-  
ribus stomachi, pulmonis, iocinoris, & re-  
num inflationes discutit, ob id *y* stomacho  
utilis, singultus *y* sedat, ructus mouet. Ra-  
dix *x* astringentior, miscetur Antidotis.  
Nunc ad particularia remedia, quæ ex Iun-  
co hoc parantur, & quidem intrinseca pri-  
mum, dein extrinseca. In fastidijs *u* sto-  
machi, drachma vna cum pari pondere pi-  
peris, per dies aliquot in vino calido exhi-  
betur. Sic squinanthi puluerisati drachma  
vna, si cum vino calido propinetur, singul-  
tum à frigore causatum sedat: ventriculum  
roborat: inflationes ventris discutit: hepatis  
obstructiones tollit, idem roborat, & a pu-  
tredine conseruat: urinam suppressam mo-

uet: idem drachmæ vnius, vel vnius & se-  
mis pondere manè & vesperi sumptum, do-  
lores post partum tollit, cuius vires adau-  
get, si in eius decocto ad horæ vnius spacium  
infessio fiat. Contra dolores renum & ve-  
sicæ drachmæ tres exhibeantur. In aqua *z*  
decoctum hydropicis pro potu utile. Ex  
Gallinaceo iure *a* potus fit utilis foeminis,  
quæ vteri doloribus in puerperijs laborant.  
Alij *b* cum mulsâ in ventriculi affectibus &  
lubrica aluo exhibent. Paratur etiam *c* Vi-  
num Squinanthinum hoc pacto. Recipe  
Squinanthi concisi vncias duas, Vini vnciæ  
quadraginta octo affundantur, stent horis  
duabus in Balneo Mariæ: refrigerata colē-  
tur: huius vnciæ tres quotidie manè exhi-  
beantur: contra ventris dolorem, lienis du-  
ritiem, hepatis obstructionem, ischuriam:  
hoc & hydropicorum vrinas, mensesque  
promouet. Aliud: Recipe Squinanthi con-  
cisi & crassiuscule contusi vncias sedecim, in-  
dantur vasi Mens. sedecim capaci, additis se-  
gmentis Fraxini, mustum infundatur & si-  
mil vt cætera vina bulliat: Huius potus in  
Luis venereæ curatione, in colica, doloribus  
hepatis, renum, vesicæ, lumborum utilis est:  
menses mouet, & hydropicorum vrinas du-  
cit: ventriculum roborat, quare ad nausæa,  
vomitum, & maxime in lienis duritie ac ven-  
tris inflatione commendatur. Hinc & Squi-  
nanthi decoctum, ad modum decoctionis  
Chinæ paratum, & triginta vel quadraginta  
diebus exhibitum, purgantibus tamen con-  
uenientibus præmissis, in Luis venereæ cû-  
ratione, & interiorum corroboracione *d* com-  
mendatur. Potione etiam, ad prædictos do-  
lores plerofq̄e, loco vini vti licet, aut huius  
tertia pars vino misceri potest, quæ Recipit  
Squinanthi concisi vnciam semis, indatur  
vasi, cui aquæ fontanæ purissimæ mensura  
vna semis, vel duæ affundantur, obturetur:  
bulliant horis quatuor in Balneo Mariæ,  
stent per noctem, dein colentur ad vsum.  
Suam etiam confectiõnem ex Iunco odora-  
to Oribasius *e* habet. Aqua etiam stillatitia  
hoc pacto parabitur, vt & ex alijs siccis her-  
bis: Rec. Squinanthi electi, concisi & con-  
tusi vncias sedecim, superfunde aquæ fonta-  
næ mensuras quatuor aut quinque, stent  
tribus diebus & noctibus in Balneo: extra-  
hantur per cineres aut vesicam mensuræ  
duæ, residuum abijciatur: dein accipiantur

*p* lib. 21. cap. 18. *q* Ruellius lib. 1. cap. 18. *r* Garzia, Christ. Acoffa. Jo. Costæo. *s* Calamus & Iuncus odoratus viridia nullam perspi-  
rant odorem. Ruellio lib. 1. cap. 18. *t* in Garziam. *u* Diosc. Galenus & simpl. Aesculap. Aeginetæ, Oribasius 2. virt. simpl. 1. *x* Dioscorides.  
*y* Plinius lib. 21. cap. 18. *z* Celsus cap. de Hydrope. *a* Maschiolus. *b* Lonicerus. *c* Tabernamont. *d* Tabernamont.  
*e* s. Collect. cap. 33.



Squinanthi concisi & contusi vnciae sex, superinfundantur Mens. duae iam extractae, bene obturato vase stent in Balneo, per horas viginti quatuor, tandem extrahatur per cineres Mensura vna & semis. Vfus contra dolorem hepatis, renum, vesicae, caeterosque recitatos affectus, si mane & vesperi vnciae duae sumantur: vel vino aliisque medicamentis misceatur. Ad oris foetorem tollendum, vtile est vinum in quo concisum Squinanthum decoctum sit, si eo frequenter os colluatur: quod & pulvis in dentifricio praestabit. Sic Gargarisma ex Schoenanthi decocto, vulvae tumorem tollit. Eiusdem decocti fumus, si conuenienti instrumento in vterum recipiatur, secundinam promouebit: quod etiam praestabit, eiusdem pulveris carbonibus iniecti fumus. Decoctum vulvae inflammationibus infensione conuenientissimum est: quare Plinius g ad muliebres vsus decoqui scripsit. Si lixiuio, in quo Squinanthum concisum bullierit, caput abluatur, id & expurgabit & corroborabit. Opisthotonicis cum resina arida imponitur. Ventriculo, ad eius corroboracionem & iuuandam coctionem, sacculi, ex iunci huius floribus, vna cum alijs, imponuntur: sic & fotubus & sacculis contra hepatis dolorem, induntur: Ad vnguenta etiam vtilis. Oleum quin & ad manuum scabiem ex eo paratur, & Plinius k, iuncinum oleum e iunco confici, quod rosaceo similitimum sit, scriptum reliquit.

Nunc, eorum rationes, qui nos vero Schoenantho carere dicunt, audiamus. Primo, inquit, radices Medico vsui conuenientes non habere, sed capillorum modo tenues esse: dein l paleas nullam gustantibus acrimoniam relinquere: tum officinarum Schoenanthum, Iuncum non proferre, sed calamos geniculatos Tritici vel Hordei modo. Verum siue tenues sint radices, siue crassae, nihil ad rem facit, modo ijs viribus praeditae sint, quae eis tribuuntur, quibus ideo destitutae non sunt, quod sint capillaceae, cum eas Dioscorides non descripserit: adde quod non arbitremur ea radicum capillamenta, radices esse, quibus veteres utebantur, cum inodorae penes sint & insipidae, sed crassiorem illum caudicem, cui culmi insident, quem saepius vident, qui Iuncum frequenter tractant. Alterum falsum est, id enim quod vetustate non contabuit, odore

& sapore est insigni, & linguam morfu vellicat, tam radix quam caulis medius. Tum quod calamos, non iuncos proferre inquit, & hoc Dioscorides voluit, vt qui aperte calamorum vsum esse dixit. Anguil-lara alijs rationibus vtitur: primum quod caulem Cyperi non habeat: dein quod radices Phu similes non sint, quod Dioscorides capite de Cypero & Phu requirit: tum, quod antiquis florum, caulis & radicum vsus fuerit, nostris vero folia tantum in vsu veniant: tandem, nec saporem, nec odorem in caule, nec etiam radice Squinanthi officinarum percipi. Respondetur: ex interpretum errore, errorem natum esse: nam Dioscorides m capite de Cypero, caulem inquit *ομοιον ροίνω* similem iunco: iam vero Schoenantho Dioscorides calamus tribuit, Cyperi autem caulis, calamus non est, nec rotundus, nec geniculatus calami instar, sed angulosus, vt ad huius discrimen Iuncus ille a veteribus, odoratus rotundus, cognominatus sit. Sic capite de Phu n, *πλάγια ἴ*, inquit, *ἐπιρρίζια ἔχει καθάπερ σχοίνου* o, habet ex obliquo capillamenta Iunci: eiusmodi esse modo nascentis Iunci radicem, ex Clusio, supra ostensum fuit. Quod vero folia tantum nostri Schoenanthi in medicum vsu veniant, incuria Medicorum haecenus factum, qui non curarunt, quid Pharmacopoei sumerent, nec attendentes ad id quod praescribere consueuere: cum reliquae partes omnes etiam odoratae & efficaces sint, nisi effoetae sint. Nec approbanda Monachorum o in Mesuem sententia, qui Galangam, Iunci odorati radicem esse contendunt: cum Galanga, auctore Garzia & Acosta, in China nascatur, quae bis mille fere leucis ab Arabia distat, & a Iunco odorato plurimum differat, cum folijs, tum radice: nec nisi fata Galanga prouenit, Iuncus vero sponte nascitur, nec apud ipsos feritur. Sic nec ijs credendum, qui Calami aromatici radicem, Schoenanthi radicem statuunt: nam cum huius Iunci calami non sint caui, vt in Arundine, sed solidi Iunci modo, hoc eos, qui hunc ipsum Calamum aromaticum esse prodidere, refellit.

\* \* \* \* \*

f Dioscorides. g lib. 21. cap. 18. h Lonicerus. i Theoph. 9. hist. 7. k lib. 15. cap. 7. l Monachi Enarrato res Antidotorij Mesuae. m lib. 1. cap. 4. n lib. 1. cap. 10. o distinct. 1. cap. 47.



DE IVNCO ACUTO. A Iuncus acuto cacumine, Gesnero *d*: Iuncus

DE IVNCO ACUTO.

CAPVT III.

I. IVNCVS ACVTVS CAPITV-  
LIS SORGI.



I. IVNCVS ACVTVS CAPITVLIS SORGI: hic radice nititur crassa, lignosa, fibris deorsum missis: calamis flavescentibus, etiam binos cubitos quandoque excedentibus, medulla farctis, rotundis, robustis, rufescentibus, qui in duos validissimos & acutissimè pungentes apices, altero paniculam superante, abeunt: inter quos petioli prodeunt, capitula subrotunda, splendentia, fusca, Sorgi aut Melicæ æmula, sustinentes: quibus semen minutissimum, oblongum & subfuscum includitur. Quamuis a Cæsalpinus scribat in hisce granis rotundis Melicæ similibus, non seminis medullam aliquam, sed puluisculum quendam contineri. Huius, cum in semine, tum in iunco differentia observatur.

Locvs. Hic circa thermas Aponitanas frequens: sic etiam non longè Monspelio ad pagum Perault.

NOMEN. Cum infesto sit acumine, mireque pungat, Iuncus pungens dici meretur, & Oxyschænos Dioscoridis *b* videtur. Iuncus acutus, Anguillaræ, Cordo *c*, Castori:

maritimus primus, Aduersarijs: Iuncus rotundus alter, Cæsalpino. Germanis dici poterit *scharffstechende Dingen*. Belgis, *Scherpebiesen*. Anglis, *Sharpe Rush, hard Rush*. Italis, *Ginco acuto*.

QUALITAS. Egregie desiccatur cum leui adstrictione. Iuncis his contusis pro Spartho ad funes conficiendos, cum robustissimi sint, vtuntur.

B II. IVNCVS ACVTVS MARITIMVS, CAPITVLIS ROTVNDIS.



II. IVNCVS ACVTVS MARITIMVS, CAPITVLIS ROTVNDIS: hic multo procerior est, radice crassa, lignosa & nodosa, fibris capillata, rufo cortice obducta: calamis, siue scirpis permultis, duos cubitos superantibus, ad exortum rufa tunica opertis, fungosa medulla farctis, in vertice mucrone pungente duplici, altero sæpè uncias quatuor capitula superante, altero breuiore deorsum reflexo: inter quos scapus disilit, pediculi prodeunt, foris læues ac teretes, intus veluti canaliculati, capitula parua, rotunda, aspera Sparganii forma, sustinentes: nonnunquam verò capitula plura, aspera, conglobata sine pediculo proximè caulem complectuntur, quibus Mense Iunio flos capillaceus & cādicans insidet, seu lanugo mollis niuea & tomentosa instar barbulæ propendet.



Locvs. Vterque eodem cespitevirescit, A stagnosis, maritimisque lacustribus, inter Latera & Perault agri Monspeliensis: gaudet etiam limoso solo aquis stagnantibus operto, quod æstate sicari solet.

NOMEN. Hic Iuncus est acuminatus, Amato: Iuncus acutus maritimus alter, Penç: Holoschoenus maior, Lugdunensi: Iuncus reflexus, Monspeliensibus.

Vsvs. Ex medulla & elychnia & alia à circulatoribus fiunt, vnde columbas commentitias volitantes, atque aëre sese libran- B tes conflatas Pena, vt in Aduersarijs annotauit, vidit.

### III. IUNCVS ACVTVS MARITIMVS CAULE TRIANGVLO.



III. IUNCVS ACVTVS MARITIMVS CAULE TRIANGVLO: radice est repente, fibrosa, à qua aliæ radiculae, prioribus exiccatis, nascuntur: hinc culmi quos ad radicem breuia folia cingunt, pedales, trianguli, exurgunt, E & in extremitatem pungentem desinunt, & paulo infra fastigium à latere floccus racemosus rufescens, ex granulis tribus lateribus donatis constans, exit.

Locvs. In litore Veneto & à Perault via, qua Monspelio ad mare itur, prouenit: & ad Danubium Linzij D. Burserus legit.

NOMEN. An Iuncus exiguus maritimus, qui ob breuitatem inutilis, Cæsalpino.

IV. IUNCVS ACVTVS PANICVLA SPARSA: radicibus cum alijs conuenit, ex qua Iunci siue styli plures bicubitales exsurgunt, medullam candidam, sed omninò exiguam, cum plurima parte inanes sint, continent, non tamen omnes styli è radicibus, vt aliorum, sed nonnulli ex aliorum sinibus oriuntur: ad quorum latera panicula sparsa rufescens conspicitur.

Locvs. In humidis gignitur.

NOMEN. Iuncus acutus, Dodonæo, Castori: Iuncus acutus vulgatus, Lobelio e: Iuncus oxyfchoenos Dodonæi, Lugdunensi histor.

Vsvs. Ad vincendum quoq; utilis est, præsertim resiccatus & aridus. Huc referri debet, Iuncus is cui Caricis nomen tribuitur.

CAREX, Iunci genus acuti ac durissimi. Simile Sparto, Seruio apud Virgilium: non autè Asparago, vt perperam, in quibusdam Lexicis scriptum reperitur.

Locvs. Vbique nascitur, Columella f C scribente, his verbis: Filix quoque aut Carex vbicunque nascitur: Augusto mense rectè extirpatur, melius tamen circa Idus Iulij ante caniculæ exortum. At Hadriano Iunio g, frequens maritimis locis, tumulisque arenarijs Oceano appositis, qui ex semet ipso cacumine in terram depacto nascitur, vt Plinius h fatetur. Sed Theophrastus i *ὅκ τῆς κεφαλῆς*, id est radicis bulbofo capite, radículas quotannis renasci tradit, & natas quotannis emori. Deceptus Plinius, *κεφαλῶν* D cacumen vertit, sibi imaginatus cacumen in terram defigi, & sic Iuncum, instar Rubi, propagari tradidit.

NOMEN. Carex Columellæ & Virgilio: Iuncus acutus *ὄξυς* Plinio dictus qui Carex Seruio, Iunio: At Cæsalpino, Carex *δόναξ* dicitur, cum tamen arundo sit *δόναξ*, nec sit folijs acutis & durissimis, vt Virgilius k requirit, inquires. Et Carice pastus acuta. Nec placet Lugdunensis botanographi sententia, qui pro Carice, Gramen, quod prius triangulum nominarat, sub Caricè proponit, addita figura Graminis quarti, quam ex Trago (cuius Caricem nominat) desumpsit: forte motus autoritate Hermolai l & Ruellij m, qui Carici folia ferè Arundinis tribuunt, & ex ea mollissimas cathedras texi scribunt, cum Sparto similia Seruius dixerit. Rectè ergo Anguillara, Carex Iunci species est, qui etiamnum à Patauinis, & Vicentinis, apud quos locis palustribus exit, Carex

nominatur.

e in Iconibus.

f lib. II. cap. 2.

g in suo Nomenclatore.

h lib. 21. cap. 18.

i 4. hist. 3.

k 3. Georg.

l lib. 4. Coroll. 805.

m lib. 3. cap. 154.



nominatur. Helmum Hollandos vocare *A Hellem*, Iunius scribit. Et locum, vbi copiose crescit, vbi lepores latere & stabulari solent, Carectum Virgilius *n* (tu post carecta latebras) & Columella *o*, nominarunt.

~~~~~

## DE IVNCO LÆVI.

### CAPVT IV.

**I.** IVNCVS SEV SCIRPVVS INDICVVS: Iuncus hic colore pallidus aut subluteus, trium, **B** quatuor, interdum plurium pedum longitudine, communi Asparago crassitudine similis, omni nodo aut geniculo carens. Substantia eius interior adeo porosa est, vt si quis huius viminis vnā extremitatem ori admoueat, ei que vel breuiter tantum insufflet, statim flatus ex altera extremitate erumpat. Sic, si quis extremitati vltiori saliuæ aut liquoris quippiam illinat, & mox vna extremitate insufflet, dicto citius ex altera parte bullæ, pulcherrimo & propemodum stu- **C** pendendo spectaculo, subsilient. Verum cuius stirpis pars, caulisne, an vimen, an iuncus, an arundo, an aliud quodpiam sarmentum sit, hæcenus ignoratur: quamuis, ob porosam illam huius viminis substantiam, suspicari quis posset, fortassis illud caulem, aut pediculum esse cuiusdam plantæ aquaticæ, & in lacustribus locis altissimas radices agētis, qualis in Batauiæ & vicinarum regionum paludibus Nymphæa est, cuius folia & flores interdum longissimis porosis pedicu- **D** lis innascuntur, & superficie aquarum in natantia, illo tamen caule seu pediculo, radicibus suis inherēt & inde alimentum trahunt. Sed an tale quid in hoc Indico vimine eueniat, suspicari, non autem affirmare, licet. Videtur autem hic Iuncus viminis vsū, in locis vbi crescit, habere, cum adeo tenax, lentus ac flexilis sit.

**Locvs.** Ex India Orientali, aut insulis illi adiacentibus, in Belgium adferri solet, quem Clusius sæpè vidit, sed non descripsit: **E** quia a nemine veram, aut accuratam historiam nancisci potuit. Hæc desumpsimus ex ijs quæ ad Clusij curas posteriores, sub nomine Iunci Indici porosi addita fuere. In historia Indiæ Orientalis *a*, legitur mulieres Guinenses vti subligaribus, siue supparis ex Iuncis contextis: eas etiam super tapetia ex Iunco texta & per terram strata dormire, & *b* pileos ex Iunco siue Scirpo viridi con-

texere. Sic apud Bantanos pilæ *c* læues, ex Scirpis contextæ & intortæ, sphaeræ rotunditatem formamque habentes, conficiuntur, quibus lusuri vtuntur, lusumque omnem, solis pedibus, eam impellendo, absque omni manuum auxilio conficiunt. An idem hic cum eo quem Iuncum Indicum vocauimus?

### II. IVNCVS MAXIMVS, SEV SCIRPVVS.



**II.** IVNCVS MAXIMVS, SEV SCIRPVVS: hic magnitudine & crassitie reliquos superat, & proceritate Typhæ æqualis: ex radice crassitudine ferè cubitali, geniculata, hinc inde per terram repente, cortice atro rubente intectæ, intus candida, Scirpi seu Iunci hominis altitudinem superantes, minimi digiti crassitie, virides (qui exsiccati albescent) rotundi, enodes, medulla candida, molli & fungosa farcti, attolluntur: quorum cacuminibus, scirpis reclusis, petioli intus canaliculati, foristeretes extruduntur, qui summo apice floccos, seu paniculas rufas, inæquales, squamatim compactas, metæ figura, infernè latiores, supernè acuminatiores, sustinent: semen Milij magnitudine, triangulum, altera parte compressum, altera dorso elato succedit. Hic ob fungosam & foraminulentam medullam, leuissimo vento facile hinc inde, inster Arundinis vulgaris, agitur.



Locvs. Locis aquas semper habentibus, A  
vt piscinis, stagnis, paludibus, & fossis gigni-  
tur: rarius solo arenoso profilit: quare vbi  
reperiatur Iuncus, scaturigines aquarum  
subesse, ibique aquilegia strui posse, Demo-  
critus autor est d.

NOMEN. Hunc Iuncum maximum, Ho-  
loschoenon Dioscoridis nonnulli faciunt,  
est, inquit e, & tertia species, multo car-  
nosior & crassior prioribus duabus, quam  
ὀλόχοινον vocant: habet vero & ipse semen in  
cacumine, simile ante dicto. Sed Saraceno B  
f τεραχύιερα asperior, non παχυτέρα crassior le-  
gitur: quæ lectio probatur, quia Theophra-  
stus, postquam de duobus Iunci acuti gene-  
ribus egit, addit: καὶ τεραχύιερα τῶ μεγέθει, καὶ τῇ παχύ-  
τητι, καὶ σαρκίᾳ διαφέρων, ὁ καλέμενον ὀλόχοινον,  
hoc est, tertius magnitudine, crassitie & car-  
nositate præstans, qui Holoschoenus voca-  
tur: & Galenus g παχυτέρα ἢ καυνώτερα ἢ ὀλο-  
χόχοινον: forte f ὀλόχοινον legendum. Sunt  
h qui βρύλλον Græcis dici volunt. Scirpum  
esse, censemus, cuius Plinius i meminit, dum  
dicit: nec in fruticum, nec in veprium, cau-  
liumue, neque in herbarum, aut alio vlllo,  
quam suo genere numerentur iure Scirpi  
fragiles palustresq; ad tegulum tegetesque:  
è quibus detracto cortice, candelæ lumini-  
bus & funeribus feruiunt. Firmior quibus-  
dam in locis eorum rigor. Namque ijs ve-  
lificant, non in Pado tantum nautici, verum  
& in mari piscator. Africus, præpostero  
more vela intra malos suspendens. Et ma-  
palia sua Mauri tegunt: proximoque æsti-  
D manti hoc videantur esse, quo inferiore Nili  
parte papyri sunt vsu. Rectè ergo Plautus:  
O scirpe scirpe, laudo fortunâs tuas, Qui  
semper seruas gloriam aritudinis. Hic, quod  
sine fronde & enodis sit, proverbio locum  
dedit, Nodum in Scirpo queris, quod in ho-  
mines plus æquo anxios torquetur, qui in  
rebus claris atque apertis scrupulum quæ-  
runt, quo Plautus k, & Terentius l, vsus  
est. Hunc etiam à Plinio m sub Iunco, quem  
Mariscum appellant, & ad texendas tegetes E  
vtantur, intellectum censemus: non imme-  
ritò quidam Mariscum, Scirpum & Holo-  
schoenum eundem esse Iuncum volunt, cum  
Scirpum Festus & Isidorus n ad texendas te-  
getes commendent. Mago apud Plinium  
m Mariscum, ad quod Holoschoenum, quo-  
uis alio Iunco aptiorem esse, ex eius proce-  
ritate colligit: sicq; idem vsus, eandem plan-

tam ostendit. Quod si quis censuerit A-  
rundinem piscatoriam esse, quæ Abaritana  
ex Africa dicitur Plinio o, forsan non aber-  
rarit. Dicitur Iuncus maior & palustris Tra-  
go, (qui Arundinis potius, quam Iunci ge-  
nus esse, censet) Tabernæmont. Iuncus pa-  
lustris idem cum Scirpo esse, Ruellio vide-  
tur: Iuncus grandis Holoschoenos, Ges-  
nero p & Dodonæo, eò quod ὀλόχοινον à  
Græcis nuncupato similis sit: Scirpus, &  
Iunci tertia species, Lacunæ. Iuncus gran-  
dis ὀλόχοινον Græcis, Latinis, Mariscus, Cor-  
do q: Iuncus aquaticus maximus, Aduersa-  
rijs, Lobelio r & Gerardo, sed figura sub  
Iunco læui posita est: Iuncus & Scirpus, Lo-  
nicero: Iuncus tertius holoschoenus, An-  
guillaræ & Castori: Iunci rotundi tertium  
genus, Cæsalpino: Iuncus læuis aquaticus  
maximus, Thallio: Holoschoenos Theo-  
phraستي, verus, Lugdunensi secundum de-  
scriptionem. Germanis, Groß weyer Bin-  
nen / Rossbinnen / Pferdsbinnen. Belgis, Groot  
C vwaterbiese Vyverbiesse. Anglis, Great vwater  
Rush, Bail Rush. Italis, Giunco aquatico mag-  
giore.

QUALITAS ET VSVS: Huius radix vel po-  
tius tenella germina, dulcia sunt & castanea-  
rum gustu: semen verò, subaustero sapore  
est. De cuius in medicina vsu nihil nobis  
constat, nisi medulla ad dilatanda fistula-  
rum ora vti velis. Verum pueri, natandi ar-  
tem addiscere volentes, huius scirpos, pro-  
pter insignem suam leuitatem, & quod non  
D facilè mergantur, in fasciculos colligunt, &  
alis subijciunt, quos Galli Nageoires, quasi  
natantium, vel natare discentium admini-  
cula vocant: hinc Plautus s: Quasi pueris,  
qui nare discunt, scirpea inducitur retis.  
Pauperes etiam hoc Iunco ædes suas ope-  
riunt: aliqui vites palo alligant: tegetes etiam  
fiunt, storeæ texuntur ad triclinia inster-  
nenda. Et Turcæ, Tripoli ex Iunco vario-  
rum colorum tapetia texunt, quibus solum  
tegunt, ijsque insident, & ne calcando va-  
stentur, calceis exutis conclaue ingredi so-  
lent, Rauwolfio t monente. Solent quin-  
etiam Indi u Iuncum in fasciculos colli-  
gare, quibus flumen bini traiecturi in-  
sident: sed an hic sit dubitamus. Et Ae-  
gyptijs x, si longiore spacio natandum  
est, Scirpos post se trahunt, donec ter-  
ram pedibus attingere amplius nequent:  
tum demum scirpeis fascibus incumbentes,

d Ruellius lib. 3. cap. 100. e lib. 4. c. 52. f in Diosc. g 8. simpl.  
m lib. 21. cap. 18. n lib. 17. c. 9. o lib. 16. cap. 36. p in Catalogo.  
u 9. part. Ind. occident. fig. 2. x

h Theocr. Schol. i lib. 16. c. 37. k in Menachm. l in Andria.  
q in Dioscoridem. r in Iconibus. s in Asinaria. t lib. 1. cap. 7.  
Bellonius lib. 2. obseru. cap. 30.




natationem leuiorem & minus operosam A IV. IUNCVS LÆVIS PANI-


CVLA SPARSA MAIOR.

### III. IUNCVS SIVE SCIRPVVS

MEDIVS.



B



C

III. IUNCVS SIVE SCIRPVVS MEDIVS : hic à secundo, magnitudine potissimum discrepat, vt ex adposita figura colligere est.

Locvs. In syluis, sed locis aquosis, prouenit.

NOMEN. Iuncus syluaticus, Tabernæmontano: sub Iunco aquatico maximo, figura apud Gerardum habetur. Germanis, Waldbinjen. Anglis, Common Rushes.

IV. IUNCVS LÆVIS PANICVLA SPARSA MAIOR : radicibus est numerosissimis nigris, Ellebori modo capillatis, inter sese implicatis, in altum descendentes, quæ ex obliquo quodam callo oriuntur, à quo, dum serpit, aliæ radiculae nascuntur, prioribus exsiccatis : vnde foliorum loco, iunci seu styli cubitum excedentes, herbaceo colore virentes, nitentesque, qui primo ortu veluti folia sunt, se inuicem complectentia, vt in frumentis, postea in iuncos rotundantur rectos, rotundos, tenues, læues & enodes, in acumen fastigiatos & medulla candida refertos : in foemina, paulò infra cacumen, ab vno latere, Iunco se findente panicula prodit sparsa, (magis tamen expansa, quam fi-

gura exprimit,) racemosa, ex folliculis spadicis composita, paruis & breuibus pediculis dependens : in quibus cum maturuerint Augusto mense, semen exiguum cuspidis effigie copiosum & luteum reperitur. At, in mare multi calami fructu & semine vidui sunt.

Locvs. Locis stagnantibus & palustribus irriguisque pratis exit.

NOMEN. Hic Iuncus læuis Dioscoridis y creditur: Iunci y læuis duo assignantur genera, vnum quidem sterile: alterum semen nigrum habet, rotundum, crassioribus vero & carnosioribus calamis. Iuncus vulgaris alter, Trago: Iuncus oxyschoenos, Anguilarae: Iuncus læuis seu lenis Cordo z: Iuncus læuis vulgaris, Aduersarijs, Thelio: panicula sparsa, Lobelio: Iuncus læuis, Dodonaeo: Iuncus læuis oxyschoenos vulgaris, Lugdunensi. Germanis, Binjen. Belgis, Ghemeyn onscherpe biese, met onghetroste ende vvitghespreyde saedekens. Anglis, Lytle vwater Rushes. Italis, Giunco aquatico minore.

Vsvs. Lentis est calamis, quare ad omnis generis vitilia, nexumque utilis: & medulla, quæ elychnium refert, eius quoque vsum supplet.

V. IUNCVS LÆVIS ALTER: Predicto aliud genus proximum, paulò breuius & crassius,







tum continent. Vel vt Ruellius *a*, Melan-  
cranis, quasi atriceps dicitur: fructum gerit  
vuarum cohærentium modo, in quibus cu-  
spidatum semen clauditur. Aquei & subau-  
steri saporis.


Locvs. Nascitur in aquosis & pinguibus  
locis, sed pura & præterlabente aqua ferè  
madentibus.

NOMEN. Videtur Iuncus què *μελαγκρανίδα*  
Theophrastus *b* vocat, Gaza atriferum, alij  
*a* atricipitem vertunt: frugifer, scribit *b*,  
quem *μελαγκρανίδα* vocamus, quoniam se-  
men nigrum ferat: crassior hic atque carno-  
sior. & mox: ex his *μελαγκρανις* per se suo ge-  
nere prouenit. Iuncus leuis, Gesnero *c* Ta-  
bernæmont. Iuncus melancranis, & Iuncus  
oxyshœnos fœmina, Lugdunensi: Gerar-  
dus sub Iunco acuto huius figuram habet:  
an Iuncus lychnanthemos tenuis maior,  
Thalio. Germanis, *Blattbirnen*.

II. IUNCVS ACVMINE REFLEXO ALTER:  
caule est sesquicubitali, rotundo, leui, aphyll-  
lo: panicula vmbellæ simili, atrosplenden-  
te, pediculo carente, filamentis cæruleis (vt  
in Aphyllate cœrulea,) donata: quam caulis  
duarum triumue vnciarum, acutus, sed mol-  
lis, parumq; reflexus superat.

Locvs. In Prouincia Galliæ prouenit.

III. IUNCVS ACVMINE REFLEXO TRIFI-  
DVS.



*Iuncus acuminatus, L. sp. 467. In herb.  
Lam. 3. 27. Sm. fl. 2. 164  
Eran. 2. 164*

III. IUNCVS ACVMINE REFLEXO TRIFI-

DVS: ex radice nigra, geniculata & fibro-  
sa, iunci plurestenues, palmum superantes  
exurgunt: qui in summo in tres, rarius qua-  
tuor, stylos tenuissimos, trium quatuorue  
vnciarum, diuiduntur: in quorum summi-  
tatibus, post Iunci diuisionem, paniculæ  
paruæ locatæ sunt.


Locvs. Ex monte Fracto Lucernatum,  
item ex Pyræncis & Morauia montibus ha-  
bemus.

DE IUNCO CAPITVLIS

EQVISETI.

CAPVT VI.

I. IUNCVS EQVISETI CA-  
PITVLIS.



D

I. IUNCVS EQVISETI CAPITVLIS: radice est  
geniculata, graminis aut arundinis mo-  
do serpente, & innumeris fibris implexa: scir-  
pis cubitalibus, aliquibus tamè ad radicem,  
duarum & trium tantum vnciarum, ad exor-  
tum subrubro cortice tectis, tenui & fungo-  
sa medulla plenis, quorum verticibus capi-  
tula exigua, rufescentia, aliquando rotunda,  
aliquando oblonga, asparagorum equiseti,  
vel clauæ instar insident: flores candicantes  
& villosos, in latus exporrectos, Maio & Iu-  
nio mensibus emittit. Septembri mense, in  
hoc quemadmodum in Secale luxuriante,

*a lib. 3. cap. 100. b 4. hist. 14. c in Catalogo.*



grana oblonga, nigricantia, dura, intrinsecus alba vidimus. Varietas obseruatur in scirpis, vel styli: alteri enim triplo latiores, alteri triplo angustiores sunt.

Locvs. In cœnosis & stagnantibus aquis reperitur, & quidem latior, apud nos in pratis vdis, cis pontem Birsæ & ad ponticulum, S. Iacobi: angustior verò, in humidis Michelfeldensibus: quem etiam in Italia collegimus.

NOMEN. Iuncus aquaticus minor capitulis equiseti, Lobelio. Iuncus clauatus, B Dalechamptio a: Iuncus alius fœcundus a, Eidem. Germanis, Klein köblrechtig Binsen. Belgis, Cleyne vvaterbiese met taxkens van Peerdt steert.

QUALITAS. Sapor totius plantę aquosus & fatuus est.

II. IUNCCELLVS CAPITVLIS EQVISETI FLVITANS: ex radiculis capillaceis, iuncus tenuissimus, recuruus, prodit, qui in plures Iuncellos duarum triumue vnciarum, subdividitur, quorum aliqui erecti, aliqui reflexi, capitulum minimum sustinent, & iuncellis singulis, foliolum tenue capillaceum adponitur.

Locvs. In Anglię aquosis fluitat, vnde D. Gillenius misit.

~~~~~


DE IUNCO CAPITVLO LANVGINOSO ET BOMBYCINO.

CAPVT VII.

I. IUNCVS ALPINVS CAPITVLO LANVGINOSO: radice est subnigra, tenui, fibrosa: ex qua aliorum Iuncorum more, loco foliorum quasi styli tenues, recti, rotundi & quidem plurimi, exsurgunt, qui in læue acumen vergunt, & longitudine sunt dispari, quorum longissimi, vix palmares, qui ad radicem rufescunt & subhirsuti sunt: inter quos caulis vnicus striatus, ad spithamę plus minusue altitudinem exsurgit: cui capitulum vnicum, oblongum, molle, lanuginosum, haud multum leporum caudę dissimile, insidet: cuius, nomine *χοινολαγύρα*, in Phytopinace meminimus.

Locvs. In montosis Harcyniæ prouenit, ad Acidulas, inter fontem acidum Ribelsaw & Griesbach, vbi Iulio mense, Ioannes Bauhinus p. m. collegit, & nomine Iunci alpini cum cauda leporina, misit.

A L IUNCVS ALPINVS CAPITVLO LANVGINOSO.



II. IUNCVS ALPINVS BOMBYCINVS: ex radice aliorum Iuncorum simili, folia iunceæ exurgunt: inter quę culmi plures tenuissimi, palmo minores, qui capitulum paruum, lanugine alba ornatum sustinent.

Locvs. In montibus Moravię, loco dicto Kessel D. Fleisserus eruit, & communicauit: eundem, sed palmo altiorem, ex locis vdis vallis Grindelwald Bernatum, habemus.

~~~~~

DE IUNCO FLORIDO.

CAPVT VIII.


I. IUNCVS FLORIDVS MAIOR: radice nititur candida, crassa, instar Porri sectilis, nonnihil carinata, quamplurimis fibris capillata, parte quadam tenera, gustui non ingrata: ex qua folia multa Pseudoacori angustiora & Asphodeli longiora, dorso acuto, & triquetra, in mucronem desinentia, exsurgunt: inter quę caulis exit medius, virore herbaceus, insigni læuore atque æqualitate præditus, rotundus, nudus ac simplex, nullis internodijs interceptus, duos trësve cubitos æquans: in cuius summo umbella, in qua, a Maio ad Augustum vsque, multi, sed ab inuicem distantes, flosculi ex purpura

a in hist. Lugdun.

candore



## I. IUNCVS FLORIDVS MAIOR. A



candore *a* diluti, quales Mali persici longioribus pediculis, ex vno principio prodeuntibus, singulis singuli flores insident, qui ex sex folijs, tribus maioribus, totidemque minoribus, alternatim positis, compositi, & in odori sunt: in quibus stamina, exigua plerumque nouem, in apice croceo puluisculo, tangētium manus inficiente: in florum medio capitulum purpureum subrotundum, in sex partes diuiduum, in cuius summo apex: **D** cuius capituli angulis, monente etiam Cordo *b*, singulæ guttæ, admodum paruæ, Chrystalli modo translucidæ, adhærent, sapore & substantia mellis, quod & in Corona regia dicta, obseruatur: semen in capitulis minutum est & inutile.

Locvs. In pinguibus, limosis & palustribus, aquis item stagnantibus aut lentè pigreque fluentibus riuulis, & quo fluuiorum inundationes peruenire possunt, in Germania, Belgio, Anglia, & apud nos in palustribus Michelfeldensibus, reperitur.


NOMEN. Alij ad Iuncum referunt, alij Scirpum volunt: Sparganium Dioscoridis, Dodoneus, at huius folia in terram non procumbunt, vt Dioscorides statuit, & notæ à Dioscoride *c* propositæ, plantæ quæ infra Sparganij nomine describitur, rectè conueniunt. Gladiolum Dioscoridis voluit Cordus, etiam Theophrasti Xiphion, non Cy-

perum, cum Gaza vtrumque Gladioli nomine sæpè reddiderit: at Dioscorides *d* Gladiolo suo, radices geminas, vna, pusillorum bulborum modo, super alteram insidente tribuit, & in aruis nasci scribit: quæ non huic, sed bulbo Gladiolo, qui & Victoria-  
lis dicitur, conueniunt. Cyperum Theophrasti esse Amylius, Cordi scholiastes & Tabernæmontanus pronunciarunt, verum ostendant nobis in huius radice odorem, vel quod vsus eius sit ad vnguenta: quæ sanè vt **B** & reliquæ à Theophrasto proposita, omnia Cypero nostro, vt infra capite de Cypero ostendemus, conueniunt. Butomon Theophrasti esse, Casalpinus astruit, quod infra *e* Sparganium esse docēbimus. Calamogrostis altera, Trago: Iuncus floridus, Matthiolo & Lugdun. Sparganium, Dodonæo *f* Gladiolus verus, Cordo *g*: Gladiolus palustris, Eidem *h* & Gerardo. Gladiolus aquatilis seu palustris, Dodonæo: Iuncus cyperoides floridus paludosus, Aduersar. Lobelio, quia ad Cyperum folijs & umbella non nihil accedat, alioqui radice non dissimili. Iuncus cyperoides floridus, Tabernæmont. Carex alterum, Lonicero: Calamogrostis leucanthemos, Lugdunensi. Germanis, *Winsenschwertel* / *Cyperschwertel* / dicatur, *Leibfarb Wasserschwertel*. Belgis, *Vvatterlijch*, *Vvatterbloembiese*. Italis, *Giunco florido*.

QUALITAS. Radix sapore est dulci & glutinoso, refrigerat mediocriter: sunt qui huic Iunci facultates tribuant, Matthiolo attestante.

II. IUNCVS FLORIDVS MINOR: radice est candida, geniculata, fibris plurimis adhærentibus: caule palmari: folijs ternis iunceis, oblongis, acutis, duobus caulem superantibus: cuius summo, singulis pediculis, qui quini sunt, alternatim sibi succedentes, flores, (quos non vidimus) insident: quos fructus gemini rotundi, Orobi Cretici magnitudine, sequuntur.

Locvs. In Heluetiæ palustribus circa cœnobium Eremitanorum, & in monte Fracto, ad lacum Pilati Lucernatum, **D**: Burserus obseruauit.



*a* candidi, Trago, Lonicero & Lugdunensi. *b* lib. 2. hist. cap. 9. *c* lib. 4. cap. 21. *d* lib. 4. cap. 20. *e* capite de Sparganio. *f* edis. *g* Gallica. *h* in Dioscoridem. *i* in historia.



DE NARDO EIVSQUE DIFFERENTIIS.

DE NARDO EIVSQUE

DIFFERENTIIS.

CAPVT IX.

NARDVS, Græcis a Nard & b Nardos... Latinis Nardus & Nardum, (forte à Naardo, vrbe Syriaca Euphrati contermina, sic dicta,) Nardi spica, seu Spica nardi: cui Spicæ nomen primum ab Arabibus impositum fuit: Auicenna enim & cæteri Arabes Cembul Spicam, & Cembul Indi, Spicam Indicam vocarunt. Serapio c Sumbel: Syluatico d Simibel, paulatim vocabulis corruptis, dicitur.

GENERA tria Dioscoridi e, Indica, Celtica & montana: de Indica in præsens sermo est. Nardus hæc duplex f est, vna Indica, altera Syriaca: Indicæ rursus species alia campestris, quæ a fluuiio g quodam Gange nominato, qui montem præterfluit, ad cuius radices ea nascitur etiam Gangatis nominatur: quæ viribus infirmior, quod in locis aquaticis proueniat, estque procerior, atque complures Spicas ab eadem radice, tum comofas, tum sibi inuicem circumuolutas, virusque redolentes habet. Alia montana, quæ in editiore montis parte legitur, ac cæteras habet in se dotes, quas & Syriaca cognominata. Syriaca verò altera nuncupatur, non quod in Syria inueniatur, sed quod pars montis in qua nascitur, vna Syriam, altera Indos spectet. Hoc loco credit Marcellus h, in contextu perijisse, alteram regionem Indicam scilicet: siquidem incipiens Dioscorides hoc caput, Nardum duplicem esse dicat, & alteram Indicam, alteram Syriacam vocari, subijciatq; statim, non ideo Syriacam dici, quia in Syria nascatur, sed quod montis in quo Nardus nascitur, altera pars Indiam altera Syriam spectet. Exigere itaque h, rei & dictionis sequacem necessitatem, vt quemadmodum dixerit, non ideo Syriacam &c: sic etiam de Indica aliquid diceretur, non ideo scilicet Indicam dici, quia in India nascatur, sed quod, &c. Hermolao i Syriaca nardus duplicis generis est, vnum in India, sed parte montis in Syriam spectante, quam Plinius k, sub Indicæ vocabulo complectitur: alterum in orbe nostro, id est Syria, Ciliciaque: quod aliqui Gallico præponunt: aliqui contra Gallicum Syria-

A cotali præferunt. In Gedrosia quoque Nardum est, sed sub Indico contineri credimus. Est denique quædam cui Samphariticæ nomen, à loco natali inditum est, admodum pusilla, attamen magnas spicas habens, inter quas interdum caulis medius erumpit, candidior, & supra modum hircum olens: hanc in totum abijcere oportet. Hæc à Dioscoride σφόδρα κελωθή, admodum pusilla dicitur: quæ duo vocabula, cum in veteri codice non inueniantur, vt neque apud Oribasium, idcirco redundare Saracenus l, suspicatur: non enim verisimile esse, eam quam paulo post μεγαλόσχιον esse ait, σφόδρα κελωθή, hoc est valde curtam, pusillam ac mutilam conspici. Hanc pseudonardum Plinij esse Hermolaus suspicatur. Plinius m aliter de Nardo scripsit: de folio Nardi, inquit, plura dici par est, vt principali in vnguentis: frutex est graui & crassa radice, sed breui ac nigra fragiliq;e, quamuis pingui, situm redolente, vt Cyperi, aspero sapore, folio paruo densoque: cacumina in aristas se spargunt: ideo geminâ dote Nardi spicas & folia celebrant. (Plinium, per folium Nardi, Malabathrum, siue φύλλον proposuisse credimus, cum fruticem dicat: nec mirum ipsum deceptum, cum in talem errorem multos quoque alios lapsos fuisse, Dioscorides n tradat: in quam rem Garzias ab horto o consulatur: quæ vero de cacumine in aristas se spargente habet, licet sint p qui velint, hæc de Nardi Italicæ seu Pseudonardi herbe spicis intelligenda esse: attamen ad Indicam referenda videntur, modo vera sint quæ Linscottus q scripsit, quod frumenti more succurescat.) Alterum eius genus apud Gangem nascens, damnatur in totum Ozanidis nomine, virus redolens: (quæ Plinius de Folij annona addit, ad Malabathrum pertinent, quia de Malabathro verbis totidem & iisdem Arrianus etiam refert.) Sunt autem ea omnia herbae præter Indicam. Ex ijs Gallica non multum ab Indica differens. Syriaca tamen leuius. Idem alibi r de Vnguento Nardino siue Foliato agens, & ex quibus constet, enumerans, etiam Nardi meminit: addens: in hoc genere conuenit meminisse herbarum quæ Nardum Indicam imitentur, species nouem à nobis esse dictas: tanta materia adulterandi est. Hactenus Plinius. Sed quænam sunt illæ nouem species,

a Theoph. 9. hist. 7. Dioscor. lib. 1. cap. 7. b Galeno 8. simpl. Aegin. lib. 7. Oribas. 2. Synops. 3. & 15. item 12. & 15. Collect. Aetio tetrab. 1. serm. 1. c cap. 2. d cap. 640. e lib. 1. cap. 6. vide & Auicenn. lib. 2. tract. 2. cap. 649. & Serapionem cap. 52. f Diosc. Galen. Oribas. 12. Collect. Serapioni cap. 52. g Diosc. Oribas. Serap. h commens. in Diosc. i lib. 1. Coroll. 6. k lib. 12. cap. 12. l in notis in Diosc. m lib. & cap. 12. n lib. 1. cap. 11. o lib. 1. c. 32. p Saracenus in Diosc. q 4. part. Ind. orient. cap. 59. r lib. 13. cap. 1.

quas




quas Nardum Indicam repræsentare dixit? A Sic Hermolaus s : an Gangatis prima Ozæ-  
nitis dicta : secunda Pseudonardus : tertia  
Syriaca : quarta Gallica : quinta Cretica in-  
de est Phu : sexta Baccharis : septima Hircu-  
lus : octaua Afaron : nona Thracia. Dictum  
etiam fuit ex Plinio, Cyperi odore : siqui-  
dem à Dioscoride, cæterisque veteribus Nar-  
dus Cyperi odore commendetur : quamuis  
vetus Plinij lectio Cypressi, manuscriptum  
verò exemplar Cupressi habeat. Sed libra-  
rij culpa factum videtur. Quod si Plinio er-  
ror tribuendus foret, affinitate verbi lapsus,  
dici posset, *κυπριου σίζεν* pro *κυπριζεν* legētem.  
Neque contra dici potest, Dioscoridem non  
Plinium, deceptum esse : quandoquidem  
Cyperum, idem ipse Plinius t, odorem Nar-  
di referre alio loco scribat. Præterea dum  
scribit Plinius, in nostro orbe proximè lau-  
dari Syriacum, volunt aliqui eius senten-  
tiam fuisse in Syria nasci : & licet id volue-  
rit, istamen non negat, Syriacam etiam In-  
de speciem nuncupari. Neq; a ratione alien-  
num est, in Syria, Nardum nasci : quod Pe-  
na u certum esse scribit, & legitimam ple-  
risque locis Aegypti & Syriæ in Europam  
adferri : quod conceditur, cum ex India, A-  
lepum (quod in Syria est) & Alepo Vene-  
tias deuehatur. Hinc apud Sepuluedam,  
Spica Alep, id est Spica ex Alepo legitur. De  
Indæ autem illius Syriacæ nuncupatione  
cum Matthiolo, Costæus x suspicatur, po-  
tius à Syraštene regione quæ ad Indum flu-  
uium est, dictam, quam à Syria. Nam si D  
Ptolomæo credimus, mons est in India, qui  
à Gange fluuio ad Syraštēnem extenditur.  
Addit : quod cum India à Syria longissimè  
distet, multæque inter has regiones inter-  
iectæ sint, deserta Arabia, Persia, Carmania,  
Gedrosia, Darangia, aliæque nonnullæ, qui  
fieri posset, vt mons ille ad Gangem situs,  
altera parte Syriam tam facile respiciat, vt  
Nardus in ea proueniens Syriaca dici posset.  
Flavius Arrianus, Nardum Gange fluuio  
deuectam, Gangitem vocat. Insuper Sepul-  
ueda, genus quoddam Nardi Satiach & Sa-  
tiach appellat, quod Garzias y & Acosta z  
id esse putant quod ex Satiquam, celeberrimo  
regni Bengalæ portu & emporio ad flu-  
vij Gangis ostia, adfertur. Tandem etsi mul-  
tæ sint Nardi differentia, nullum tamen ge-  
nere discrimen præter solum natale habere  
credimus : siquidem omnes etiam quando-

que in vno & eodem monte proueniant : ex  
quibus Syriaca, in Occidentali eius parte  
Syriam respiciente : Indica verò, in Orien-  
tali parte ad Indiam vergente, nascatur. Sic  
Indicæ alia in ipso monte, alia in radice  
montis proueniat : quas sanè species indi-  
stinctè ad nos adferri credimus. Nardi de-  
scriptionem Dioscorides reticuit a, fortè  
quoniam integram historiam ignorauit :  
vnde Scrupulus relictus an Spicam Nardi  
habeamus : de qua re sequenti capite. Et  
Plinius hanc plantam ignorasse videtur,  
dum fruticem descripsit, cum potius planta  
iuncea sit quam fruticosa. Quare credit  
Fallopianus hanc plantam iunceam esse, cum  
radicibus iunci, desinentibus in quoddam  
caput in duas partes distinctum, in spicas  
& folia & caules, foliorum figuram se igno-  
rare, cum integra planta ad nos non adferat-  
ur : spicas autem videri veluti flores quos-  
dam confectos ex lana vel gossipio, quæ ta-  
men spicæ in infimis radicibus sint.

## DE NARDO INDICA QUÆ OFFICINARVM SPICA.

### NARDVS INDICA QUÆ SPICA OFFICINAR.



NARDVM INDICAM cuius Theophrastus  
a his verbis meminit : Cardamomum atque  
Amomum, alij ex Mediâ, alij ex India, cum  
Nardo & reliquis omnibus, aut plurimis  
aduehi narrant, quibus ad vnguenta vtun-  
tur hæc ferè sunt, Casia, Cinamomum, Car-  
damomum, Nardus : Hermolaus Barba-  
rus b, sic descripsit : Nardum siue nardus in  
Thracia exili odore nascitur : siue vt Theo-

s lib. 1. coroll. 6. t lib. 21. c. 18. u in Aduersariorum opere. x in notis in elefinar. aromas. Mesues & Lugdun. y lib. 1. c. 33. z cap. 27.  
Satingam habet. a Fallopianus in lib. 1. Diosc. t. 10. a 9. hist. 7. b lib. 1. coroll. c. 6.



phraſtus ſcripſit, radiculae potius quaedam imitantēs odore Nardum, ſed leuiter. At Theophrasti a verba ita habent τὰ γὰρ ἐν τῇ θράκῃ φύμενα ρίζια, καὶ ὡς τότε τῇ νάρδῳ προσημ- φερῆ τῶ ὄσμῳ ἔχον, καὶ ἐπεὶ ἅπτα, μικρὰ τὴν καὶ ἀσθενῆ τῶ εὐωδίας ἔχει. Sic vertimus: quæ in Thracia nascuntur radiculae, quemadmodum id quod instar Nardi odorem habet, & aliae quaedam paruae & infirmae suaueolentiam habent. Quibus verbis non Nardum descripsit, sed radículas Thracicas: quod Plinij testimonio probatur, inquentis, inuentam in Thracia nuper herbam, cuius folia nihil ab Indica Nardo specie dissentiant. Quare Nardus Indica siue Spica officinarum, ab vna radice complures spicas, perinde ac in Lilij, aut Allij radice protrudit, quæ instar Mei comosæ & capillatæ sunt, capillis sursum spectantibus, & vt in Alga maritima fæctis, sibi quæ inuicem circumuolutis, colore rufo, capillamentis exilibus deorsum missis: inter spicas seu radicis capita, caules & folia iuncea lenta quæ prodeunt, quemadmodum in fæccis Nardo repletis in Emporijs videre est. Sed lubet Garziæ c descriptionem, ex quo Acoſta d habet, subiungere, cum ambo in India vixerint: Radix est spargens, supra solum breuē virgulam ceu caulem circiter tres palmos longum, atque alias insuper virgulas multo breuiores: in summa radice spicæ producuntur, item alia per virgulas, tali enim modo in Cambayate, Afurate, Gogua, alijs quæ portubus marinis venditur, vnde mercatores Arabes, & Persæ D petunt: potissimam tamen partem ab indigenis absumi ferunt. Audiamus & Linscottum e: Spicanardus planta est duarum ternarum ue spithamarum, frumenti more succrescens, cuius fibræ priuatim spicæ nardi dicuntur: hæc ex radice paulum supra terram enascuntur & ex Cambaya potissimum ad nos adferuntur.

Locvs. In India montibus, & circa fluuium Gangen Dioscoridi: & vt Garzias autor in Mandore (vbi ab incolis Catezſara vocatur) & Chitor prouincijs, regnis Delli, Bengala, & Decan vicinis, (in regionibus Sitor & Mador, quæ terræ Decan & Dely apud Bengaliam conterminæ sunt, prouenire Linscottus monet,) iuxta fluuium Gangen, quem incolæ Ganga appellant, & sacrosanctum existimant, ita vt regni Bengalæ incolæ morituri, hoc flumine se mergi, sed pe-

adibus duntaxat, iubeant. Verum & multis alijs eius regionis locis fata prouenire dicitur, non enim facile sponte nasci, neque vna altera præstantior, & altera spicam altera multo longiorem habere dicitur. Habemus ergo ex regno Cambaiæ, vel Gambage: & huiusmodi regio est Godrosia, quæ a Ptolomæo Gogambia dicitur, & maioris Asiæ regio est: volunt etiam adferri ex loco Sagapeno a Ptolomæo dicto. In monte oliuarum Rauwolfſius f se obseruasse scribit. Ex Oriente, inter aromata, ad nos affertur. Et hac Medici cum Indici, tum Turcæ, Persæ, & Arabes vtuntur, quæ Garzia autore legitima & sine mangonio importatur: siquidem multo plura aromata, maiori quæ quantitate, & minus adulterata ad nos adferuntur, viliori quæ emuntur, quam antiquitus fiebat, quod nunc Lusitanorum navigationibus India nobis aperta sint, ipsæ quæ regiones, quæ aromata gignunt longè cultiores nunc sunt, quam veterum tempore fuerunt. Quare non valet ratio eorum, qui ex ingenti pretio, quo antiquitus emebatur (vt ex Plinio g inferunt) concludere volunt, nostram Nardum legitimam non esse. Nec eorum h rationes locum habent, qui ea nos carere asserunt, eo quod odoris suauitate careat, & omnino saporis ingrati sit, nec colorem referat: odoratissimam h enim esse debere, odoris suauitate diu permanente, linguam quæ exficcare, vt Dioscorides autor sit: siquidem interdum inueterata in officinis habeatur, sic quæ suaueolentiam illam qua initio prædita erat, antiquata amittit. Interdum etiam, dum per Indicum & Arabicum mare in Alexandriam, & inde Venetias defertur, maris humore sibi ascito, situm contrahit. Imò & madefacta i vendebatur, quod vitium ex eo deprehenditur, quod spicæ candidæ, squalidæ, nulla quæ lanugine constant. Quare Galenus k eam Nardum reprobendam censet, quæ εκ πύλλοις & elota nominatur, eo quod vnguentarijs in vnguentorū cocturam inseruierit. Quod verò obijciunt l ex Galeno, in Theriaces compositione Spicæ nardi radicem ponendam esse, non verò Spicam ipsam, quæ tantum ad nos adferatur: siquidem in ea Theriaces præparatione, quam cæteris veluti concisam magis & manifestiorem Galenus præfert, sic carmine quodam scribatur Terebinthinæ quæ resinam: Nardi quæ radicem

c lib. 1. c. 33.

d cap. 23.

e 4. part. Ind. or. cap. 39.

f parte 3. c. 21.

g lib. 12. c. 12.

h Manardus lib. 6. epist. 3. Io. Bapt. Theodosius

epist. 2. Cornarus in Diosc.

i Diosc. lib. 1. c. 6. Oribas. 12. collect.

k 1. de antiq. 14.

l Manardus 5. epist. 3.



Indiæ. Ad hoc respondetur *m* vbi Andromachus, Indiæ Nardum, Theriacæ addere iubet hoc versu *n*. Et Casiæ calamos & quam tulit India Nardum, Galenum scribere se Indicam Nardum, quam Andromachus iniicere iubet, etiam Spicam Nardi nominare, non quod spica sit, radicem enim esse, sed quod spicæ formam referat: hoc est non intelligendum esse de radicibus plantam nutrientibus, sed per radicem hoc loco intelligendum esse id, quod cespiti adhæret. Itaque Nardi Spica & Nardi radix, ut ex hoc loco colligitur idem sunt. Non minus apud aliquos dubium, quænam Nardi pars vsurpanda sit, alijs radicem, alijs spicam, alijs caulem assumentibus. Causa dubitationis, quod Galenus *o* Spicæ nomine radicem intelligendam scribat: & alibi *p* Spica silentio prætermissa, radicis vires explicarit. Quinetiam Marcellum Virgilium *q* in versione Dioscoridis, radices, velut inutiles, abijciendas reddidisse: quas tamen solas ad medicamenta expeti, Cornarus *r* scribit. Et Brassauolus *s* senem summa iubet, Spicam, caulem & radicem Venetijs emere, quoniam radix & caulis apud antiquos autores, ut Dioscoridem & Galenum, maiori in vsu medico fuerint, quam spica: quippe folia Dioscoridem abijcere, spicam vero ipsam non deferri, sed radicem, nempe capillamenta illa, quæ Venetias adferuntur, & Nardi montanæ ac Syriacæ radices. Ad hæc respondetur, quod ex Galeno *o* constat, illum per spicam radicem intelligere: *D* idem quoque tractaturus de Nardo capiti *p* titulum fecit de Nardi spica, tamquam parte totius herbæ nobiliore: & Nardi spicæ qualitate explicata, (non enim *t* Spica silentio prætermissa:) ad quæ radix valeat subiungit: ita ut ex eo quoque loco clarum fiat, ipsum voce vtraque indiscriminatim vsu esse: ex quo Aegineta *u* & Aetius *x* transcripserunt. Insuper Galenus *y*, Philonis antidotum perpendens, qui in describenda sua antidoto, Nardi Cretici drachmam assumere iubet, addit quam *εἰζω ψευδάριον* nominant. Versus Latini ita habet: Et drachmam dictæ falso radicis, ab ipsa Terra, Pissæo quæ Ioue clara manet. Inquit Galenus, Nardum accipere iubet, quam radicem falso dictam appellat, quod vulgo non radix, sed Spica vocaretur, quandoquidem Spica nardi verè nominatur, (quia non

*A* est propriè radix, sed pars cespitis inferioris, qui hæret terræ ac radicibus veris:) quam vult Creticam esse, cum ait, ab ipsa terra Pissæo quæ Ioue clara manet: quandoquidem fabularum scriptores, Iouem in Dictæo Cretæ monte educatum volunt, ibidem à matre Rhea occultatum, ne & ipse à patre Saturno deuoraretur. Quidam verò non Creticam sed Indicam indicatam esse aiunt, ex qua Ebur affertur: ex hoc enim statuam Iouis in Pissa factam & formatam esse. Et sanè dum Dioscorides dicit *εἰζω τὸν σάχιν*, non *z* intelligenda est spica, ut plerumque accipitur, qualis ea est, qua frumentacea semina continentur: à quarum similitudine Græci *ρίζωμα*, Stœchadi, Thymò & alijs similibus *σάχιν* tribuunt. Sed *σάχιν* siue spicam hoc loco non ita accipiendam esse, vel ex eo patet, quod, quicquid dicant nonnulli Plinij autoritate decepti, Nardus Indica (inquit Saracenus) spicas eiusmodi nullas habere comperiatur. Intelligit verò *C* Dioscorides, Nardi radicis nucleum, quæ quidè ipsius Nardi pars nobilissima & præstantissima est, ac etiamnum in vsu medico frequentissima. Ut enim Columella *a*, Latini que alij, spicas interdum accipiunt pro nucleis, quibus numerosis, sibi que inuicem cohærentibus, quarundam radicum bulbosa capita compinguntur, velut *a* Allij v!pici, Liliorum, quique in Allio Dioscoride *b* teste Græcis peculiariter *ἀγλῆς* nuncupantur: ita & Græci *σάχιν* pro iisdem radicum nucleis accepere, ac tum certè potissimum, cum Nardi Indiæ mentionem fecere. Id ipsum sanè apertè Galenus locis supra citatis, imprimis primo de Antidotis innuit, quo loci, radicem Nardi, spicam nominari dicit, quia spicæ figuram æmulatur. Quare censemus veteres eas spicas radicibus *a* numerasse, licet Linscottus, ut paulo ante monuimus, frumenti modo succrescere testetur. Quod vero Marcellus Virgilius, à Nardo radices abijciendas putarit, non probamus, cum in Textu Græco habeatur *εἰ αφαιρῆν δὲ, εἰ προσέη τῆς ρίζης, πηλός*, auferre oportet si adhæserit radicibus lutum: quæ versio à Dioscoridis, quem secutus est Aegineta & Oribasius *c* aliena non est: quemadmodum etiam apud Serapionem legitur. Ita etiam omnes, quos vidimus & codices & interpretes, Marcello excepto, legunt. Præterea, si ad vsu medicum radices trans-

*m* ex 1. de Antid. 14. *n* 1. de Antid. 6. *o* 1. de Antid. 6. *p* 8. simpl. *q* lib. 1. c. 6. *r* lib. 1. emb. 6. *s* in exam simpl. *t* Marcellus. Costant. *u* lib. 7. *x* sacrabil. 1. serm. 1. *y* 9. de comp. medic. f. loca. 4. *z* Saracenus nom. in Diosc. *a* lib. 11. *b* lib. 2. cap. 182. *c* 12. Collect.



ferantur, eas omnino purgari necesse est. Et ipse Marcellus concedit apud Aeginetam sic legi, & hanc quoque fuisse Serapionis ætate lectionem: item concedi hanc lectionem, si Nardi radices ad medicinam vsurpentur. Quid ergo mouit Marcellum, vt interpretaretur, Auferendæ in vsu eius primum radices, cum tamen lectionem Græcam iam allatam asseruarit? Rationem hanc addit, concedendo, quod in pluribus, sed minus probatis codicibus legerit, lutum à radicibus auferendum esse: in paucioribus autem, verum probatoris fidei, legi, vt ipse reddiderit: addit hanc lectionem omnem Nardi radicum vsum damnare, & tanquam inutiles abijciendas præcipere: quæ tamen magis recipienda visa fuerit, non tam quod probatissimæ fidei codex id habeat, quam quia hic ad nullius mali medicinam, Nardi radicibus vtatur: & quod superuacaneum erat hoc loco iterum monere, quod in proëmio communiter præceptum fuerat. Quod etiam in textu statim sequatur & cribro excutiendus puluis, opinatur hic intelligendum eum, qui spicis earumque lanugini, vento, pedibusue animalium, in aërem sublatus, inhæserit: qui quoniam inutilis, excuti ante vsum in medicina debeat: nec minus, quod contagio Nardi odorem contraxerit (& Galeno *d* si terra radici adnexa contrectetur, Nardi odorem habet,) ad vitæ delicias seruari: quas tanti plerique faciant, vt hunc solum, præciosissimorum naturæ bonorum fructum, & vsum sibi esse voluerint: cum tamen ea vitæ salutique nostræ primum & ex professo consulens, voluptatibus & delicijs nostris accedere sua bona aliquando patiatur, quod in Nardo deprehendere facile sit, in qua odoris præcipua bonitate, spica, folia & radices commendantur: & in sanandis toto corpore hominum malis, egregia multiplexque vis & potestas iam pridem inuenta & probata fuerit. Costæ *e* est sententia, quod dum quaeritur, vtra pars eligenda, radix ne an caulis, non absurdum fore, si quis vtrumque assumere iubeat: siquidem caulis radicis veluti pars quædam sit, saporeque ac odore pars vna altera inferior non sit, quamuis & summus caulis, & tenuiores radiculæ, crassiori radici adnascentes, & odore & sapore cæteris partibus cedant. Sunt *f* præterea qui hanc officinarum Spicam, veram Nardum

esse negent, sed aut alteram duarum, quæ scilicet in ima montis parte iuxta Gangem fluuium nascitur, aut Samphoriticæ genus, alias improbatum, quod ex collatione nostræ Spicæ, cum ijs quæ de vera Nardo à Dioscoride traduntur, patebit. Sic Brassauolus *g* Spicam hanc nostram, tertiam esse vult, quæ ex Cilicia propriè & Syria quæ montana appellatur, quam Venetorum nauigationes Alexandriam primum, deinde Venetias ferant: ex Cilicia enim & Syria, facile Alexandriam, & pedestri & nauali itinere ferri: etiam ex Cypro insula afferri. Similiter & Anguillara *h* Spicam officinarum, Nardum Gangiticam, censet. Equidem in vsum veniunt ipsius Nardi spicæ, quæ radicis partes sunt, inter quas aliquando viderè licet, quasdam à spicis Algæ maritimæ nulla ex parte differentes, quale Gangiticum à Dioscoride proponitur. Alij denique concedunt Nardum Indicam veram adferri, sed raro probatissimam: quare vbi Spicæ mentio fiat, Syriacam in primis, si eius optimæ copia sit, deligendam: sin minus, Celticam illi præstare, cum hanc optimam paruo negotio habere possimus. Optimæ autem Syriacæ notæ, vt ex Dioscoride *k* & Oribasio *l* colligere est, sunt, vt sit quam maximè recens & leuis, carnosæ, colore flauo, perquam odorata, quæque præterquam quod odore Cyperum imitatur, breuem spicam habeat, gustu sit amaro, linguamque maximè siccante, ac quæ in sua odoris gratia diutine permaneat. At Galeno *m* Indica valentior est, quæ nigrior est quam Syriaca vocata. Hinc aliqui existimarunt, contradictionem apparere inter Dioscoridem & Galenum, dum Dioscorides, Syriacam, Galenus Indicam approbat: at nulla est contradictio, (vti monet Fallopius *n*) quamuis videatur, quoniam etiam Spica Syriaca, est Indica Spica: & Indica apud Dioscoridem, differt tantum ratione aspectus loci: at Indica apud Galenum probatur ratione eius, quæ ex Creta & Arabia ferebatur, non autem ratione Syriacæ illius. Adulteratur scribente Dioscoride *o* inspirato stibio, cum aqua aut vino palmeo, quo magis compacta, ponderosiorque appareat: addit Plinius *p* & gummi & argenti spuma & cyperi cortice: item pseudonardo. Verum sedulo *q* cauendum, ne fragmenta, friatumque puluerem medicamentis misceamus.

*d* 1. de Antidot. 14. in Mes.

*e* notis in Mesuem.

*f* Mundella in exam. simpl. Brassauole.

*g* in exam. simpl.

*h* opinione 1.

*i* Costæ

*k* lib. 1. c. 6

*l* 12. Collect. & Serapio.

*m* etiam Aegineta lib. 7.

*n* Oribas. 2. virt. simpl. & Actio.

*o* in l. l. Diosc. c. 10.

*p* Oribas. 12. Coll. & 2. virt. simpl.

*q* lib. & cap. 12.

*r* Val. Cordus 4. hist. 55.



NOMEN. *Nardus Indica* Dioscoridi: *Nardus Aeginetæ* & Actuario composito nomine. Nardus, Hermolao, Marcello, Ruelio, Cordo *r*; Gesnero *s*, Lacunæ, Turnero, Lobelio: Nardus Indica Matthiolo, Cordo *t*; Lonicerio, Castori, Lugdunensi *u*, Tabernæmontano, Gerardo: Spicanardi, Anguillaræ, (cui Nardus Gangitis Dioscoridis,) Mundellæ, Amato, (cui & Indica spica & Radix spica,) Aduersarijs, Lobelio *x*, Acoftæ, Cæfalpino, (qui *y* ex Algarum genere esse vult,) Lugdunensi. Germanis, *Indianisch Spikenarde*. Belgis, *Spikenarde*. Anglis, *Indian Spikenard*. Gallis, *Aspic d'ou-tremer*. Italis, *Spigonardo*. Hispanis, *Azumbar*, *Espigasil*. Bohemis, *Nardus Indiantky*.

QUALITAS ET VIRES. Radix *q* sapore est amaro, tenui acri aromatico, & Celtice Nardo simili: odore inter Celticam Nardum & Schoenanthum medio. Vim *z* habet excalfaciendi & exsiccandi: excalfacit *a* autem excessu primo, desiccatur secundo iam completo. Composita *a* est ex substantia adstringente sufficienter & acri, calida non multa, & quadam leuiter subamara. Hepaticis *z*, ictericis atque nephriticis conuenit: hepatis & stomacho, intrò pota & foris adhibita: nausæ *z* & stomachi rosionibus, ex frigida pota auxiliatur: itemque ijs qui à flatibus exagitantur. Alium pota sistit: Vrinam *b* cit *c*. Rhabarbaro *d* tanquam corrigens admiscetur: ab alijs non vt malignitatem eius corrigat, cum nulla *e* in eo sit, sed vt viam *f* laxiorem præbeat: qua de re videatur infra caput nostrum de Rhabarbaro. Antidotis *c* quoque miscetur. Vinum etiam è Nardo Syriaca & Celtica, Malabathroque paratur, Dioscoride *g* monente, in hunc modum: singulorum minæ semissim in binos musti congios mittito, & post bimestre colato: cyathum vnum, cum tribus aquæ exhibeto: prodest nephriticis, ictericis, hepaticis, vrinæ difficultate laborantibus, decoloratis & stomachicis. Sunt qui Acori vnciam vnam aut alteram, & Celticæ Nardi vncias tres, in musti amphoram adijciant. Plinio *h*, Nardi & Malabathri seilibris in musti congios duos additis: qui & ex Syriaca, & Gallica, & Celtica & syluestri confici monet. EXTRINSECVS. Ad capitis frigidioris corroboracionem, lixiuio ad-

ditur. Ad oculorum *i* quoque medicamenta, vsque ad summum læuorem trita, & cum vino in pastillos conformata, vase nouo non picato reconditur. Ad oculorum palpebras *i* à superfluo humore redūdantes facit, dum ipsa cilia adstringit & condensat: quare contra ciliorum defluuium, puluis aspergitur, vel eius decocto palpebra sæpè fouetur. Apposita *i*, ex vtero (in ventre & intestinis adhuc & eas quæ in capite & Thorace, Galeno,) fluxiones sanientque compescit. Vulvæ *i* inflammationibus, aquæ incocta, seu fotu, seu infessu, medetur. *καθύρσις* *i* *τῶν σώματι ἀσπασμα* habetur in Græco, id est humidis corporibus inspergitur: (sive inspergio:) quæ verba Saracenus *k* *πρὸς φρεσίν* ita conuertit, humentibus corporibus ad graueolentiam summouēdam vtiliter siccæ insperguntur. Rationem versionis hanc addit: siquidem *καθύρσις* vocabulum etiam alibi Dioscorides, ad partem corporis accommodat, quam non tantum humore perfundi intelligendum; sed etiam quasi ex humoris resudantis redundantia odorem de fetrum exspirare: veluti, cum alio loco dicit *καθύρσις μαχαλοῖς ἀρμόζι*, quod quidem non ineptè quidam interpretantur, alarum virus mitigat. Apud veteres Nardo in vnguentis principatus fuit, quare inter odorata Theophrastus *l* recensuit. Vnguenti Nardini; quod Plinius *m* Nardinum siue Foliatum appellat, conficiendi modum & Dioscorides *n* & Plinius *m* proposuere: quod variè addito Malabathri folio, aut sine eo præparabatur: vt plurimum autem oleo balanino aut omphacino spissandi gratia Iuncus odoratus admiscebatur: ad odoris vero gratiam conciliandam, Costus; Amomum, Nardum, Myrrha, Balsamum. Laudatur, inquit Dioscorides *n* tenue, minime acre; Nardi aridæ; aut Amomi odorem retinens. Cuius vis extenuans, acris ac detergens: nec non & humores rarefaciendi & excalfaciendi vi pollet. Liquidum vero est nec habet strigenti crassitudinem, nisi resinam recipiat. Conficitur autem vilius ex omphacino oleo, Iunco, Calamo, Costo & Nardo. Sic ex Nardo oleum, quo Saluatorem nostrum *o* Maria Magdalena vnxit, confectum volunt. Apud Mesuem *p* olei Nardini (quod olim Laodiceæ in Asia dun-

*r* in Diosc. *q* in Catalogo. *t* in historia. *u* in appendice. *x* in Iconibus. *y* lib. 16. c. 26. *z* Dioscorid. l. 1. c. 6. *a* Gal. 8. simpl. Aegin. lib. 7. Oribas. 2. synopsis. 3. & 15. item. 15. Collect. & 2. virt. simpl. Aetius teor. 1. serm. 1. & Serapio. Item Auicenn. l. 2. tract. 2. c. 649. *b* Gal. 8. simpl. Aegin. lib. 7. Oribas. 2. virt. simpl. & Aetio. *c* Dioscorid. *d* Mesues de simpl. purg. c. 5. *e* Aueroes 5. Coll. *f* Amasus. lib. Acofta cap. 29. *g* lib. 5. c. 67. *h* lib. 14. c. 16. *i* Diosc. lib. 1. cap. 6. Oribas. 12. Collect. *k* notis in Dioscorid. *l* 9. hist. 7. *m* lib. 13. cap. 1. & 2. *n* lib. 1. cap. 75. *o* Ioann. 12. v. 3. & c. *p* distinct. 12. de oleis.




taxat, præstantissimum fiebat, post etiam in alijs vrbibus,) triplex descriptio habetur, sed hoc in vsum venit, quod recipit Nardi Indicæ vncias tres, Vini & aquæ singulorum vncias duas cum semisse, olei sesamini sesquilibram (vel eius defectu oleum dulce substituatur,) coquantur in duplici vase igne lento, frequenter mouendo, ad humoris aquei absorptionem. Habet & Serapio q, differenter tamen. Apud Myrepsium alia duo habentur quæ nimis sumptuosa sunt, & verius Balsama, aut vnguenta quam olea. Et hoc ob insignes virtutes Oleum benedictum appellatur: nam omnibus affectibus frigidis, flatulentis, cerebri, ventriculi, iecoris, lienis & vteri plurimum confert, & corporis odorem, & colorem commendat. Quod verò nonnulli Nardi vsum apud Indos periculosum scribant, ratio eos mouet, quod credant in Nardo quiddam veneni latitare, ex quo Indi venenum illud mortiferum Pison r vocatum conficiant, quod non modo potu, sed etiã cuti in sudoribus aspersum, exitiale. Hoc à nonnullis putatur esse quod à Dioscoride s Plinioq; t Pharicon, ab Athenæo u Phariacón appellatur; eò quod in gustu Nardum syluestrem resipiat, & eius odorem prorsus imitetur, resolutionemque neruorum cum conuulsione & delirio adferat. Verum Garzias x (& cum eo Acoſta y) qui in India multis annis medicinam exercuit, & non modo cum omnis generis medicis Asiaticis versatus, sed etiam Regibus & Principibus familiaris fuit, sibi hoc Pison nunquam visum esse, nec eius nomen audiuisse, refert. Hactenus de Nardo Indica & Syriaca, de alijs suo, Deo volente, loco dicetur.

DE NARDO SPURIA NARBONENSIS.

CAPVT X.

**N**ARDVS SPURIA NARBONENSIS, ab Aduerfarijs, his verbis describitur: Infima radix pusilla exilibus fibris, duris & raris, quæ subsunt spicatis, comosisq; torulis, minimum digitum crassis, colore palleſcentibus ex fusco, palmum ferè altis, non valde mucronatis, sed quadamtenus per extrema recisis: folio est viridi, rigido, iunceo, vix

NARDVS SPURIA NARBONENSIS.



pedem alto, numeroſo, quod ab ima radice ortum, transpiceam comam imum caulem ambientem sese exerit, multæque plantæ, quasi vno cespitis ambitu implexæ, vnius effigiem præ se ferunt. Tota inodora est, præterquam capillamenta spicea, quæ multo crassiora quam Indicæ sunt, odore musci querni, vel terrestris, cui semimerſa humo, comosa capillamenta inferuntur, è quibus gracilis ac nitidus iunceus culmus, Elphæ (id est Sparti) vocatæ non dissimilis, cubitum altus exit, à medio cuius ad summum alternatim sunt admodum exiles herbacæ filiquæ, apiculis è calyculis, aliquantum Schoenanthi flori, aut deflorescenti Geranio & Cotyledoni similibus.

**Locvs.** In Gallia Narbonensi, à Gange vrbecula, septem plus minus miliaria, distitus est mons perquã amœnus & celsus, herbarum præstantiorum feracissimus, cui idcirco vulgò nomen, DEI Paradyſus inditum: in cuius cliuo, qua ad meridiem, maræue mediterraneum vergit, hæc vberi prouentu, muscosis & vdis tractibus erumpit.

**NOMEN.** Nardus Gangitis spuria Narbonæ, quæ Gangitidi Dioscoridis prorsum

q in proprio Antidot.

r Hermol. lib. 1. coroll. 6. Ruell. lib. 2. c. 6. Lacuna in Diosc.

u lib. 3.

x lib. 1. c. 33. & hist. Lugd.

s de Alexipharm. cap. 19.

t lib. 28. c. 10.

y cap. 23.



quadrare videtur, Aduersarijs & Lobelio a: Nardus spuria Narbonensis, Lugdunensi. Nardus Narbonensis adulterina, Tabernæmont. & Gerardo. Belgis, *Valsche Nardus van Languedoc.* Anglis, *French Spikenard.*

~~~~~

DE CYPERO ET EIUS SPE-

CIEBVS.

CAPVT XI.

CYPERVS Κύπερος, Dioscoridi a, & Theophrasto Κύπερος & Κύπερος b Aegine- tæ c verò Κυπερίς, à radicis effigie, quæ pi- xidulam, aut poculum, vasculumue pusil- lum imitatur dictus videtur: etenim, apud Theophrastum d folliculus Ulmi, κυπερί- τῆς πιλέας dicitur. Etiam ἐρυσιόκηπτον, Dio- scorides, nominauit: vt & Hesy chius e, his verbis: κύπερος φύλον ὁ ἐρυσιόκηπτος, quæ ta- men appellatio, Aspalathi altera propria & peculiaris est, cum quo Cyperus similitudi- nem nullam, nec quoad formam, nec quoad vires, habet: alter f enim in Iuncorum genere, vitilium modo lentus folijs porra- ceis: alter in fruticum ordine aculeatus & lignosus. In medicina autem etsi aliquas vi- res & vsus pares habeant, non tamen in his quæ Græci ἀνισαλόμοια dicunt, id est equa- lia, & quæ nostræ ætatis medici quid pro quo dicunt, sibi respondent, & æquales vires habere decernuntur. Cypero siquidem Iuni- perus maior, & Aspalatho Viticis (Ericæ a- D liqui legunt) semen à Paulo Aegineta g ex- equatur. Verum hoc nomen, vt rectè Mar- cellus f, multis plantis commune est: siqui- dem Aspalatho, Cypero, Verbenacæ & alijs adiectum inuenitur: quare, in eo aliquid sit, quod multis commune sit, oportet. Licet, (vt Aristoteles monet) nomina ex pacto ho- minum inter se sint, vnde fit, vt diuersis lo- cis, eiusdem rei, diuersæ appellationes au- dianur: tamen ratio hæc videtur. Græci, ἐρυσον calathum & σπηρίδα iunceam sportam E dicunt: à qua voce, quæcunque texendis his apta sunt, fortasse quondam communi no- mine Erysisceptri donata: sic videas Verbe- næ caule viridem vimineum: sic & Aspal- athus, licet frutex lignosus sit, attamen Tilie modo lentore suo in tegetes, sportas, corbes, fiscellasque texi potest, & aliorum vitilium modo in nexus circumagi: in quos vsus

etiam Cyperus, Iunci que alij trahuntur. Vel, vt Fallopius b, fortasse similitudine ac- cepta à Iunco, quia hæc planta sit veluti vir- ga iunca: vel, & melius, quia in summo caule ferat calicem, semen continentem. Huius enim plantæ caulis similis est malo nauis, atque arbori, habens in summitate calicem illum & calathum. Quod vero i aliqui Cypero, Aspalathi nomen etiam tri- butum esse velint, eos falli, verba Dioscori- dis hæc edocent. Κύπερος ὁ ἐρυσιόκηπτος, ὡς B τῷ ἀσπάλθον, καλεῖται. Cyperum nonnulli, e- que atque Aspalathum, Erysiscepton no- minant. Democritus, vt in Geoponicis h habetur, tradidit aliquibus Ζέροναι dici; vbi de rotundo etiam loquitur. Latinis Cype- rus & Cypirus. Verum hæc tria Cyperus, Cypirus & in feminino genere Cyperis, sunt qui confundunt, cum partim genere, partim vt totum à parte differant. Plinius l distinctione fecit: quidam, inquit, etiam- num vnū genus faciunt Iunci trianguli Cy- peron vocant: multi verò non discernunt à Cypiro, vicinitate nominis: nos distingue- mus vtrumque. Cypirus est Gladiolus ra- dice bulbosa, laudatissimus in insulis Creta, dein Naxo, & postea in Phœnice: Creti- co candidior odorque vicinus Nardo, Naxio acrior, Phœnicio exiguum spirans, nullus Aegyptio. Et mox. Cyperus iuncus est an- gulosus, iuxta terram candidus, cacumine niger, pinguisque: folia lina porraceis exi- liora, in cacumine minuta, inter quæ est se- men: radix oliuæ nigræ similis, quam cum oblonga est Cyperida vocant. Laus Cypero prima Hammoniaco, secunda Rhodio, ter- tia Thracio, nouissima Aegyptio, quod & confundit intellectum, quoniam & Cypi- ros ibi nascitur. (Plinius errorem suum ol- facit, vt qui paulò ante male Cypirum à Cy- pero distinxit.) Sed Cyperos durissima vix- que spirans (idem, paulo ante, de Cypiro scripsit.) At nonnulli m distinctionis gra- tia, Cypiron pro Gladiolo, Cyperon pro Iunco triangulo nominant: non desunt qui Pseudocypirum Gladiolum vocitent. Lati- ni quoque Cyperum Iunci radicem reddi- dere, totam plantam & vtiliorem eius par- tem simul signantes, qua appellatione etiam Columella n vsus est. Sic Marcello Empi- rico o Iunci radix est, quam Græci Cype- rum appellant. Quadratus autem & angu- laris, ad differentiam Iunci rotundi, quem

a in Iconibus. a lib. 1. c. 4. Galen. Oribas. Actio. b Theophr. 4. hist. 11. & 7. caus. 17. c lib. 7. d 2. hist. e in suo Lexico. f Marcellus in Dioscoridem lib. 1. c. 4. g lib. 7. c. 25. h in lib. 1. Dioscor. cap. 8. i Fragesm. k lib. 2. cap. 5. Ruell. lib. 2. cap. 4. l lib. 21. c. 18. m Hermetique lib. 1. Coroll. 4. mones, & Ruell. lib. 2. c. 4. n lib. 12. c. 51. o lib. de medicam. cap. 11. & 12.



Græci *χοῖνον* vocant cognominatus est. Verum de angulis Cyperi inter autores non conuenit: siquidem Plinius *l* triangulum primo, mox angulosum: Celsus *p* quadratum, cui Iuncus quadratus dicitur. Cordus *q* quadrangulum negat: contra plerumque quadrangulus, Amato *r*: raro quadrangulus Brasauolæ: triangulus verius Gesnero *s*. Cautius Dioscorides, qui nec triangulum, nec quadrangulum, sed angulosum appellauit: sicque vtramque differentiam complexus est, & sic omnem litem diremisse videtur. Sed reuera quandoq; caulem triangulum, quandoque quadrangulum habet, idcirco Mutinentibus, apud quos copiose prouenit vulgo *quadriletto* dici Fallopius autor est. Arabibus *Saberade*, id est *Iucha t*, Serapioni: *Sbad*, Auicennæ *u*, *Scoadi*, Auerrhoi *x*. Cyperus, officinis.

DESCRIPTIO talis est apud Dioscoridē *a*. Folia fert Porro similia, sed longiora & exiliora: caulem verò cubitalem, aut etiam maiorem, angulosum, Iunco similem: in cuius cacumine minuta sese folia proferunt, inter quæ est semen: radices subiacent, quarum etiam vsus est, oblongæ instar oliuarum inter se cohærentes, aut etiam rotundæ, nigrae, odoratae, amarulentæ. Nascitur locis cultis iuxta atque palustribus. Eadem fere Plinius *y* uti iam diximus. At Theophrastus hæc sparsim *ωει κυπέρις* (Gladiolum Gaza vertit) habet *z*: Radix eius plurimum inæqualitate à cæteris distat, quod pars quædam crassa carnosaque sit, quædam gracilis D atque lignosa: quin & germinatione generationeque refert. Nascitur enim de *zz* ramaceo illo radix altera tenuis; iuxta latus, deinde caro rursus in ea conglobatur, ex qua sese caulis promit, in quo positum germen est, in profundum quoque radices eodem modo demittit, quamobrem omnium maxime mori contumax est, euellique difficilis *a*: verum enodis est, sed ita enode accipi volo, vt nodos paucos, naturæ ordine habeat, vt Iuncus & Typha *b*: caulis quandam æqualitatem sortitus est peculiarē, vt etiam Butomi caulis *c*: folia Arundinis similia habet *d*, permulta habet sicut Alga, Phleum & Butomus *e*: in fluuijs, locisque eiusmodi nascitur sicut Arundo, Phleum, Iuncus & Butomus *f*: in lacu Orchomenio etiam prouenit *g*: calida cum sit, à gelu torpere mini-

me potest. Radices *h* dulces sunt & cibo idoneæ, sicut etiam illarum quæ in palustribus exeunt, vt sunt Gramen, *κύπερις*, Beta, Apium & Equapium, quorum radices & caules dulces sunt, folia maxime. Cyperus *i* quamuis odoratus & suapte natura siccus sit, tamen minus redolet recens & viridis: ad *k* vnguenta vero eo vtuntur. Democritus *l* folia tribuit similia *κάρτα*, (Cartæ ac Papyro Fallopius reddit,) vbi recens sunt enata, gracilia, cauliculum veluti Iuncus, graciliorem tamen, in cuius vertice semen est veluti Milium: radices nigrae sunt veluti Oleæ, aromaticum saporem habentes. Verum Dioscorides & Theophrastus, circa saporem huius radices, non conueniunt: amaras enim Dioscorides dicit, Theophrastus verò dulces. Fallopius *m* codicem Theophrasti deprauatum suspicatur, & loco Cyperi, Gladiolum reponendum esse.

GENERA duo Dioscorides proposuit: alterum radicibus oblongis, Oleis similibus, aut rotundis: alterum in India Gingiberis effigie, Curcumam officinarum intelligens, quæ Cyperis Indica herba Plinio *n*: de qua post Gingiberis historiam, sermo erit. At Galenus, Aetius & Paulus Aegineta, vnum tantum Cyperum agnoscunt. Nos Cyperum alium dicimus amarum, alium dulcem: amarum, vel odoratum, vel inodorum: vtrumq; vel rotundum, vel longum. Dulcis verò, vel angustifolius, vel latifolius est.

DE CYPERO ROTUNDO  
ODORATO.

CAPVT XII.

I. CYPERVS ROTVNDVS ORIENTALIS MAIOR: radicibus est rotundis Oliuæ crassitie, multis, media quadam fibra tanquam filo, Filipendulæ modo connexis, varijs strijs aspersis, foris subrufis, aliquando rubentibus, aliquando etiam nigris, intus albidis, aromatici odoris & acuti saporis: folijs est porraceis, longioribus tamen atque angustioribus: caule cubitali, anguloso: in cuius cacumine, folia aliquot stellæ in modum disposita, è quibus spicæ aliquot herbacei coloris, semina continentes, prodeunt.

Locvs. In Ægypto, circa vrbem Bagadet

p lib.3.c.21. q lib.1. in Diosc. c.4. r lib.1. in Diosc. enarr.4. s lib. de hortis. t de temper. simpl. u cap.192. x de simpl. cap.42. & 149. y lib.21.c.18. z 4. hist. 11. zz αττο τὴ τσπεριδρα. a 1. hist. 13. b 1. hist. 8. c 1. hist. 16. d 4. hist. 12. e 4. hist. 9. f 4. hist. 11. g 1. caus. 26. h 6. caus. 16. i 6. caus. 17. k 9. hist. 7. l in Geoponic. lib.2.c.5. m in lib.1. Diosc. c.8. n lib.21.c.18.



in muscosis humidis copiosè Rau Wolffius *a* A vidit, in Nilo flumine & pluribus Ægypti lacubus, vel locis palustribus copiosissimè prouenit, Alpino *b* monente: quare ex Syria, Venetias & inde alio transportatur.

NOMEN. *Κύπερος σπύγγυλος* Græcis, Cyperus est Dioscoridis: Cyperus Dioscoridis maior, rotundus, Aduersarijs: Cyperus rotundus Orientalis maior vel Babylonius, Rau Wolffio *a*, qui hodie Aethiopibus, Arabico vocabulo *Soedt* dici asserit, & Galangam syluestrem nominat: Cyperus rotundus, qui *Hodueg* Ægyptijs, Alpino: Cypero rotundo similis, Cæsalpino: Cyperus maior Syriacus Camerario, qui radices huius, rotundo vulgari *c*, adpinxit.

II. CYPERVS ROTVNDVS ORIENTALIS MINOR: hic illo duplo minor est, cortice fusco, villosò, priori sapore & odore similis, qui non modo è Syriæ montosis vdis, sed etiam Illyriæ & Apuliæ, vbi spontè prouenit, in Italiam defertur.

NOMEN. Huius primus Fallopius *d* meminit, & dicitur Cyperus rotundus minor, Aduersarijs. Similis ex Creta, sed nigro cortice adfertur, quem Cyperum minorem Creticum Camerarius nominat: cuius Plinius *e* Cypiri seu Gladioli nomine meminit & laudatissimum ait in Creta, cui color odorque vicinus Nardo, at Naxio acrior: Phoenicio, exiguum spirans: nullus Aegyptio.

III. CYPERVS ROTVNDVS VVLGARIS: radicibus est oblongis rotundis, è fibris aliquot coherentibus, multis inuicem contextis, quæ quotannis novos oculos & asparagos Iuncorum modo emittunt, qua ratione propagatur. Sed non tam exquisitæ rotunditatis, vt Orientalis vel Cretensis: nigræ sunt & rubræ præter partem cauli proximã: odor ipsarum suavis est, qui diuersimode describitur, aliquibus velut vini, nam, vt Fallopius *d* inquit, quasi inebriat, & ideo mirum non esse quod Quadrilettum (sic enim Cyperum vocat) rusticos inebriet: caule breuiore & folijs minoribus, quam in Cypero longo.

Locvs. In lacunosis & palustribus prouenit, magis tamen arenosis gaudet. Monspessuli legimus. Vniuersa Hispania abundat, Amato monente, Salmanticenses Pharmacopolæ Auellanada vocant: nec in Italia, præsertim Longobardia deest. Muti-

### III. CYPERVS ROTVNDVS VVLGARIS.



næ etiam & in Hetruria.

NOMEN. Hic Græcis simpliciter Cyperus dicitur: *Κύπερος σπύγγυλος*. Iuncus angulosus & triangularis, Plinij: Cyperus, Trago, Lobelio: cui & Iuncus quadratus, Celsi: Cyperi prima species, Amato: Cyperus rotundus Cordo *f* Gesnero *g*. Dodon. Lobelio *h*, Lonicero, Tabernem. Gerardo: Cyperus alter, Cæsalpino. Germanis, *Runder wilder Galgant*. Anglis, *Round Galingale*. Gallis, *Souchet*. Italis, *Cypero*. Hispanis, *Iuncia odorosa*, *Iuncacheyrosa*. Lusitan. *Iuca de cheiro*. Sunt qui censeant Cyperum quem Gladiolū in Theophrasto Gaza vertit, à Dioscoridis Cypero diuersum esse: verum videtur Theophrastus *i*, ea quæ Dioscorides proposuit, confirmare: siquidem eius radix magna inequalitate notatur: quod pars quedam crassa carnosaque, quædam gracilis atque lignosa sit. Nonne vides radicis tenuitatem, surculosam protinus in oliuarum figuram turbinari? an non è latere huius radiculae nascuntur, vnde cauliculus erumpit, deinde caro rursus in orbiculos glomeratur? sic & radices in altum agi, ideò difficulter euelli; & mori quis non videt? In summa si reliqua, quæ sparsim à Theophrasto traduntur, quæ omnia præcedenti capite adduximus, perfe-

*a* part. 2. cap. 8. & 9. *b* de plantis Ægypt. *c* in suo Matthiolo emaculato. *d* com. in lib. 1. Diosc. cap. 8. *e* lib. 21. cap. 18. *f* in Dioscoridem. *g* lib. de hortis. *h* in Iconibus. *i* 4. hist. 11. hoc approbat Ruell. lib. 2. c. 4.



qui lubeat, inuenies omnia Cypero Dioscoride conuenire. Cæsalpini est opinio, Cyperum nostrum & rotundum & longum, de quo sequenti capite, aliqua ex parte differre à Dioscoridis Cypero, licet viribus fortè non sit inferior: Qui enim apud nos radicem oliuarem fert, non ad eam altitudinem adolefcit: cui autem caulis altus est, radix neque oliuaris est, neque rotunda. Sed hoc, plures esse Cyperi species, quam à Dioscoride fuerint positæ, arguit, minimè verò concludit, plantas à nobis propolitas, Cyperum non esse. Est autem Cyperus *k* optima, quæ grauissima est, densa, plena, egrè fragilis, aspera & odorata, cum quadam acrimonia, cuiusmodi censetur Cilicia, itemque Syriaca: & quæ à Cycladibus insulis petitur: cum Cyperus in Orientalibus proueniens odoratior & efficacior sit. Et cum ab Alexandria Aegypti, Cilicia & Syria non multum distent, ideò ex illis locis adferri potest, cum Veneti frequenter recto cursu in Syriam nauigent.

QUALITAS. Nunc ad qualitates Cyperi, qui licet odoratus sit, & suapte natura ficcus, tamen minus recens & viridis, redolet. Folia *m* & summa germina, mistæ facultatis sunt, habent enim quiddam digerens ex aquea substantia modicè calida: verum *n* radices maximè vsui sunt, quæ absque *o* morfu, & citra molestiam calfaciunt & siccant, eisque vis quædam adstringendi & incidendi, ex frigida terrestri inest. Vasorum *p* oscula recludunt, vrinas mouent, calculosis *q* (quod incidendi vim quampiam illis inesse testatur calculos *o* atterendo) & hydropicis potu auxilio est, vt & aduersus *q* serpentum, præsertim scorpionum ictus. *Σκορπιόδηλος* quædam exemplaria habent, quæ lectio *r* nonnullis probatur, Pauli Aeginetæ antiqui scriptoris autoritate fretis, qui Cyperide hac, contra scorpionum ictus vtitur. Alij *s* quemadmodum plura exemplaria habent, & etiam Dioscoridis antiqua interpretatio *μεροδήλος* legunt, quæ vox Dioscoridi vsitata: & si ita legitur, communi serpentibus & quadrupedibus voce, ferarum vel bestiarum morsus reddere oportet, ex Manardi *t* sententia: aut potius *s* *σκορπιόπληκτις*, hoc est à scorpione ictus, qua voce Dioscorides *u* etiam vtitur. Nam vt Ouidius *x* Non metuendus enim morfu, sed

A acumine caudæ Scorpius: quanquam, & eiusmodi aculeum, Plinius *y* dentis nomine appellare non veretur: cui *z* radix Cyperi aduersus serpentum ictus, scorpionum præsertim remedio est. Aegyptij *a*, apud quos maximos in medicina vsus habent, ex ipsis decoctum parant, quo vt & puluere, ad frangendum in renibus lapidem, & ad prouocandam vrinam frequentissimè vtuntur, quemadmodum etiam in chronicis febribus, alijsque diuturnis morbis. Idem ad cerebri, neruorum, pulmonum, stomachi, (ad eius coctionem iuuandam) vteri & articulorum corroboracionem, calfacicionem & siccacionem aliquot diebus exhibet: quare omnibus morbis à cerebri tum frigida, humidaque temperie, tum frigidorum humorum destillatione causatis efficacissimum auxilium sunt, nec non stomachi cruditatibus, humiditatibus, flatibus, anhelitusque difficultati, orthopnæe, tussi: hystericis omnibus mulieribus, ex frigido humidoque vtero affectis, alijsque morbis ab iisdem vteri causis obortis, medentur: ad suppressos menses, quos efficacissimè reuocant, Aegyptijs remedium familiare est: hinc Plinio *z* vuluas aperit pota: largiori, tanta vis, vt eas expellat. EXTRINSECVS: Ad capitis dolorem ex frigore, Cyperum tusum, adipe anserino admixto, capiti illinit Galenus *b*. Fotu menses euocat, & vuluæ perfrigerationibus & obstructionibus adhibetur: quod si & decocto radicum foueatur, suffitum recipiat, aut ex radicibus emplastrum confectum calidum lumbis applicetur, menses mouebit. Sic & ad læuorem (farinam alij habent) tritus, cum facile Cyperus rotundus in farinaceum puluerem abeat, facit ad oris *c* vlcera (præcipuè addit Plinius *z*, que in stomacho, cum vino vel aceto) etiam depascendo serpentina: ad que vt & pudendorum, sananda, familiarissimè Aegyptij tum puluere, tum radicum combustarum cinere, vtuntur. Imò vlceribus, quæ *d* præ nimia humiditate, cicatricem difficulter admittunt, mirificè profunt: nam citra mordacitatem radix hæc vlcera validius exsiccando, citius ad cicatricem perducit, & propter vim quandam adstrictoriam, oris vlceribus valde conuenit. Quod si farina *e* hæc, addita baccarum lauri eadem mensura impuberis pueri vrina excipiatur & illinatur, hydro-

*k* Dioscoridi, Oribasio, 11. Coll. 1. Actio tetr. 1. sermo. 1. cap. 196. *l* Theoph. 6. caus. 17. *m* Orib. 15. Coll. *n* Gal. 7. simpl. Actius tot. 1. sermo. 1. *o* Gal. Orib. 15. Coll. 2. virr. simplic. 2. Synops. 12. Aegines. lib. 7. *p* Diosc. Gal. *q* Diosc. Plin. lib. 21. c. 18. *r* Marcell. Virg. lib. 1. cap. 4. *s* Saracen in Diosc. *t* 8. Epist. 3. *u* lib. 1. c. 5. *x* 4. Fastor. *y* lib. 11. cap. 37. *z* lib. 21. cap. 18. *a* Alpinus cap. 37. *b* lib. 2. *c* Diosc. Gal. Aegin. *d* Gal. Aegin. Orib. 7. Synops. 11. *e* Matthiolus.



picos mirificè iuuare inquirunt. Miscetur & *A* *f* malagmatis calfacientibus & ad vnguentorum spiffamenta aptatur: quare radicibus vti vnguentarios Theophrastus *g* scriptum reliquit. Marcellus Virgilius verba hæc Dioscoridis *λιθιῶσι πνομική βοηθεί*, bibitur cōtra vesicæ calculos, vertit: quæ an Dioscoridis mens fuerit, non sine causa dubitatur, siquidem multa sint, quæ renum calculos frangunt, vesicæ nequaquam, inter quæ Cyperus *h* reponitur: & non sequitur, si calculum comminuere potest, quod etiam *B* vesicæ possit, quod longe difficilior est. Orientali verò utroque in Antidotis & Theriacæ compositione, vtendum est: vtrumq; Xylobalsami succedaneum, Collegium Venetum & Patauinum fecere. Ne teredine exedantur, cerâ oblinire solent. Mirum tradit Apollodorus, Plinio referente, non egredi barbaros domibus, nisi ab hoc suffitu, vegetiores enim firmioresque sic fieri: addit: nidorem eius excipientes ore lienes consumere. Hæc *i* de Cypro tradit: ista tamen *C* Cyperi propria videntur, cum suffitibus dicitur, & domandis vnguentorum oleis, nam ei odor est Nardum imitans: quod in Nardo Dioscorides fatetur, tradēs Nardum odore iucundo Cyperum emulari.

IV. CYPERS ROTVNDVS MINIMVS HISPANICVS: de hoc plura dicere non licet, quam quæ ex Clusio *k* subijciemus. Non possum non (inquit) meminisse elegantissimi pumili & pede humilioris Cyperi rotundi, quem in sportulis à Guilielmo Boelio *D* ex Hispania relatis, conspexi.

~~~~~

## DE CYPERO ROTVNDO INODORO.

### CAPVT XIII.


I. CYPERS ROTVNDVS INODORVS EX FLORIDA: cū ex descriptione & facultatibus colligere sit, hanc plantā ad Cyperi genus aliquod referri posse, idcirco quæ de eā Nicol. *E* Monardes *a* habet subiungemus. Ex portu S. Helenæ, qui est in prouincia Florida, radices quædam adferuntur prælongæ, sed nodosæ admodum, pollicari crassitudine, foris nigrae, intus albæ, sapore aromatico Galangæ ferè simili, quæ siccatæ rugantur, duræq; & quasi corneæ fiunt. Planta ramos suos per terram diffundit, foliâq; ampla, & viridia admodum profert.

LOCVS. Nascitur locis humidis.

NOMEN. Radix S. Helenæ, Monardi dicitur: Pater noster S. Helenæ, Castori: Pater noster, vel radix S. Helenæ, Lugdun. Galangæ similis radix ex Florida, Fragofo.

QUALITAS. Sicca initio, calida in fine secundi gradus existimatur. Radicum puluis cum vino haustus in ventriculi doloribus, vrinae difficultatibus, & nephritide commendatur. Easdem Indi lapidibus conterunt, totumque corpus balneaturi sibi inducunt, quoniam cutim constringunt, & membra, vt inquirunt, suo grato odore commendant. Sic ex resectis nodis & perforatis, precatoriæ sphaerulæ fiunt, quas milites Hispani & Indi de collo suspendunt, multumq; illis tribuunt.

## II. CYPERS ROTVNDVS INODORVS ANGLICVS.



II. CYPERS ROTVNDVS INODORVS ANGLICVS: radicibus est subrotundis, Cypero paribus, aliquando auellanae magnitudine, nigris, rugoso cortice tectis, longè lateque sparsis, multis filamentis & quidem cubitum excedentibus, implexis: caulibus cubitum superantibus, triangulis, nigricantibus & nitidis: folijs oblongis angulosis, panicula racemosa congesta.

LOCVS. Ex Gallia habemus: & in Angliæ borealis, & Belgij fluminum littoreis,

*f* Dioscorides.

*g* 9. hist. 7.

*h* Manardus lib. 8. Epist. 1. & 2.

*i* Ruell. lib. 2. c. 4.

*k* curi posterioribus.

*a* cap. 59.




leneffluentorumq; riuulorum & maris al-  
luuionibus, Lobelio attestante, oritur.

**NOMEN.** Cyperus rotundus inodorus  
littoreus, Lobelio, & Lugdunensi. Cæfal-  
pinus, Pseudocyperum proponit, Cypero  
maiori similem, hirsutiorem, seminum flo-  
cis crassiolem, nigricantem, forma spicata:  
radicibus rotundis, ferè nucem equantibus,  
nigris, per longa interualla dispositis, vt in  
oliuari: sine odore, sapore adstringente:  
quæ alias radículas fibrosas, summa tellure  
ferat, idcirco rotundas ob profunditatem  
difficiles extirpatu esse, quæ in fluminum ri-  
pis detectæ ob aquarum cursum inuenian-  
tur: herbam tum huius, tum Cyperi, ad  
foenum secari & pro tomento lectis subster-  
ni, & Noccum in Etruria vocari: tenellæ  
melleam quandam dulcedinem prope radi-  
cem inesse: quamobrem pueros mandere  
& succum exugere. Hunc Pseudocyperum  
Plinij *b* & Dioscoridis *c* in Antispodij cen-  
set: quo loci Dioscorides ex Pseudocypero  
cremato, Antispodium quoque fieri refert: *C*  
idem & Mnasium Theophrasti *d* statuit,  
quod in Aegypto nasci, ciboque idoneum  
esse scribit, siquidem dulcedine & copia ali-  
moniam præstet.

**QUALITAS.** Gustu est substringente, odo-  
ris ac saporis expers, quare frigidus & siccus.

**III. CYPERVS ROTVNDVS  
INODORVS GERMANICVS.**



*Cyperus rotundus*  
*lib. 17. cap. 13.*  
*lib. 5. cap. 36.*  
*lib. 4. cap. 64.*  
*4. hist. 9.*

*b lib. 17. cap. 13. c lib. 5. cap. 36. lib. 4. cap. 64. d 4. hist. 9.*

**III. CYPERVS ROTVNDVS INODORVS  
GERMANICVS:** huius radix nonnullas sed  
paucas, teretes, oliuares, oblongiores, instar  
filipendulæ, glandulas emittit, gustu leuiter  
astringentes, nulla odoris gratia commen-  
dabiles: caules ei sunt sesquicubitales, trian-  
guli: folia habet Cyperi longi folijs similia,  
ad radicem multa, etiam per caulem sparsa,  
ita vt quoque paniculæ, folia duo, nonnun-  
quam quatuor, subsint: panicula est rufes-  
cente, communiter conglobata.

**Locvs.** Hunc copiosè in horto Ill. Ducis  
VVirtembergici, qui Montembelgardi à  
Ioan. Bauhino fratre piæ memoriæ coleba-  
tur, obseruauimus, qui idem est cum eo,  
qui in scrobibus & riuulis ad Scaldæ amœ-  
nissima fluenta, pone nouam Antuerpianam  
urbem prouenit, Lobelio, (& ex eo Lugdu-  
nensi historia) monente, quibus Cyperus  
aquaticus septentrionalis: at Camerario,  
Cyperus rotundus nigras inodoras radices  
habens, dicitur.

**DE CYPERO LONGO  
ODORATO.**

**CAPVT XIV.**

**I. CYPERVS LONGVS  
ODORATVS.**



*Cyperus longus*  
*lib. 17. cap. 13.*

**I. CYPERVS LONGVS ODORATVS: radici-**

**busest**



bus est oblongis geniculatis, multis interno-  
dijs sibi implicitis & Graminis modo sum-  
mo cespite serpentibus, fibris multis capilla-  
tis, è puniceo nigricantibus, succulentis, car-  
ne verò in subluteo albicante, odoratis, sub-  
amaris, cum ob nimiam locorum humidi-  
tatem, amaritudo non rectè persentiatur,  
vel subacribus cum quadam adstrictione.  
Sane huius radices ferè infinitæ sunt inui-  
cem complicatæ, vt sunt radices Arundinũ:  
quibus & aliquæ radiculæ festucosæ adsunt,  
quibus aliæ radices oliuosæ appenduntur: B  
nam hæc planta habet duplicem radicem  
ad superiora, & inferiora, cum tamen alię  
plantę sursum, alię deorsum magis ferantur,  
alię in vtramque partem, quod in Cypero  
esculento videre est. Folia habet arundina-  
cea, porraceis longiora, graciliora, duriora,  
dorso eminente & acuto, vt tanquam acies,  
manus euellentium scindat: caule est cubi-  
tali, nonnunquam etiam altiore, erecto, e-  
nodi, glabro, striato, triangulo, fortè ali-  
quando quadrangulo, ab imo candicante, C  
medulla alba, vt in Iunco refertò, in cuius  
cacumine folia minora quadantenus, stella-  
tim disposita, comę (quam etiam superant)  
subiecta: panicula seu iuba, (Iunio, Iulio, &  
Augusto subrufa, & dum floret Agallo-  
chum ferè olente) lata laxaque ex cacumine  
dependet, in cuius glumis exiguum a semen  
durum, cortice nigro vestitum & triangu-  
lum occluditur. Quod semen, ait Fallo-  
pius b infestissimum in nostra Oriza, in no-  
stris regionibus, & si comedatur inebriat D  
vt Lolium.

Locvs. In lacunosis & palustribus Gal-  
liæ & Italiæ: vbi etenim apparet, ibi aquile-  
ges aquam inuenient, autore c Constanti-  
no. Sic in vallibus Pedemontij & Ferrariæ  
oblongis radicibus, intenso odore, vt autor  
Brassauolas d, carentibus. In Germania  
apud Velcurionenses prouenire Cornarus e  
notat: in pratis humidioribus circa Raper-  
suillam oppidũ ad lacum Tigurinum spon-  
tè nasci, Gesnerus audiuit: ad tractum Rhe- E  
ni etiam prouenire aliqui asserunt, Trago-  
monente. Verum f etiam in hortis colitur:  
& præcipuè longus (nam rotundus odor  
perrarus est,) & nisi singulis tribus annis  
transplantetur, non perdurat. Cyperi radi-  
ces longas admodum odoratas, Cocyræ se  
inuenisse Alpinus scribit.

NOMEN. Cyperida Plinius vocat: Cype-

rus dicitur Matthiolo, (qui vna figura & lē-  
gum & rotundum exprimit, vt & Lugdu-  
nensis historia,) Anguillaræ, Lacunæ, Ges-  
nero, g (cui & Iuncus angulosus,) Castori:  
Cyperus Romanus siue longus, Cordo b:  
Cyperus longus habitior, Aduersarijs: o-  
dorator, Löbelio, Lugdunensi: Cyperus lō-  
gus, Dodonæo, Camer. i Tabernæmont. &  
Gerardo: Cyperi secunda species, Amato:  
Cyperus primus, Cæsalpino. Germanis,  
Langer wilder Galgan/ id est, Galanga sylue-  
stris longa: Wolriechende effete Binsen/ hoc  
est, Iuncus angulosus odoratus. Belgis,  
Vvilden Galigaen. Anglis, Vvilden Galingale  
& Galingue. Gallis, Souchet. Italis, Cypero.  
Longobardis, Trecola. Hispanis, Iunca chey-  
rosa, Iuncia de olor. Lusitanis, Iunca de cheiro,  
Albasor. Bohemis, Galgan planty.

Vsvs. Hic communissimus est officina-  
rium Cyperus, quo pro vero vtuntur & vti  
possunt, licet is qui oliuari est radice, à Dio-  
scoride commendetur, quare ea quæ supra  
dicta non repetemus. Plinio k si credimus,  
laus prima Hammoniaco: secunda, Rho-  
dio: tertia, Thracio: nouissima, Aegyptio.  
Recentiores hoc vtuntur, quo intellectum  
roborant, concoctionem iuuant, hilarita-  
tem causantur, oris factorem adimunt, colo-  
rem conciliant. Si radicibus puluerifatis,  
saccharum & mel addatur, & cum pauco vi-  
no simul coquantur, dein in taleolas disse-  
centur, & iusculum affundatur, Gingiber  
conditum æmulabitur. Aliquot l diebus  
in oleo macerant, eoque renes ad calculi de-  
pulsionem inungunt, etiam vesicam, vt vri-  
nam promoueant. Galli m, Iunio mense  
radicitus eruunt, & stipites in manuales fas-  
ciculos digerunt, quos prius insolatos ace-  
to conspergunt, siccatosque frustatim tun-  
dunt, vestibus interponunt, vt sua odoris  
gratia commendent. Sic & n Hispaniæ &  
Italiæ mulierculæ, radices aceto paratas, pro  
odoramento ac suauis suffitu recondunt: a-  
liquę etiam pulueres conficiunt.

II. CYPERVS LONGVS ODORVS PERVA-  
NVS: radice est rufescente, oblonga, torosa  
vt Iridis, qua tamen minor est, fibris ob-  
longis, crassis, duris, trium quatuorue vn-  
ciarum, aliquibus capillatis, intus candican-  
tibus, Angelicę syluestris (ficulnei folij, Mo-  
nardo,) odore præditis.

Locvs. E Charcis prouincia Peruana  
aduehitur, & ab Hispanis Indias inhabitan-

a Ges. hort. nullum aut inusile. b in lib. 1. Dioscor. cap. 8. c in Gesponicis lib. 2. c. 5. d in examina simplic. e lib. 1. in Diosc. emb. 4.  
f Camer. in hortis. g in Catalogo. h in Dioscoridem lib. 1. c. 4. i in hortis. k lib. 21. cap. 18. l Lonicerus. m Ruellius  
lib. 2. cap. 4. n Amatus in Dioscor.



tibus *Contra yerua*, quasi dicas, Alexipharmacum, appellatur, Monardi, (quo nomine ex Hispania à Doct. Iacobo Albino accepimus,) Radix contra venena, Lugdunensi.

QUALITAS. Radix gustata aromaticum quiddam cum acrimonia coniunctum sapit: huius pulvis ex vino albo sumptus, aduersus omne venenum, cuiuscunque tandem sit generis (vno sublimato excepto) præstantissimum remedium est, illud vomitu reijcere faciens, aut per sudores euacuans: sed & amatoria pocula, eo puluere hauisto, educi ferunt: ventris etiam animalia pellit: hæc Monardes. Nobis quoque relatum, Hispanos hanc radicem, Lapidi Bezoari præferre. Sunt, qui radicem hanc in taleolas dissectam, aquæ fontanæ infusam, ibi vim suam ἀλεξιπνεύου deponere credunt: aquamq; istam utilissime in potu dari infantibus variolis laborantibus, quibus cætera medicamenta nauseam pariunt.


~~~~~

## DE CYPERO LONGO

INODORO.

### CAPVT XV.

#### I. CYPERVS LONGVS INODORVS PERVANVS.



I. CYPERVS LONGVS INODORVS PERVANVS: radicem habet prælongam, eamque subinde in nodos inæquales extuberantem, & veluti è crassis squamis contextam, Dentariæ enneaphylli ferè similem, crassitudine magna ex parte semunciali, foris nigricantem, & cum exsiccata, rugosam ac duram, intrinsecus verò albam, cui hinc inde fibræ, alię tenues, aliæ crassiusculę dure

& lentæ adnascuntur, è quibus alij nodi dependent: nullo manifesto odore prædita est, sed saporis nonnihil astringentis, & linguam initio exsiccantis, diutius verò manducata, tenuem suauemq; acrimoniam in ore relinquit, vt rectè Clusius monet.

LOCVS ET VIRES. Radicem hanc Hispanos in Peru maximo in pretio habere, nec nisi difficulter redimi posse, & folia præfens quidem venenum, ipsam autem radicem non modò huius veneni, sed etiam aliorum Antidotum esse: cor ac facultates vitales roborare, si pollinis in modum trita, manè ex pauxillo vino sumatur, ex aqua verò febris ardores mitigare, ex N. Eliot, qui ipsius Drake in ea nauigatione comes fuit, Clusius intellexit.

NOMEN. Drakena radix, Clusio (& Lugdunensi) à Francisco Drake equite Anglo, à quo absoluta Anno CI 0. IO. x x c. nauigatione, qua totum orbem, superato Magalánico freto circumierat, dono accepit. Bezardica radix, Tabernæmontano. Sanè, vt rectè Clusius, facultatum ratione valde cum præcedente conuenit, & solum in hac aromaticus sapor & caloris gradus, qui illi tribuitur, desideratur: quæ differentia, fortè ratione ætatis obuinit: quare qui volet eandem dicat, nam & ex Anglia à Doct. Cargillo, in cæteris à priore non differentem accepimus. Germanis, *Giffwurzel*.


II. CYPERVS LONGVS INODORVS ORIENTALIS: radix præcedenti affinis videtur, que vt Clusius a scribit, in ingenti illa prætorianaui, proregem ex Orientali India reuente & ab Anglicis naucleris occupata, in copia reperta fuit: etenim tuberosæ erant, & quantum ex earum forma colligere licebat, per terræ superficiem repentes, multis villis & fibris oblitæ, fuliginoso colore præditæ, nonnihil tamen ad flauum tendente, saliuam, dum manducabantur, inficientes, & amaræ: & foliorum aliquot pediculos adhuc retinentes. Has magni apud Indos vsus fuisse verisimile est, quandoquidem prorex eas, cum alijs nobilibus medicamentis, in India Orientali natis, attulerit. Radix Drakenæ affinis Clusio dicitur.

III. CYPERVS LONGVS INODORVS GERMANICVS: ex radice crassa, oblonga, varijs fibris donata caules bicubitales exurgunt, circa quos folia oblonga triangula, panicula Iunci modo breui & sparsa.




III. CYPERVS LONGVS INODORVS GERMANICVS. A I. CYPERVS ROTVNDVS ESCVLENTVS ANGVSTIFOLIVS.

Cladium germanicum, Schrad. Sp. 100.



B

C



Locvs. In Belgio multis locis vdis prouenit.

NOMEN. Cyperus longus inodorus syluestris, Lobeliö b. Germanis, Langer wilder Galgan ohne geruch. Belgis; Wilde Galgaen sonder reuck. Parui fit cum inodorus sit, & à Paracelsicis in Heluetia, suis medicamentis misceri Lobelius refert.

IV. CYPERVS LONGVS INODORVS SYLVATICVS: radices habet oblongas, geniculatas, rufescentes: folia plura palmaria, viridia, angusta, subaspera, ad principiũ membrana rufescente simul vestita: caulem hactenus nullum obseruauimus.

Locvs. In syluosis, montosis, humidis, vt in monte nostro Muteto, prouenit.

berant, extremum diuisum habentes, vt Mali Punici fructus, Mespili coronam emulantes, paucis lineis per obliquum circumductis, ac si pluribus partibus coniunctis constarent: aliquando Cicërum, aliquando Fabarum magnitudine: vel, vt Columna, magnitudine & forma, ad fructum minoris Mespili ex genere Setaneæ, accedentes: cortice scabro & rugoso, cum exsiccat, per transversum vt Arundinum radices striato, exterius rufescente, qui excoriari nequit, ideò sine cortice dici possunt: carne candida, solida, nec odora, nec medicata, sed sapore grato, alimentoso, dulciq̃ue & castaneis proximo: folijs Cypero æmulis, arundinaceis, oblongis, dorso eminente, triangulis & acuminatis caulibus cubitalibus, angulosis, in quorum cacumine alia folia minora, stellarum modo disposita: inter quæ flores Iulio exeunt spicati, siue panicula Cyperi subfluescens: omnia tamen quam in Cypero rotundo breuiora ac minora. Verum ratione loci variare, in aliquibus caulem & flores producere, in quibusdam his carere, censem: siquidem Matthiolus, Dodonæus, & Columna cum floribus pingunt: Cæsalpinus, caulem, folia ac semen tribuit: Columna, caulem folia ac flores Cyperi vulgaris

DE CYPERO ESCVLENTO.

CAPVT XVI.

I. CYPERVM ESCVLENTVM e Cyperi esse genere, siue plãtam totam, siue radices, siue locum natalitium spectes, manifestum est: soloq̃ue radicum sapore, qui vescendo gratus est, differt. Etenim radicibus est tenuibus, fibrosis, à quibus globuli rotundi, oblongi, velut exigui bulbuli, vt in Cypero, dependent, qui ex aliqua parte magis extu-



adscribit: Fragosus, flores spicatos aliquantum flavos habere refert: & Portæ in cacumine frondes & flores aperti videntur. Contra Gesnerus, plâtam hanc, nec caulem, nec florem, nec semen producere, sed sola radicum propagatione conseruari, pronunciat. At idem in fine libri *a* inter addenda, hæc habet: his scriptis à Francisco Calceolario Veronensi pharmacopœo accèpi, hanc herbam etiam florentem reperiri. Quenam verior foret sententia indagaturus, ad Ioannem Pona pharmacopœum Veronensem, B singularem & amicum & rei herbariæ amatorem, ea de re scripsimus, rogantes, vt hoc diligenter obseruaret, cum illis planta hæc proximè ad urbem vicina sit, qui caulem & florem non ferre asseruit. Quare in sui Baldi montis descriptione hæc habentur: pro certo habeo plantam hanc inter eas collocandam esse, quæ nec caulem, nec florem, vt nec semen producunt: multis abhinc annis, eam obseruavi, semper tamen sine caule, cum folijs Cyperinis, longitudine vnius cubiti ad summum inueni: & cum suspicarer ob id forsan caulem non producere, nequè ad perfectam formam peruenire, quod radices singulis annis è terra ad propagationem euellentur, plantas nonnullas non euulsi, sed trium quatuorue annorum spacio immotas reliqui, quas tamen non aliter crescere animaduerti. Existimo ergo Graminis cyperoidis copiam, quod frequenter inter Dulcichinorum multitudinem, ijs velut annexum, oritur, & quod folijs est multum similibus, caule triangulari, summitate instar Cyperi, multis persuasisse, caules hos ex Dulcichinis prodire. Hæc autem planta apud Veronenses ita propagari consuevit: radices, primis diebus mensis Nouembris, ne per Hyemem in terra putrescant, erutas, Martio mense in terram, sed arenosam, defigunt: eas tamen prius per dies aliquot in aqua macerant, tam diu donec aqua ipsa quasi ebullire videatur, quam dein abijciunt, aliamq; affundunt, & vt prius macerare patiuntur, E sic enim in eum statum deducunt, vt germinare & crescere facillime possint: & sequente anno idem faciunt, sicq; prouentus nunquam deficit, qui pro anni tempore, interdum maior, interdum minor existit: hæc ex Pona.

Locvs. In Africa, *Habalzelim* nomine haberi, & spontè, sed minores, prouenire,

A Gesnerus *a* & Pena *b* testantur: ex Aethiopia & Insulis vicinis, præsertim ex Insula S. Thomæ in Lusitaniam deferri, sed Auellanae magnitudine, & colore exteriorè subpallido, Amatus *c* refert: ex Aegypto copiosè Tripolim adferri, à quibus, in Iunio præsertim, esitetur, Rauwolfius *d* scribit. In Siciliae extremis arenosisque oris Austro expositis, spontè oritur, Columnæ *e*: & Neapolim, venum exportant plenos quasillos, apud quos plantata etiam optimè producit, B Porta *f* scribente: & in regno quoque Valentia, in Hispania Fragoso *g* scribente. At, vt Pona *h*, hæc planta Veronensium propria est, cum nullibi in tota Europa, præterquam Veronæ copiosè propè urbem ad meridiem, sponte nascatur, vbi etiam colitur. Verum & in alijs Italiae locis feritur, vt in fluminis Athesis sabulosis, Alexandro Benedicto monente: Et, vt Lobelius *i* humenti Belgio solo, complures capillares radices edit. Venetijs apud pontem C ripæ altæ venales habentur, quas Trasi vocant, vbi, vt & Veronæ, puerulos audias *Dolce Trasi* clamantes, qui plenos quasillos radicum venum circumferunt.

NOMEN. Plantam ipsam aliqui Dulcichinum, & radículas Trasos, siue Tragos, aut Trasios appellant: Trasi, Matthiolo, Castori, Cæsalpino & Lugdunensi: Trasi recentiorum, Aduersarijs: Trasi Veronensium, Lobelio, & Fragoso: Iuncus auellana, Amato: hinc *Σχοινοκαρυον*, Gesnero *k* cui Dulcichinum dicitur, vt & Guilandino, Dodonæo: Cyperus dulcis, Theophrasti, Lobelio, Camerario, Tabernæmontano: Cyperus esculentus, Fallopio *l* (cui & Thrafi & Dulcichinum) Gerardo: Margaritæ Aegyptiæ, autori libri Aristotelis de *m* plantis. Aliquibus Ziziphæ terrestres, ob similem figuram & facultatem qua ad tussim polent. Germanis, *Süsser wilder Galgan*. Belgis, *Zoete Cyperus*. Anglis, *Spanish Galin-gale*. Italis, *Trasi dolce* & *Dolzolini*, at in Sicilia & Neapoli, *Habaziz*. Hispanis & Lusitanis, *Iunca auellanada*, *Ciafas*. Sunt qui existimant ab Hippocrate, (vt Guilandinus *n*, & Fabricius *o*,) *ὀλοκωνίτιδα* dici: à Tralliano cæterisque recentioribus Græcis *βυλβοκάστρονον* nomenclatione composita, cum Bulbum & Castaneam mentiri videatur: illud Gesnerus *p* negare, hoc verò asserere videtur. Alij *q* Cyperum dulcem Theo-

*a* lib. de hortis German. *b* in Aduersar. *c* lib. 1. in Dioscorid. enar. 4. *d* part. 1. cap. 4. *e* in Φυλοσοφία. *f* lib. 10. *g* tract. 3. cap. 32. *h* in descript. montis Baldi. *i* in obseruas. *k* de hortis. *l* comment. in lib. Dioscor. c. 18. *m* lib. 1. cap. 5. *n* in Epist. ad Gesnerum. *o* in horto Misnia. *p* in Epistolis. *q* Lobel. Camer. Tabernamonti.



phraſti ſtatuunt (vnde κύπειρον ἐδάδιον A vocatur,) cuius r radices dulces, & cibo idoneas dixit: ſiquidem aliorum Cyperorum radices amaricent, minimeque edulēs ſint. Verum, Columna ait, Theophrastum nunquam Cyperos differre radicibus & ſapore tradidiſſe: ſed ſemper inter paluſtres atque in aquis degentes plantas illos connumerare, atque odoratas radices tribuere: nec in ſequenti capite Cyperum inter odoratas recensiturum fuiſſe, tam breui interuallo, abſque vlla differentiae mentione, ſi de alio B Cypero, dulci ſcilicet, atque radicibus inodoris, forma etiam differentibus, in antecedenti capite verba feciſſet, pro quo Traſi planta haec intelligi poſſet: non enim e memoria tam cito, quod de priori Cypero in antecedenti capite ſcripſerat, excidere potuiſſe: verum ibi Theophrastum de recenti Cyperi radice loqui, nam ſiccata parum amaram & odoratiorem effici: in ſiccato enim non eſſe dulcedinem, vt idem Theophrastus, & de eo intelligere Dioſcoridē s: nam C alibi t de recente radice intelligentem, illi Chryſocomes radicem comparare, dicentem eſſe dulcem, aliquantulum austeram, his verbis: γλυπαμένω ἐκ ἀπηνῆ, κύπειρω ἰσώ θόρον, ἐν τῷ γλυκῆ ὑπαισθητόν, guſtanti non iniucundam, Cypero ſimilem exiſtentem, ex dulci ſubauſteram: Sic Traſi eſſe non poſſe, quae nullam auſteritatem habeat, atque arenolis, & in Sicilia & in Aegypto, quibus locis frequentiſſima & ſpontanea eſt, oriatur: indeque Neapolim & Veronam forſan etiam D adſportatam, vbi pingui riguoque terreno, vt ait Pona, colitur: ſed hanc plantam pingui agro ſatam facile corrumpi, nam vermes radicem erodere: in arenolis vero & glareolis, vermes haud procreari, plantamque lactiorem euadere, ſed ſæpe locum irrigandum eſſe, niſi ſit natura riguus. Mamiras Aeginetae u eſſe, Guilandinus aſſerit; eius verbis atteſtantibus, tradentis radiculam eſſe herbe cuiuſdam geniculis frequentibus nodolis cinctam, quae cicatrices & albugines extenuare credatur, detergendi nimirum facultate praeditam. Sunt x qui Arabum Habazelim, ſive Granum Azelen aſſerunt: Sic Habel aſus & Alzis Tripolitaniſis dici, Rau Wolffius y aſſerit: cum tamen Arabes (inter quos eſt Rhafiſ) inter fructus ſive grana, non inter radicales connumerent, vt ſufficienter ex Serapione z collige-

re eſt: qui Alzelim granum dixit pingue, Ciceris magnitudine, citrinum exterius, & album interius, quod bonum ſaporem habet, & ex Barbària aſſertur: vel vt Auicenna a; granum Alzelim eſt boni ſaporis, & oritur in partibus Herzur: Arabibus Abaziz, ſi Leoni Africam deſcribenti, itemque Bellunenſi & Portæ credimus. Apud Theophrastum b Μαλιναθάλλη dicitur: Locis, inquit, arenolis haud procul à fluuio (Nilo) naſcitur in terra, quod Malinathallam appellant, figura rotundum, magnitudine Mespili, ſine nucleo, ſine cortice: folia vt Cyperus mittit. Hæc (Anthali mala Ruellio t) incolæ legentes in bryto (Zytho) hordeaceo decoquunt dulcia admodum efficiuntur, hisque pro bellarijs vtuntur. Malum Anthali reddit Ruellius c; quod Aegypto peculiare, nec niſi menſis cognitum ſit. Plinius d, ex Theophrasto mutuatus, Anthalium haud longius à flumine (inquit) naſcitur, Mespili magnitudine & rotunditate, ſine nucleo, ſine cortice, folio Cyperi: mandunt igni paratum: & alibi e: Anthalij, quod Aegyptij edunt, nullum alium reperi uſum. Volunt vocem hanc ex μάλα & ἀναθάλλω, quod valde regermino ſignificat, conſtatam eſſe: ſicut ἀθάλλον, ex ἀία & θάλλω, vel θάλλω, quod eſt regermino: quod etymon huius plantae proprium eſt, quae radice vnica ſata ſe propagat, innumerasque producit. Quidam neſcientes etymon, Malum Anthalium ſcribunt, & aliam plantam quandam exoticam pro ea oſtendunt. Obijciunt quidam, huic plantae magnitudinem non eſſe Mespilo aequalem, atque de maiore intelligunt, quibus Columna reſpondet, ſatis eſſe ad quamlibet Mespilorum ſpeciem accedere, nam ex trium generum Mespilorum Theophrasti f, ad minorem Setanae ſpeciem, quam Mespilum exoſſem appellat, accedere, & forſan tertio generi parem aut maiorem, quod minus eſt: dici etiam poſſe in Aegypto maiores fieri radices propter loci opportunitatem: cum Dalechampio g, Caeſalpinus & Columna volunt eſſe Malinathallam Theophrasti & Anthalium Plinij.

QUALITAS ET VIRES. Hæ radices exalfaciunt & humectant ordine primo, & in dulcedine ſaporis, aliquo modo Caſtaneis ſimiles ſunt, leniunt, læuigant, emolliunt & moderate abſtergunt. Veronenſes inter bellaria & crudas & coctas eſitant, ſed flatus

r 6. Cauſ. plant. 16. s lib. 1. cap. 4. t lib. 4. c. 55. u lib. 7. x Fomanellus in regimine ſenum. y part. 1. cap. 2. z cap. 337.  
a lib. 2. traſt. 2. cap. 303. b 4. hiſt. 10. c lib. 2. c. 121. d lib. 21. c. 15. e lib. 21. c. 29. f 3. hiſt. 12. g noſis in Plin. l. 21. c. 29.







sunt, quam multorum feminum oblongorum congestio.

Locvs. Locis palustribus, & piscinis exit, aliquando in ipsis agris, (in lacu Orchomenio fructificat Theophrasto,) fossis stagnantibus & iuxta riuulorum margines: nonnunquam in humectis pratis & vliginosis tractibus, Iulio florens, pilulas Augusto proferens: in hortis non diu perdurat.

NOMEN. Dicitur Sparganion Trago, Matthiolo, Anguillare, Gesnero *k* Cordo *l*, Cornaro, Lacunæ, Turnero, Aduersarijs, B Lobelio, Cæsalpino, Castori, Camerario, Gerardo, & in horto Eystetteni: Sparganium primum & Gladiolus palustris herbariorum, Tabernæmontano: Carex, Lonicerò: Butomon, Dodonæo *m*, Ruellio, Gesnero *k*. Platanaria, à fructuum, cum Platani pilulis similitudine, Dodonæo & Thallio: Calamogrostis secunda, Lugdunensi: Phleos foemina, Eidem: qui Tragi primum, dein & Matthioli figuram adposuit. Germanis, *Riedt / Zigelknospen / Schwertelriedt / Degenkraut / Leuschen*. Belgis, *Vvaterlisch oft Candelaers, seer snydende drycantich Lisch*. Anglis, *Barre, Reede*. Italis, *Sparganio*. Bohemis, *Sparkan*. Etsi Amatus *n*, Gorræus *o* & Ruellius *p*, Spatulam foetidam, Sparganium esse velint, sed malè: nam Spatula foetida siliquas habet, non pilulas, quas Sparganium habet. Alexander Benedictus, Tormentillam Sparganium facit, fortè Plinij *q* lectione deceptus: is enim postquam Quinquefolij vires persecutus esset, subiunxit: *bi-* D *bitur, & eius radix quæ Sparganium vocatur. Vbi censemus vocem omissam, & legendum, bibitur & eius herbæ radix, quæ Sparganium vocatur. Hermolaus *r* monet, non ita legendum esse, vt radix eius herbæ, hoc est Quinquefolij, Sparganion vocetur, sed ita, vt Sparganion, per se atque sui generis sit herba. Dodonæus vero Iuncum floridum paludosum: & Ioanes Plaça, monente Clusio *s*, Narcissum autumnalem, Sparganium Dioscoridis statuit. Attamen E hoc Sparganiũ Dioscoridis censemus, quod, vt inquit, folia habet Gladioli, sed arctiora & inclinatiores, ac in summo caule veluti pilulas, in quibus semen. Nec sufficiens est eorum *t* ratio, qui pilularũ situm, contrarium ostendere volunt, quod non ἐπ' ἀκρῶ τῆ καυλῆ, in summo caulis modo, sed & multo infra*


eius fastigium, & alibi quoque exoriantur: quod verum foret, si diceretur tantum in summo caule pilulas esse. Sic & dubitatio Matthioli, ab hac opinione non abducit: causa dubitandi ipsi, eò quod hoc folia Gladioli latiora gerat, non angustiora sursum spectantia, non humi procumbentia. Respondent Aduersaria, vagam illam notam latioris, angustioris folij, non sæpè certam, sæpissimè contrario sensu in Dioscoridis lectione accipi: & vbi dicatur magis quam Gladioli inclinata, aperte indicare esse magis disparata & sparsa (vt sanè sunt) quam sint Gladioli, quæ vt plurimum recta & proximè ad caulem parallela assurgunt. Sed clara sunt Dioscoridis in Græco codice verba, & Oribasius *u*, vocabulum inclinatiores, non habet. Idem & Butomon Theophrasti statuimus, cuius (vt loquitur *x*, caulibus æqualitatem quandam peculiarem cum Gladiolo habet *y*: folia multa similia Arundini & angularia *a*: fructu nigro, magnitudine Sicilæ proximo *b*: fluuios & loca aquosa amat. Huius in Geoponicis Constantini *c*, à Democrito his verbis fit mentio: Butomon in paludibus nascitur: folia similia ἀφροῖς, id est *d*, populneis nigris, herba grata bouum pabulo, ex vna autem radice prodeunt. Dodonæus non ἀφροῖς legit, sed κνπρῆνοῖς substituit: Ruellius *e* Irinis legit. Verum Anguillara *f*, Butomon Damocratis in Casiano Basso à Theophrasti Butomo diuersum dicit, ipsius enim Damocratis Butomum, Tribulum aquaticum esse. Neutiquam etiam eorum opinio placet, qui καλαμάροισιν, id est, Gramen Arundinaceum Dioscoridis *g* faciunt, cum is iumenta necare scribat, nostrum verò, à bobus lubenter proscindatur. Nec Phleon censemus: siquidem Phleon Theophrasto *h* auctore, folio constat carnosum, multipliciter, vt reddit Ruellius *i* laciniato: præterea *k* iuxta folium aculeatum, altero quoque folio conduntur, Ononis, Tribulus, Phleus *l*, quæ peculiare nimirum obtinent, vt non solum caulem aculeatum, sed etiam folium habeant hispidum *m*: radix sola pecudibus pabulo est, cum aut squalor viget, nec humor qui perluerat, cacumina incessit: Accedit, quod Plinius *n* tradit, Phleon spinam in folio & caule ferre. Quæ sanè omnia nostro Sparganio non conuenire, quis non

*i* 4. hist. 11. *k* in Catalogo. *l* in Dioscoridem. *m* editione Gallica. *n* in Dioscor. lib. 3. cap. 87. *o* in definitionib. medicis.  
*p* lib. 3. cap. 87. *q* lib. 25. cap. 9. *r* in notis in Plinium. *s* Hist. Hispan. lib. 2. c. 1. *t* Dodonæi. *u* Oribas. 12. Collect.  
*x* 1. hist. 8. *y* 4. hist. 11. *z* 1. hist. 16. *a* 4. hist. 11. *b* 4. hist. 9. *c* lib. 2. c. 5. *d* Cornaro ita vertente. *e* lib. 2. c. 127.  
*f* Opinione. 5. *g* lib. 4. c. 31. *h* 6. hist. 5. *i* lib. 3. c. 82. *k* 6. hist. 1. *l* 6. hist. 3. *m* 4. hist. 11. *n* lib. 21. c. 15.



videt? quæ ratio, cur coniecturæ herbarij Lugdunensis, nobis minimè persuadere possint, Sparganium hic pictum, Phleon fœminam apud Theophrastum esse.

## II. SPARGANIVM NON RAMOSVM.



II. SPARGANIVM NON RAMOSVM: radice est priori simili: folijs paucioribus: caule simplici non ramoso, minori, per intervalla verticillis distincto: circa quos flosculi copiosi, pedicellis insidentes: pilulas fert & circa caulem & in summo caule, nonnunquam in oblongis petiolis, quæ molliores & minus echinatae.

LOCVS. Iisdem quibus prior locis provenit: frequentius in Ducatu Geldriae: Germania item tam inferiore quam superiore.

NOMEN. Platanaria altera, Dodonæo: qui plus similitudinis habere cum Sparganio, quam prædictum censet: Sparganium alterum, Lobelio, Cæsalpino, Lugdunensi, Tabernæmontano, cui & Sparganium non ramosum: Sparganium latifolium, Gerardo. Anglis, *Great Vvater Burræ*.

QUALITAS 0 ET VIRES. Sparganium siccantem vim habet: est enim gustu subadstringente. Radix *p* & semen cum vino ad-

versus venenatarum bestiarum morsus datur: præsertim *q* si affectæ partes illo decocto abluantur. At Plinio *r* aduersus serpentes bibitur & radix quæ Sparganion vocatur ex vino albo. Et quia Xiphidion etiam vocatur, suspicatur Cornarus *s*, hoc quod Plinius *t* de Xiphio dixit, quod contra venena fit efficax, ad Sparganium pertinere: eo quod Dioscorides hoc de Xiphio non dicat. Decoctum *u* radicum cum Iunipero in aceto, calidum in ore detentum, dentium B dolorem sedat. Sic & huius radices, cum pari quantitate Iuniperi & Lauandulæ confusæ, & cum vino in cataplasmatibus formam coctæ, si calide tumentibus hydropicorum tibijs in initio imponantur, optimum remedium. Ex huius folijs tegetes & storeas olim rustici texebant, quo & Ruellius *x* respexit, & Gesnerus *y*, dum Butomum herbarijs & officinis hodie Iuncum cabacinum vocari tradunt, quod folijs eius tegetes & sportulas, sicut è Sparto texant: namque C corbularum quibus ficus & vuas passas reconduunt, corbas vel potius cabas, appellare solent.

III. SPARGANIVM MINIMVM: plantula est vnciarum quatuor: à radícula, ex fibellis oblongis composita, cauliculus vnciarum duarum effertur, qui in capitulum exiguum subrotundum, cui aliud minus insidet, herbacei coloris & formæ, vt in Sparganio maiore, desinit: circa quem folia vtrinque quaterna, vel quina, angusta, cauliculum superantia.

LOCVS. Plantulam hanc D. Furerus Anno MDCCXVII. transmisit, his adscriptis: Sparganium minimum & semestrale, Northusij in lacunis quibusdam canosis, cuius partes superiores per æstatem exsiccantur.

## DE POLYGONO BACCIFERO.

### CAPVT XVIII.

I. POLYGONVM BACCIFERVM SCANDENS: hoc cum Equiseto maiore Dioscorides miscuisse, & vna Hippuridis descriptione complexus esse videtur: hæc enim ipsius est descriptio *a*: Hippuris in riguis & scrobibus nascitur: cauliculos habet inanes, rubescentes, subasperos, solidos, geniculis di-

o Gal. 8. simpl. Aegineta lib. 7. Oribas. 15. Collect. emb. 19.

t lib. 25. cap. 11.

u Tabernæmont. lib. 2. c. 117

p Dioscor. & Plinio lib. 25. cap. 9.

x lib. 2. cap. 127.

q Tragus.

y in Catalogo.

r lib. 25. cap. 9.

s lib. 4.

a lib. 4. cap. 46. idem &

Oribasius 11. Collect.



stinctos, alijs in alia infertis: circa ipsos autem iuncea folia, crebra, tenuia. Augetur autem in altum, ascendens in vicinos arborum caudices, ex ijsque dependet, circumfufum comis multis nigris, veluti equi cauda: radix lignosa dura. Sic & Plinius sub Ephedra de hoc agens, scribit *b*: Caucon, quæ & Ephedra, ab alijs Anabasis vocata, nascitur ventoso fere tractu, scandens arborem, & ex ramis propendens, folio nullo, cirris numerosa, qui sunt iunci geniculati, radice pallida. Et alibi *c*: alij Hippurin, alij Ephedron, alij Anabasin vocant: traduntque iuxta arbores nasci, & scandentem eas, dependere comis iunceis multis nigris, vt est equorum cauda, geniculatis ramulis, folia habere pauca, tenuia, exigua: semen rotundum, simile Coriandro, radice lignosa: nasci in arbuftis maxime. Hæc autem Bellonius *d* nobis reliquit: Ephedra siue Anabasis, ingentis altitudinis, rubro semine vt Androsace referta, quæ semper in altum tendit, præsertim si inueniat cui innitatur: huius *e* natura Smilaci læui in Atho nascenti persimilis: nam si iuxta arbusculam primum adolescentem nascatur, prout illa crescit, etiam attollitur, comesque in crescendo illi fiet, etiam si in immensam altitudinem arbor attollatur. Vidimus enim Platanos, non minus celsas Abietibus in Hamo monte nascentibus, quæ Ephedram ad summum usque fastigium deduxerāt, sine clauicularum adminiculo ramis incumbentem: si verò iuxta fruticem aut arbusculam nascatur, humilis manet, nec supra eam attollitur: hæc Bellonius. Rau Wolffius *e* fruticem obseruauit Polygono maiori Clusij similem, qui ad arbores ita excreuit, vt ab eius ramis rursus dependeret.

**Locvs:** In monte Olympo: & in Illyrico inter Castell nouū & veterem Epidaurum Bellonius obseruauit: at Rau Wolffius, circa Tripolim notauit.

**NOMEN:** Polygonum vocamus, quia eius virge multis internodijs distincte sunt: & Plinij Caucon, quæ & Ephedram (ἐφῆδρα, sic dicta, quod arboribus insideat) & ab alijs Anabasin (ἀνάβασις, quod scilicet in altum conscendat) vocari scribit, censemus. Ephedra siue Anabasis Bellonio & Dodonæo: Ephedram Plinij esse, Rau Wolffius suspicatur. Verum Plinius Ephedram cum Equiseto cōfundere videtur: vt & Dioscorides *f*:

A dum enim hic Hippurim in riguis & scrobibus nasci scribit, de Equiseto secundo loquitur: dum verò addit, in sublime attolli & vicinos arborum ramos conscendere, Ephedram, quæ non in riguis, sed arbuftis nascitur, exprimit.

**QUALITAS ET VIRES.** Ephedrae temperiem frigidam & siccam esse, facultates eius, omnino Equiseti viribus similes ostendere, cui ipsa tota planta, vt non admodum dissimilis, ita quoque facultate proximam, Dodonæus voluit. Datur, ex vino nigro austero trita ad tussim, suspiria, tormina, & sorbitione facta, in quam vinum addi conuenit, Plinio *g* cui & *b* folia illita furunculos discutunt.

## II. POLYGONVM BACCIFERVM MARITIMVM MAIVS.



II. POLYGONVM BACCIFERVM MARITIMVM MAIVS: radice est dura & lignosa: caudice nonnunquam brachij crassitie, in ramos oblongos nigricantes brachiato: à quibus multæ virgulæ pedales, tenues, multis geniculis Equiseti ferè modo distinctæ, folijs carentes gustuque adstringenti propendent: flosculos habet secundum internodia minutos, confertos, muscosos & pallentes, quandoque flauescentes, Corni floribus non absimiles: quibus fructus rubentes, exiguis

*b* lib. 24. cap. 7.

*c* lib. 26. cap. 13.

*d* lib. 1. obseru. cap. 45. & lib. 3. cap. 41.

*e* lib. 26. cap. 12.

*f* lib. 1. cap. 4.

*g* lib. 4. cap. 46.

*h* lib. 26. c. 7.



moris haud ab similes, acido succo pleni succedunt, iisque vnum alterumue semen Miliio ferè simile inest, quod foris nigrum, intusque album & sequentis quadruplo maius est. Hac subinde in humanam altitudinem assurgit, quandoq; humilior consistit.

Locvs. In regno Murciano, solum nascens & sese absque adminiculis sustinens, & quidem Martij initio florens, copiosè à Clusio obseruatum: fructus verò Augusto, vel etiam serius, maturescit: in Belgij hortis, foeliciter enatum, Mechliniæ & Lieræ Lobelius vidit.

NOMEN. Etsi ad Ephedram Plinij forsitan referri posse Clusius censeat, attamen magis alteram ipsius opinionem probamus, qua ad Polygonum quartum Plinij refert. Verba Plinij *i*. Quartum genus sylvestre appellatur, penè arboris modo frutex, radice lignosa, stirpe Cedri rubicundo: ramis Sparti, binum palmorum, nigris, geniculorum ternis quaternisue articulis. Hoc tamen aliqui Cassiam ligneam marinam Monspeliensium esse voluit, quemadmodum Dalechampius *k* annotauit. Polygonum quartum Plinij maius, Clusio: Polygonum marinum siue cocciferum primum, Tabernæmontano: Vua marina, Dodonæo, quoad iconem & Gerardo: Tragos siue vua marina maior, Lobelio. Hispanis, *Belcho*. Anglis, *Sea Grape*.

QUALITAS. Polygonum quartum Plinio *i* monente, decoquitur in aqua ad tertias, aut arida farina inspergitur & oris ulceribus & attritis partibus: propter gingivarum verò vitia ipsa commanducatur. Adhuc hodie, Clusio attestante, apud eius regionis incolas, vbi hic frutex nascitur, decoctum huius ad penis & vesicæ vlcera in usu est.

III. POLYGONVM BACCIFERVM MARITIMVM MINVS: fruticulus est priori haud ab similes, verum minor ac humilior, semipedem altus: radice crassa, dura, lignosa, sex & octo pedes longa, cortice fusco vestita, per obliquum proserpente: ramulis seu cauliculis quam plurimis, gracilibus, sarmentosis, tenuibus ac teretibus, Iunci aut Sparti modo, læuibus & gracilibus, geniculis instar Equiseti distinctis, humi reclinatatis, latè luxuriantibus, in multas alas diuisis, in apicem acuminatum & duriusculum desinentibus, folijsque nudis: flores habet minutos,

A III. POLYGONVM BACCIFERVM MARITIMVM MINVS.



pallidulos, racemosos geniculis prodeuntes, qui tenuibus pediculis ramulorum alis subnixis insident: quibus fructus copiosi è pluribus minutis acinis, Tritico paribus cõgesti, per maturitatem rubentes, purpureo gratoque succo pingues, succedunt: in singulo fructu semina gemina, dura, angulosa, acuminata, parte interna qua iunguntur concava, externa conuexa, rufa primum, postea nigricantia, gustu non secus ac ramuli adstringente insunt.

Locvs. Maritimis gaudet, siquidem in arenosis tumulis & littoribus fluctu maris allidi solitis, gignitur: hinc florentem mense Maio, non longè Monspelio ad stagnum Volcarum, propè pagum Perault, & circa Frontignanum oppidum, totoque illo tractu maritimo (vbi & Clusius obseruauit) ad Cetum vsque legimus, vbi tanta vbertate luxuriat, vt ea plaustra onerari queant. Dioscorides *l* rectè monet in maritimis maxime (non dicit semper,) nasci: siquidem in colle quodam, secundo à Salmantica miliari, totius fere Hispaniæ meditullio, longissime à mari, & quidem frequentem, Clusius inuenerit. In hortis Germaniæ subinde sata prouenit, sed fructum, qui Augusto & etiam serius maturatur, non fert.

NOMEN. Dioscoridi *l* Τράγον dici cense-

*i* lib. 27. cap. 12.

*k* notis in Plinium.

*l* lib. 4. cap. 51.



mus & quidem à *τράγω*, id est, comedo, quia fructus ipsius esui aptus sit (quare eidem & *τράγαι*, quasi edulem dicas: vnde & *τράγισμα*, id est bellaria nomen accipere) siquidem plurimæ notæ Dioscorideæ *l*, huic plantæ optimè quadrat, vt ex sequentibus liquet, Tragus, inquit, quem alij Scorpion, alij Traganon, frutex est pusillus, in maritimis maximè nascens, & per terram sparsus, oblongus, & non ita magnus, palmi altitudine, aut paulo amplior, & is quidem sine folijs est: circa ramos autem hærentes, habet velut acinos pusillos, rufos, triticei grani magnitudine, summa parte acuminatòs, numerosos gustuq; admodum adstringentes. Et Oribasius *m*, qui Tragium triplex proponit, eo modo quo Dioscorides describit Tragium, Scorpion, aut Tragoriganum nominando. Huius & Plinius, locis quatuor distinctis meminit, modo Tragion, modo Scorpion, nominans. Tragion *n* (Tragum aliqui legunt) & Asia fert, siue Scorpionem veprem, sine folijs, racemis rubentibus ad medicinæ vsum. Item *o*: in totum spina est Scorpio, nullum enim folium habet: est & alia herba Scorpio sine folijs, asparagi caule, in cacumine aculeum habens, & inde nomen. Item *p* Tragionis siue Tragion nascitur in Cretæ tantum insulæ maritimis, Iunipero similis, & semine, & folio, & ramis. Est & alia herba Tragos, quam aliqui Scorpion vocant, semipedem alta, fruticosa, sine folijs, pusillis racemis rubentibus, grano Tritici, acuto cacumine, & ipsa in maritimis nascens. Hæc Plinius: quæ Saracenus *q*, Theophrasti *r* Scorpio, quem Nepam Gaza vertit verius conuenire, quam Dioscoridis Trago censuit, non tamen negans Tragi Dioscoridis ramulos acuto esse cacumine. Equidem, quæ Plinius de Scorpio sine folio & de Tragio iunipero simili, scribit, libenter concedimus Scorpio Theophrasti competere, cum & ipse Plinius ab altero distinguit: sed reliqua ad Tragum Dioscoridis referenda censemus. Nonnulli ad Androsacem retulerunt, Bellonium secuti, qui hanc inuere videtur, Clusio monente. Verum, licet Bellonius ter Androsaces meminisset, eius tamen nullam descriptionem proposuit: hæc solum habet *t*: Ephedra, rubro semine, vti Androsace referta. Hoc forte Anguillara, Crotonis nomine, cuius Nicandri

interpres meminit, intellexit, cuius hæc sunt: crescit ad flumen Sebenicum in Dalmatia, humilis frutex Pino valde similis, frequentibus nodis, cuius folia Equifeto minori similia sunt, cuius flos rufescens, quamuis pallefcentem viderim, qui post se relinquit fructum rotundum Ceraso minorem, qui dum maturus ruber est, qui etiam edi posset: nascitur locis asperis & montosis, & saxosis, & ligni odor Pinum refert. Tragos Ruellio *u*, qui Iuncò marino similem dicit, vnde & multi Iuncum marinum appellant: Tragus vel Tragium Gesnero *x*: Equisetum quartum, Matthiolo: Equifeti facie planta racemosa, Aduersarijs: Polygonum quartum Plinij minus, Clusio: Vua marina, Dodonæo (secundum descriptionem, figura enim præcedentis est) ad imitationem incolarum Gallia Narbonensis, qui *Rasins de Mar* appellant. Vua marina Monspeliaca, Lobelio & Tabernæmontano: Polygonum marinum secundum, Eidem noua figura addita: quem Gerardus secutus, Vuam marinam quartam & Vuam marinam minorem nominat: Tragus siue Scorpio maritimus Dalechampio *y*: Tragum, Camerario *z*. Germanis, *Meertrauben*. Anglis, *Smal stirubbie*, *Seagrosse*. Gallis, *Raisin de mer*.

QUALITAS ET VIRES. Tota planta facultatem adstringentem possidet & ordine secundo satis intenso, exsiccat. Tragij folia fructus & lacryma ipsi Oribasio *a*, trahentis digerentisque facultatis sunt: ac tenuium partium & calidum Tragium est in tertio quodammodo ordine: alterum vero quod est minus, non parum facultatis adstringentis habet. Cœliacis, scribit Dioscorides *b*, & seminis fluore laborantibus (mensium abundantia Plinius *c*) racemorum acini decem (ramorum decem aut duodecim cacumina trita, Plinio) ex vino poti, auxiliantur: addit Plinius & dysentericis & sanguinem excreantibus sunt qui tusos in pastillos digerant, quo felicius conferuentur, ijsque ita vtuntur.

OSTEOCOLLON Hieroclis & Absyrti, in hanc classem referre oportet, & quia hæcenus videre non contigit, an idem sit cum priore dubitamus, idcirco ea quæ in Lugdunensi historia habentur, subiiciemus. OSTEOCOLLON, in mœnibus & saxis propè Sedunum Valesiorum caput, nascitur ac de-

*m* 12. Collect. *n* lib. 13. cap. 21. *o* lib. 27. cap. 13. *p* lib. 27. cap. 13. *q* Schol. in Dioscorid. *r* 6. hist. 1. c. 3. & 1. caus. 10. *s* lib. 1. c. 55. lib. 3. c. 51. *t* lib. 3. obseru. c. 42. *u* lib. 3. c. 99. *x* lib. de hortis. *y* in huj. Lugd. *z* lib. de hortis. *a* 13. Coll. *b* lib. 4. c. 51. *c* lib. 27. c. 13.




pendet, radice candicante graminis instar geniculata, tenuibus fibris capillata, è geniculis & internodijs exorientibus, ramulis permultis, pensilibus, Iunci modo læuibus, teretibus, sed geniculis distinctis, cirrosis, tenuiori proceriori; Sparto similibus, perpetuò virentibus, nullo folio vestitis, flore in aceruum spicatum congesto, è fusco nigricante, ex cauliculorum articulis prodeunte, petiolo subnixo. Quidam Polygonium, alij Tulcution, alij Symphytum vocant. Osteocollon quidem, quod fracta ossa ferruminet: Symphytum, quod dissectas carnes coalescere vulgus credat, si vnà coquatur; efficacissima enim glutinandi facultate partium diuortia committere & separata cogere. Viridem eruunt, vino coquunt, dum supersit liquoris pars tertia. Decocto veterina salinant Hispani, eo medicamine morbos arcentes, & à vitijs quæ imminent, asserentes: tum etiam si quid interruptum esse suspicantur, ab hoc auxilium petentes. Hæc Absyrtus & Hierocles memoria prodiderunt.

A non fridicule, vt idem Festus carpit, interpretatus: quod ea celeritate crescat, vt salire videatur. Cassiano Basilio *Σαλπύγγιον*. Vulgo herbariorum, Cauda equina, Cauda vel Herba caballina, Equi cauda, quia equorum membro succurrat, ita ab aliquibus appellari Brasauolus scribit. Colus columbina, Asperella, Arcontilla, Canacella, Cunicella: Arnoldo, Hippofeta. Arabibus, *Dhenben alchail*, *Dembalchil*, *Danebalchail*, Auicennæ: *Dheneb alchail*, Serapioni g: *Cenapalchail*, Auerrhoi h. Germanis, *Koß oder Pferdschwanz* / *Koß oder Rachenwadel* / *Rachenschwanz* / *Rantenkraut* / *Schaffsheum* / *Taubenrocken* / i id est columbina colus, eo quod primo vere ante germinationem capitulum emittat, colo in torulos tornatæ simile, ceu penso inuolutum. Etenim si quis Equisetum herbam nascentem videat, (vti Marcellus k scribit) & ex terra exeuntem aliquot diebus contempletur, nunquam vnde futura sit equina cauda in ea intelliget: tam breui nudo & concreto asparago & scapo oritur: ita vt vix videatur natura alibi dissimiliorem finem à suo principio fecisse, quam in hac planta.

Oritur enim humani pollicis longitudine crassitudineque, in acutum fastigiata: mox procedente tempore scapus ille concretus panditur, pandensque se per interualla & inter ea certis spatijs, folia iuncea, & quasi capillamenta quædam profert: quæ dum augentur, vndique ad terram feruntur, eadem gracilitate, qua in cauda equina pili sunt: quam ostendere non potest, nisi cum aut virens, ex alto prona pendet, aut secta ad terram inuerso cacumine, folijs iunceis & capillatis descendens, illis totam caudæ equinæ imaginem reddit. Belgis, *Peert steert*, *Catten steert*. Anglis, *Horse taile*, or *Schæne grasse*. Gallis, *Queue de cheual ou de chat*, *Esprelle*, *Prelle* quasi *quidæ l*. Italis, *Coda di cauallo*, *Cua di cauallo*, *Asprella*. Hispanis, *Cola di mula*, *Rabo de mula*. Bohemis, *Preslicka*. Polonis, *Pyzaska*.

GENERA duo Dioscoridi m: alterum vicinos arborum caudices scandens de quo capite præcedente. Alterum sic describit: caule recto æquali cubito fere maiore, subinani, comas ex interuallis habens breuiore, candidiores, & molliore. Et Plinio n, Equisetum, Hippuris à Græcis dicta & prætis vituperata nobis, est autem pilus terræ,



DE EQUISETO, EIVSQVE SPECIEBUS.

CAPVT XIX.

ἸΠΠΟΥΡΙΣ, vt Democritus a autor est, ex rei natura nomē inuenit, id est Cauda equina (qua voce officinæ vtuntur) quod folia fetis equinis respondeant, vnde Latinis D Equisetum; quod pilum terræ, equinæ fetæ similem Plinius b scribit: cui etiam c Equisetis & Equiselis dicitur: alijs Equiseta & Equinalis. Vocatur etiam, vt in suppositijs nomenclaturis Dioscoridis, & apud Plinium d habetur *Ἐφύδρον*, licet herba sit siccissima, quod humidis locis gaudeat, nihil enim aliud quam *ἐπι τῆ ὑδατός*, id est in aqua Ephydron significat: *Ἀνάβασις* ab ascendendo, quoniam infirma alijs stirpibus libenter hæret: *χεπέδρανον*, quod in e fossarum E faucibus, quas Græci *χεπέδρας* vocant, viuat. *Σχοινίόσπορον*, quod iuncea c eius folia, non aliter quam Cannabis aut Linū in funes texantur. *Ἰπάδενδρον*, Salix arbor, ob quā causam Romani, Salicem equinam vocauerūt, de qua fortassis Verrius apud Festum intellexit, cum Salicem virgulti genus esse dixit:

a Diosc. Oribas. Actio, Aegineta. Galeno. b lib. 26. cap. 13. c lib. 18. c. 28. d lib. 26. c. 7. e Marcellus Virgilius in Diosc. f Hermol. Barbar. lib. 4. coroll. 657. & Ruell lib. 3. c. 97. g de temp. simpl. c. 137. h cap. 42. de simpl. i Cord. in Diosc. lib. 4. cap. 46. k lib. 4. c. 44. l herbario Lugdunensi. m lib. 4. c. 46. & Oribas. 11. Colloc. n lib. 26. c. 13.




equinae setae similis. Alij Pini folijs simili-  
lem, nigricantem eodem nomine appellant.  
Alij Hippurin, alij Ephedron, alij Anabasin  
vocant: traduntq; iuxta arbores nasci, (&c.  
que superiore capite adduximus). Faciunt  
& aliam Hippurim, breuioribus & mollio-  
ribus comis, candidioribusque (hec Diosco-  
ridis secunda est:) de hac idem o: foenise-  
cis inuisa & Equifelis est, a similitudine e-  
quinae setae. Ex quibus colligere est Plinium  
tria genera agnouisse.

I. EQVISETVM PALVSTRE LINARIAE SCO-  
PARIÆ FOLIO: ex radice repente geniculata,  
caulis rotundus, calami in modum inanis,  
geniculis distinctus, cubitoque altior assur-  
git: folijs ad genicula pluribus Linariae vul-  
garis folijs latioribus & Linariae scopariae  
similibus, viridibus, oblongis, fragilibus,  
subasperiusculis: iulos in cacumine non  
obseruauimus, licet quandoque velut in ra-  
mos diuidatur.

Locvs. Basileae in paludibus Michelfel-  
densibus, & in riuulis iuxta patibulum, re-  
peritur.

## II. EQVISETVM PALVSTRE LONGIORIBVS SETIS.



II. EQVISETVM PALVSTRE LONGIORI-  
BVS SETIS: ex radice candida, serpente &  
geniculata, caules plures nigricantes, palma-  
res, pollicis crassitie, primo vere oriuntur,

quorum summitati capita oblonga, racemo-  
sa, Asparago seu Iuglandium iulo similia, per  
maturitatem purpurascencia, insident: tem-  
pore procedente, caules bicubitales, simpli-  
ces, recti, enodes, caui, geniculis pyxidatim  
cohaerentes, multis strijs asperi, tandemq;  
subrubentes conspiciuntur: ex eorum geni-  
culis, folia in orbem disposita, tenuia, iuncea,  
geniculata, scabra & capillamentorum in-  
star longa, prodeunt.

Locvs. Passim in aquosis & scrobibus  
occurrit: trans p Tyberim loca fuere, cau-  
dis equinis obsita, quae Codeta, quasi Caude-  
ta nominarunt, Festo autore.

NOMEN. Hippuris prima Dioscoridis e-  
xistimatur, & nonnulli Caucon Plinij q vo-  
lunt: sed de utroque, capite praecedenti, ser-  
mo fuit. Hippuris maior, Brunfelsio & Do-  
donæo: Hippuris, Amato, Aduersarijs, Lo-  
belio r. Equisetum primum, Matthiolo,  
Anguillarae (cui & Caucon & Anabasis Pl-  
nij,) Brasauolo, Lacunæ, Castori, Lugdu-  
nensi, qui & peculiarem Asparagi figuram,  
sub Equiseti primi Asparago Dodonæi, ex-  
hibet. Equisetum maius Dodonæo s, Lo-  
belio & Gerardo: Equisetum secundum &  
Hippuris prima Dioscoridis, Tabernæmon-  
tano. Germanis, *Groß wasserichaffthum*.  
Belgis, *Groote peertsteert*. Anglis, *Great horse  
taile*. Italis, *Asprella*, a sua asperitate dici-  
tur: Sclaream mulieres Ferrarienses appel-  
lant Brasauolo monente, qui arbitratur, no-  
men inde sumptum esse, quia stannea vasa  
D illa fricent & clarificent: sed magis vsitatum  
Asprella.

III. EQVISETVM PALVSTRE BREVIORI-  
BVS SETIS: hoc a praecedenti magnitudine  
potissimum discrepat: caule enim est longe  
tenuiore, sesquipalmari, iulo breuiore & te-  
nuissimo: folijs item angustissimis quidem,  
geniculatis & scabris, sed paucioribus & bre-  
uioribus, nec ita eleganter in modum rotæ,  
vt in priore dispositis.

Locvs. Potissimum in scrobibus aquo-  
sis, vt apud nos Michelfeldæ, cum praede-  
denti reperitur.


NOMEN. Equisetum palustre dicitur Lo-  
belio t.

IV. EQVISETVM PALVSTRE BREVIORI-  
BVS FOLIIS POLYSPERMON: radice nititur  
rufescente u, nigricanteue, tenera, articu-  
lata, per transuersum sparsa, plurimis capil-  
lamenti fibrata & limo haerente, quibus se



## IV. EQUISETVM PALVSTRE

BREVIORIBVS FOLIIS POLYSPERMON.



propagat: à qua primo vere, antequam caules exeant, asparagi aliquot prodeunt, forma spicata, colore candicante, tenelli, esui apti, qui etus flores sunt: caulem habet aliquando vnum, aliquando ternos & quaternos, Arundini teneræ similes & lunco multo crassiores, in tenuitatem desinentes, rectos, rotundos, læves, neque strijs asperos, cubitum superantes, dense geniculatos, internodijs frequentibus commissis: ex articulorum pyxidatis insertionibus, breui admodum intervallo folia radiatim exeunt, quæ brevia & angusta, mollia ac virentia, prima quidem Linariæ parvæ, superiora Piceæ similia: quibus singula ceu grana oblonga (Milio minoræ Cordo x) rufescentia ad articulorum commissuras disposita, sæpè dena & plura, eleganti ordine adnascuntur. Verum cum non semper reperiantur, idcirco Herbariorum figura his carent, & Dodonæus, semine destitui, & Cæsalpinus y tantum florem non fructum ferre, asserit. At nostra figura caulem vnum cum seminibus, alterum semine carentem, exhibet. Huic Polygoni foeminae descriptio apud Dioscoridem convenit: Polygonum foemina, inquit z, fruticulus est vnicaulis, tener, Arundini similis,

A geniculis densis, sibi inuicem tubarum modo insertis, & circa genicula in orbem cingunt apices, Piceæ foliolis similes: radix superuacua: & Plinio a, Polygoni tertium genus, Oreon vocatur, Arundini teneræ simile, vno caule, densis geniculis, & in se factis, folijs autem Piceæ, radicis superuacua.

Locvs. Locis vdis & riuulorum ripis, lacubus & stagnis gaudet: velut Dioscorides b & Oribanius c, riguis: at Plinio a in B montibus nascitur, vnde forsan Oreon dictum, sed fortasse in opacis, & multis aquarum scaturiginibus madentibus.

NOMEN. Etsi autores ad Polygonon referant, attamen cum tota facie ac natalibus Equiseto magis quam Polygono mari conveniat, etiam Equiseti vires habeat, idcirco in hanc classem retulimus. πολυζωνον ἴχθυον, Polygonum (quasi multinodium, propter crebras geniculorum commissuras) foemina Dioscoridi: licet aliqui d Sanguinariam foeminam vertant, eò quod sanguinem vndeunque fluentem maxime constringat: sic inter spurias voces, Seminalis dicitur. Polygoni tertium genus, quod Oreon vocatur Plinio e: vbi quidam f ἄραϊν legendum censent, à caudæ figura, quam suo caule minutis folijs vestito, refert: alij ωρεον id est, pulchrum, ab eleganti foliorum ambientium circuitu. Et, licet ex eo quod Dioscorides μονόκλονον & Plinius vno caule dixerit, an nostrum sit aliqui dubitent, non tamen sufficiens causa est, cum & vno & pluribus reperiri dixerimus. Polygonum foemina, Matthiolo, Ericio Cordo, Anguillaræ, Gesnero g, Amato, Lacunæ, Castori, Lugdunensi, Tabernæmontano & Thelio. Polygonion foemina quam Romani Sanguinalem foeminam appellant, Equiseti species non est Brasauolo: Sanguinalis foemina, Cordo h: Limnopeuce (quod in stagnis folijs Piceæ nascatur,) Eidem i: Polygonum foemina semine vidua, Aduersarijs & Lobelio k: Equisetum tertium Cæsalpino: Cauda equina foemina, Gerardo. Germanis, Thannerwadel. Belgis, Dysent knoop vvyfken. Anglis, The female horse taile. Gallis, Renouee femelle, Pin aquatic. Italis, Poligono, Corregiola femina. Huius florem, qui sit veluti Amentum, esui more Asparagi aptum, quæ Menzuculum vocitent, Cæsalpinus refert, & Asparagum palustrem apud Galenum esse, putat.

x hist. lib. 2. cap. 102.

y lib. 16. cap. 15.

z lib. 4. cap. 5. Oribaf. 12 &amp; 15. Collect. Gal. 8. simpl.

a lib. 27. cap. 12.

b lib. 4. cap. 5.

c 12. Collect.

d Marcel. Virgil. lib. 4. cap. 5. &amp; Cornar lib. 4. in Dioscor. embl. 4.

e lib. 27. cap. 12.

f Dalechamp. in Plinium.

g in Catalogo &amp; lib. de hortis.

h in Dioscoridem.

i lib. 2. hist. cap. 102.

k in Iconibus.




V. **EQUISETVM PALVSTRE MINVS POLYSTACHION**: radice est repente, geniculis distincta: caule tenui, cubito minore, geniculis crassioribus articulado: folijs, aut potius geniculatis cirris, ad articulum vtriusque ternis vel quaternis iunceis, palmaribus: quibus penè singulis minuta spica iuli instar, insidet: caulis verò iulum oblongum, minus compactum, flosculis pallidissimè rubentibus donatum, sustinet.

Locvs. Basileæ in aquosis Michelfeldensibus.

VI. **EQUISETVM PALVSTRE TENVISSIMIS ET LONGISSIMIS SETIS**: culmo est inani, bipedali, geniculis pyxidatim coherentibus articulado, cum cæteris conueniens, exceptis folijs siue setis iunceis, longis, multoque tenuioribus.

Locvs. Eodem cum priore loco occurrit.

VII. **EQUISETVM SYLVATICVM TENVISSIMIS SETIS.**




VII. **EQUISETVM SYLVATICVM TENVISSIMIS SETIS**: caule est pedali, geniculis facto: ex cuius articulis singulis vtriusque, frequentissima folia, tenuissimorum capillorum instar, prodeunt, quæ variè & minutim diuiduntur.

Locvs. Hoc in vallibus & syluis humectis & tenebrosiss Vvasgouia, maximè ijs,

A in quas piscinarum aquæ decurrunt: sic in Alsatia, iuxta arcem Vvangelburg, copiosè reperitur.

NOMEN. Hippuris minor altera, Trago: Equisetum syluaticum, Tabernæmontano & Gerardo. Germanis, *Waldschafftheum* / *Waldroschwanz*. Anglis, *Wood Horse taile*.

IIX. **EQUISETVM PRATENSE LONGISSIMIS SETIS.**




D IIX. **EQUISETVM PRATENSE LONGISSIMIS SETIS**: radix nigra, lignosa, geniculata, fibris donata & insipida, sub Maij initium asparagos nigros protrudit: quibus cultui recti, caui, crebris geniculis intercepti, sesquicubitales & altiores quoque succedunt: quorum summitatibus asparagi recurui, angusti, ad perfectionem vsque insident: circa quos folia caulis modo geniculata, iunceæ, rotunda, palmaria & fragilia, quare ad poliendum inepta.

E Locvs. Hoc in humidis & vliginosis pratis reperitur: vt in decliuis montis nostri Mutetæ: & fœnifecis inuisum, eò quod falces sua scabritie obtundat: hinc pratis l inuisa & in pratis m vituperata, quia necesse est vliginosius esse pratium, vbi nascitur: hæc ratio est, cur Zizanijs adiungendum esse Tragus censuerit. Asequenti caulis altitudine, foliorum longitudine, & fragilitate differt.



**NOMEN.** Equisetum alterum & Equisetum Plinij esse credimus. Dicitur Hippuris altera, Trago, Amato: Hippuris & Equisetum, Gesnero *u*: Equisetum alterum siue minus, Matthiolo, Lacuna, Cæsalpino, Lugdunensi: Equisetum, Fuchsio *o*: (minus, Eidem *p*) Cordo *q*: Hippuris maior prima, Lonicero: maior, Thelio: Hippuris minor fontalis, Aduersarijs: Hippuris fontalis & Equisetum secundum Dioscoridis, Lobelio: Equisetum palustre maius, Tabernemont. Equisetum palustre Gerardo. Germanis, *Wiese Rosschwanz*. Anglis, *Vater horse taile*. Dioscoridis *r* Equisetum alterum hoc esse aliqui volunt, alij de sequenti intelligendum censent.

**IX. EQVISETVM ARVENSE LONGIORIBVS SETIS.**



**IX. EQVISETVM ARVENSE LONGIORIBVS SETIS:** radice est tenera, gracili, nigra, articulata & serpente, quæ Aprili mense iulos veluti Asparagos teneros, cæteris minus compactos, flosculis candidis statim pereuntibus, refertos, protrudit: dein Maio mense, caules frequentes sequuntur pedales, geniculis distincti, pyxidatim inserti, caui, scabri: folijs seu cirris iunceis geniculatis, tenuibus, scabris, stellatim vestiti.

**Locvs.** In agris sabulosis ac arenosis, inter fruges exit, vt & pratis arenosis nonnun-

quam, quod pratorum & aruorum singularis pestis est, cum eo & fœnum & frumenta, non minus atque alijs vitijs impediantur.

**NOMEN.** Hoc aliqui Dioscoridis, Orbasis *s* & Plinij Equisetum alterum statuunt: & quibusdam *Σύπον* nominatur. Hippuris minor, Trago, Dodonæo & Thelio: Hippuris altera, Gesnero *t* Cornaro *u*: Polygonum foemina Fuchsio *x*, Equisetum longius, Eidem *y*: Equisetum alterum, Anguillaræ, Cordo *z*, Brasauolo, Lobelio *a*: Equisetum minus vel tertium, Lonicero: Hippuris aruensis, vel segetalis maior & Corfanda, Tabernæmont. Equisetum segetale, Gerardo. Germanis, *Klein schafftheum / Ackerschafftheum / Rasenwadel*. Belgis, *Cleyn Peertstert*. Anglis, *Corne Horse grasse*. Italis, *Equiseto minore*, Guioni, Bononiensibus: at mulierculis Ferrariensibus Sceuolam dici Brasauolus testis est. Hispanis, *Rabo de asno*.

**X. EQVISETVM FOLIIS NV- DVM NON RAMOSVM, SIVE IVNCEVM.**

C

D

E



**X. EQVISETVM FOLIIS NV- DVM NON RAMOSVM, SIVE IVNCEVM:** radice nititur nigricante, per transuersum repente, fibrosa & insipida: ex qua caules singulares ad radicem atrorubentes & splendentes exurgunt,

*a* in Catalogo. *o* in Iconibus. *p* in historia. *q* in Dioscoridem. *r* lib. 4. cap. 47. *s* II. Collect. *t* in Catalogo. *u* lib. 4. in Diosc. embl. 38. *x* in Iconibus. *y* in historia. *z* in Dioscoridem. *a* in Iconibus.



ijque cubitales iuncea, strijs asperi, caui & A  
nudi, geniculis multis articulati & tuborum  
modo sibi immixti, (vnde Salpingion *b*,  
quasi tubulum dixeris, Democrito cogno-  
minatur,) qui in acuminatum fastigium,  
aliquando & asparagum terminantur: &  
quandoque circa summum caulis, ex arti-  
cellis, folia admodum parua, emittit: ra-  
rius vnus vel alter ramus ex geniculo pro-  
dit.

Locvs. In fossis aquosis, paludibus &  
piscinis: ad piscinarum ripas sæpè ex fundo, B  
culmi tricubitales eriguntur, at in pratis v-  
liginosioribus humiliter prouenit.


NOMEN. ἵππυρις ἀφύλλου dici potest.  
Hippuris maior, Trago: maior altera, Lo-  
nicero: Hippuris prima, Cornaro *c*: San-  
guinali foeminae similis, Cordo *d*. Polygo-  
num foemineū ἀφύλλοκαυλον, Thelio: Equi-  
setum iuncea Tragi, Lugdunensi: Hip-  
puris sine folijs & nuda, Tabernamontano:  
Equisetum nudum, Gerardo. Germanis,  
Schafftheuw / quibusdam Schabrauf / quod C  
opifices pectinum, fistularum, & sculpto-  
res, minorum ligneorum operum rudita-  
tem, huius herbae scabritie in nitorem ex-  
poliant: & apud nos ancillae circulos, (qua-  
lis figurae adpositus,) ad suppellectilem ex-  
poliendam conficiant. Anglis, *Naked bor-  
se taile*.

XI. EQUISETVM FOLIIS NVDVM RAMO-  
SVM: caule est longissimo, parte inferiore  
nigro, striato, aspero, folijs nudo, concauo D  
& geniculato, at geniculis paucioribus, &  
à se inuicem longius quam in alijs distanti-  
bus: ex articulis modo vtrinque vnus, mo-  
do ab altero latere duo, & ab altero vnus ra-  
mus, Iunci crassitie, sesquipalmaris, colore  
strijs & articulis cauli correspondens, & in  
tenuissimum apicem finiens, prodit. At ipse  
caulis in pyxidulam, ferè semiuncialè, striatam,  
albam & crenatam finit, ad cuius pyxi-  
dulæ latera, similiter & communiter vtrinque  
vnus rarius cubitalis effertur.

Locvs. In syluis vliginosis, sed rarius,  
reperimus, palustri solo Matthiolus obser-  
uauit.

NOMEN. Equisetum tertium, Matthio-  
li, quo nomine & in historia Lugdunensi  
exhibetur. At quod idem cum Equiseto  
iuncea (hoc est præcedenti) esse velit, non  
probamus. Hippuridis minoris nomine

A XI. EQUISETVM FOLIIS NV-  
DVM RAMOSVM.



Dodonæus & Lobelius *e*, binas figuras pro-  
posuere, quas distinguimus, & primam,  
huic conuenire asserimus.

XII. EQUISETVM NVDVM MINVS VA-  
RIEGATVM BASILEENSE: ex radice parua,  
nigra, transuersa, nonnihil capillata, cauli-  
culi plures inæquales, rarissimè pedales, cõ-  
muniter palmares, semipalmares & multo  
breuiores, striati, pallidè virentes, geniculis  
parte inferna nigris, superna albidis, articula-  
tis, folijs carentes & caui: in quorum sum-  
mitatibus, capitulum breuissimum, iuli in-  
star insidet, quod à corona alba, ex octo, no-  
uem, etiam duodecim foliolis acutis compo-  
sita, sustentatur: & quando pedibus calca-  
tur, crepitat.

Locvs. Ad Rheni ripam: iuxta locum,  
*die Baar* dictum, ad minorem urbem pro-  
uenit. An Gesnerus *f*, hoc intellexit? dum  
E inquit: Hippuris lacustris quædam, folijs  
mansu arenosis, in fine Iulij floret, vti putò:  
plura non habet.

XIII. EQUISETVM FOETIDVM SVB AQVA  
REPENS: radice est fibrosa, caulibus pluri-  
mis, tenuissimis, rotundis, per obliquum  
vt Saccharum penidium striatis, genicula-  
tis, fragilibus, sub aqua per terram sparsis,

*b* Ruellius lib. 3. cap. 97.

*c* lib. 4. in Dioscor. emb. 138.


*d* in Dioscoridem.

*e* in Iconibus.

*f* lib. de stirp. collectione.



XIII. EQUISETVM FOETIDVM A lingua Chara vocatur, quasi Charadranon  
 SVB AQVA REPENS.



(in aquis enim plerumque demersum rarius emergens,) quandoque cubitalibus, in plures cauliculos brachiatis: folijs aliquot breuiibus, in breues apices distinctis & simul ad genicula iunctis. Tota planta fragilis est, quæ dum in aqua est, viridis est, at extracta & exsiccata, incana & friabilis, ita vt non solum digitis minimo negotio in puluerem comminatur, sed etiam sponte in puluerem abeat: odoris est lutosi & sulphurei.

Locvs. Solum in aquis cœnosis demersum reperimus: Patauij primùm in fossis Thermarum Aponitarum: dein non longè Lucerna: tum Basileæ cis pontem Birsæ, Michelfeldæ & Hüningæ in fossis cœnosis obseruauimus. Dalechampius etiam circa Lugdunum notauit. Helmstadio quoq; ex lacu Gaderschlebiensi habemus.

NOMEN. Equisetum pini folijs simile apud Plinium g censet Dalechampius: verba Plinij: alij Pini folijs similem, nigricantem, eodem nomine appellant. Plinius nigricare scribit: nostrum verò album, vel cinereum est. Idem Dalechampius, Hippuridem minimam à Dioscoride non descriptam asserit. Equiseti quintum genus minimum, in historia Lugdunensi, quibus sua

lingua Chara vocatur, quasi Charadranon vel χαράδρανός id est λιμναία palustris, quo nomine Equisetum vocari, in nominibus supposititiis apud Dioscoridem habetur.

De EQUISETO SAXEO inter plantas lapideas sermo erit.

QUALITATES. Equiseti, Auicenna frigidum in primo & siccum in secundo dicit: At Brasauolo, frigidum quidem in primo, sed siccum in ordine tertio est: cum secundum Galenum h adstringentem cum amaritudine facultatem possideat, simulq; citra mordacitatem exsiccantem: & secundum Dioscoridem i herbæ vis est adstrictoria, quare Plinio k vis ei spissare corpora.

VIRES. INTRINSECVS. Tussientibus i, orthopnœicis, ruptisq; (& ijs quæ serpunt, Plinius k) radix & herba succurrunt. Ad sanguinis reiectionem l, ad profluuium muliebri, potissimum rubrum, & ad dysenterias, reliquosque ventris fluxus, strenuum & generosum est remedium herba ipsa, aut ex aqua, aut ex vino epota. (Puluis drachmæ vnius pondere, aut decocti in vino vnciæ quatuor, mane & vesperi propinata.) Vel vt Plinius k in vino dulci potus cyathis tribus. Eadem potest aqua stillatitia, si cochlearia tria, duobus tribusue diebus bibantur. Intestinum diuisum & vesicam dissectam (& enteroceles) cogere & agglutinare, folia in aqua bibita, narratur, Dioscoride & Galeno m referentibus: enteroceles glutinare cum Galeno, Aetius n asserit. Lienem cursorum extinguit, decocta fictili nouo ad tertias, quantum vas capiat, & per triduum hemina pota, Plinio k. Succus fluentem o è naribus sanguinem sistit (bibitus:) addit Galenus p fluxui obnoxij (ad foeda ventris vitia, Aetius) ex vino austero potus prodest: ac, si febre teneantur ex aqua. Dysentericiis q in vino potus prodest ac vrinam mouet, & quidem vnciæ duæ, vel per se, vel cum vino sumptæ. Succus hic r cum succo Sonchi bibitus, hæmorrhagiam vulnerum compescit. Equiseti s cauliculus tenerimus dum erumpit, pro Asparago ad mensas venit. Equiseti recentem Asparagum t, quem Hetrusci Paltrufalo vocant, elixatum, farina adpersum, oleo in sartagine frigunt, eduntque, quo alius adeò sistitur, vt inde coli cruciatus facile excitetur. Etiam u plebs Romana tempore quadragesimæ esitare solet, quibus Pesse del ca-

g lib. 26. cap. 13.

h 6. Simpl. Aegin. lib. 7. Oribas. 2. virt. simpl. &amp; Aetio.

Oribas. Aetio.

m Aegin. Oribas. Aet. n &amp; Plin.

o Dioscor. Gal.

s Fallopius de medig. purgant.

t Marthiolus in Diosc.

i lib. 4. cap. 46. &amp; Plin.

k lib. 26. cap. 13.

l Gal.

p Aegin. Oribas. Aet.

q Diosc. &amp; Plin.

r Lonicor.

u Petronius de vitis Romanor. lib. 3. c. 3.



*netto* vocatur, sed vsus periculofus est. Sunt A qui Asparagum siccum annum afferuāt, quo ad dyfenterias vtuntur, aqua calida per noctem macerantes coquunt, & in cibo magno fucceffu exhibent. Scabiei x vesicæ, malo intolerabili medetur, & biliofum vomitum constringit. Vnctis (in balneo lotis) ante diem vnum interdicitur, Plinio a. EXTRINSECVS. Vulnera cruenta b folijs tritis & infersis glutinantur: &, vt Galenus c; vulnera maxima conglutināt, etiam si neruos præfectos esse contigerit. B Vim admirabilem inquit Plinius z tradunt (eius quod Pini folio est) quod sanguinis profluua, vel tacto eo tantum homine, sistat. Sic Equisetum alterum, cum aceto tritum, vulneribus remedio esse, & eandem vini habere Dioscorides y scribit, & Plinius z; qui addit, propter sanguinem sistendum: sed & ischiadicis perutilem esse. Verum quæ Veteres Equiseto maiori tribuerunt; ea recentiores de eo quod nono loco proposuimus tradunt: nam in vulneribus, tam internis quam externis sanandis; commendarunt. Ad sanguinis sputum, radicis exsiccatae & pulueris drachma vna, cum succo Granatorum acidorum exhibetur. Contra pectoris pulmonumque vlcera, Equiseti in aqua decoctum mane & vesperi ad vncias tres calide potum: vel eius succi vnciae duæ exhibentur. In Phthisi, puluis equiseti drachmæ vnius pōdere, cum vncijs tribus a quæ plantaginis, mane & vesperi aliquot diebus sumptus, commēdatur: D quo & in cibis vti licet. Vomitum sanguineum compesunt, ventriculi dolores ab vlcere causatos; pulueris drachmæ duæ, cum succo cardui benedicti sedant. Contra rupturas, pulueris vncia semis, cum aqua calida exhibetur. Contra calculum, vrine stillicidium (vt & succi clarificati vnciae duæ cum vino) diabetem, (quamuis & vrinam moueat) aqua stillaticia, bis terue in die, ad vncias duas propinanda: ea ad vlcera oris, gingiuarum & faucium vtendum; os calide colluendo: vlcera quinetiam genitalium vtriusque sexus eadem abluantur & linteola intincta imponantur, & contra sedis inflammationes anō indantur. Hepati calido, erysipelatibus & pustulis calidis quarumcunq; partium, linteola madefacta calide imponantur: eadem genitalium & testium tumorem discutit. Sic hydropicorum tumores, herbam contusam, mane & vesperi impositam discutere asserunt. Eadem, contusa vel decocta in vino, membris contusis vtiliter imponitur. Succus, sanguinem e naribus manantem reprimat, infusus Plinio d: si cum bombace naribus indatur, fronti ac ceruici imponatur: dyfenteriam, ani & vteri vlcera, iniectus curat. Aluum d sistit. Ani proci-dentiæ, si in eius decocto infessio fiat, medetur. Equorum membris, præsertim vbi sanguis fluxerit, succurrere, indeq; Equisetum appellatum esse Brasauolus scribit. Polygoni foeminae vires: Dioscorides e vim adstringentem ac refrigerantem tribuit, & ad eadem, ad quæ polygonum mas, sed inefficacius valere. Et Plinio f inefficacius ceteris Polygoni speciebus: peculiare ischiadicis. Sic & Aegineta g cum Dioscoride sentit, licet Marcellus Virgilius h velit contrarium: ita enim apud Aeginetam legit τὸ ἡ θήλυ τὸ ἀρρεῖν ἰσχυρότερον, foemina autem masculo validior est: quo fit (addit h) vt oporteat, quemadmodum & Plinius indicat, credere, diuersas ex sexu Polygoni notas, omnibus locis & gentibus non fuisse eadem, sed variatis appellationibus, quæ Graecis verbi causa, mascula Polygonon erat, Latinis, foemina esset. At in nostro codice habetur; ἐστὶ ἡ τὸ ἀρρεῖν τὴ θήλειαν ἰσχυρότερον, est autem mascula fortior quam foemina: quemadmodum & Cornarus & Andernacus i recte legunt. Hoc vt & Equisetum nonum, quia vtrumque fractu contumax, a mulierculis expetitur, ad vtenfilia culinaria extergenda, vasa præsertim stannea & omnis generis supellectilia, quare non temere Asprella nominatur.

x Amatū in Dioscor. y lib. 4. c. 46. z lib. 26. c. 13. a lib. 26. c. 13. b Dioscorid. Fernel. 6. meth. 13. c Oribas. 2. virt. simpl. d Acini. d lib. 26. cap. 13. e lib. 4. c. 5. Gal. Oribas. Act. f lib. 27. c. 12. g lib. 7. h lib. 4. in Diosc. c. 5. i notū in Aegin.





## S E C T I O T E R T I A .

## A R V N D O , P A P Y R V S , T Y P H A .

## D E A R V N D I N E S E V C A L A M O .

## C A P V T P R I M V M .



**A**RVNDO, quæ Græcis κάλαμος, πρὸς τὸ καλῶς ἀμᾶσθ, vt vult Etymologicus, in odoratam & inodoram diuiditur. Odoratae, genus vnum proponunt, & κάλαμον ἀρωματικόν vocāt: κάλαμον, à forma, cum Arundini vulgari figura & habitu similis existat: ἀρωματικόν, ad differentiam alterius inodoræ.

A lentusque in frangendo. Negat Garzias, id quod in Calamo spongiosum est & flavescenti colore conspicitur, vlla ex parte araneorum telis simile esse, vt falso putarint Auienna *b* & Serapio *i*, quos Græcis & Latinis hæc melius nosse oportebat.

C A L A M V S A R O M A T I C V S  
S Y R I A C V S .

## D E C A L A M O A R O M A T I C O .

**C**ALAMVM aromaticum duplicem facimus, Indicum & Syriacum, imitati Guilandinum, qui regiones in quibus nascitur, peragravit: cum & eam differentiam ex Vegetio *a* desumere liceat, siquidem Absyrtus, in confectioe pulueris quadrigarij calamum Syriacum & aromaticum, id est, Indicum requirat. **I**NDICVS, in quo genere probatissimus inquit Dioscorides *b* & Oribasius *c*, fuluus (κίρρος Dioscoridi, at Aetio *d* πύρρος) haud ita magno discrimine: Plinio *e* vero niger, quamuis eum locum Plinij aliqui aliter legunt) crebris geniculis seu internodijs distinctus, qui que contractus in assulas multas, (hoc est, in longitudinem magis quam latitudinem) dissilit, plenam habens araneorum fistulam (hoc est plenam materię cuiusdam, seu potius medullæ, quæ telæ araneorum similis sit, & vt Plinius *e* inest fistulæ araneum, quod vocant florem, & præstantior, cui numerosius,) subalbidus, in manducando (in frangendo Plinius) lentus, viscidusue, astringens & subacris (amarus Oribasio *c*) qui suffitibus, ad conciliandam odoris gratiam miscetur. Plinius *e*, (& ex eo Hermolaus *f* & Ruellius *g*) meliorem dicit eum qui mollior tactu, qui minus fragilis, qui assulosè potius, quam Rraphani modo frangitur, & quo breuior & crassior,

B

C

D



**C**ALAMVS AROMATICVS SYRIACVS: ex radice inutili, trium quatuorue unciarum longa, summo capite non nihil extuberante, & paucis fibris capillata, caulis, (modò vnus, modò plures,) ferè bicubitalis, rectus, rotundus, læuis, fragilis, multis geniculis distinctus, exurgit: qui recens, nihil aliud quam Arundo, flavescentis est, exsiccatus rufescit, & nonnunquam minoris digiti crassitudine, multo etiam gracilior: hic in plures ramos diuiditur, mox in alios tenuissi-

a lib. 4. de re Veterinaria.

b lib. 1. cap. 17. corell. 12.

c n. Collect. 2. Synops. 56.

g lib. 1. c. 34.

h lib. 2. c. 161.

d serapib. 1. serm. 2. cap. 196.

i de simpl. c. 205.

e lib. 12. c. 22.

f lib. 1.



mos, instar Ligustri Ægyptiaci Alpini, vel Lentisci Peruuiani, Molle Clusio dicti, subdividitur: hic intus cauus, spongiosus & membranula, (quasi tela alba subtenfa,) vti Arundines præditus, qui cōfractus in multas fissuras & segmenta assulatim dissilit: flores parui sunt, foliacei, plurimi, qui singuli pedicellis singulis tenuissimis insident, ex quorum medio, apex styli instar prodit: folia pauca, semper bina, ex aduerso ad singula genicula sita, caulem amplectuntur, vnciam lata, sesquiunciam longa, per quorum medium secundum longitudinem nervus elatus excurrit. Caulis, sapore est aromatico, valde amaro, & nonnihil acri, gustuque mucoso. Hic, nisi ex terra euulsus *k* nunquam odoratus est: quod & Theophrastus *l* voluit: etsi Gaza & vulgaria exemplaria legant, *ἡ δὲ ἄρα ἡ χλωροί*, hoc est, qui virides nequaquam esse videntur, cum legendum sit *ἡ δὲ ἄρα ἡ χλωροί*, id est, virides inodori sunt: quæ lectio ex alio loco Theophrasti *m* probatur, vbi virides nihil olere scribit: idem *C* Syriae *n* Calamum inodoratum dixit, circa *o* locum vbi nascitur.

Locvs. Dioscoridi *p* & Oribasio in India nascitur: Plinio *q*, (qui Indicum & Syriacum, vt Guilandinus voluit, confundit,) Hermolao *r*, Ruellio *s* & Cordo *t*, in Arabia nascitur, quod & Plutarchus *u*, male prodidit. Siquidem Garzias *x*, ab Arabibus & Coraçone incolis percunctatus, an apud eos Calamus nasceretur: item an eis cognitus esset, eoquæ vterentur: negarunt *D* omnes apud se inueniri, nisi ab Indis mercimonij gratia advectum, probequæ sibi cognitum, vtpote cuius plurimus apud eos vsus esset: equidem ex India in Arabiam defertur. Idem *x* inquit ex Goa, India in Alexandriam, deinde Barat & Tripolim Syriae deferri, qua ratione & Arabicum & Alexandrinum vocari posse. Sic & in Aegyptijs *y* & Asianis officinis, ea prorsus facie qui Dioscorides delineauit, prostat. At male Manardum *z* citat Garzias, ac si in Pannonia recentem se vidisse diceret: siquidem se nunquam vidisse Calamum odoratum, ingenue fateatur, sed id quod vulgò, pro eo vendatur, in Pofonio superioris Pannoniæ ciuitate vidisse. Garzias & Christophorus Acosta *a* affirmant per totam Indiam, præ-

A fertim in Guzarate & Balaguateri: etiam Goæ, vbi multus eius vsus sit, in hortis factum prouenire, sed perpaucum: & eum qui ex Balaguateri ad Occidentem mitti. Linscottus *b* in Sunda & insulis Iauæ vicinis, nasci scribit. Verum Plinius *c* etiam in Syria nasci voluit, dum scribit: nascitur & in Syria Papyrus, circa quem odoratus ille Calamus lacum. Guilandino *d* Syriacus ad ripas lacus Genesaretici nascitur, à vulgari nihil dissimilis, præterquam quod post quadragesimum diem siccatus, nonnihil flagrat: à quo Indicum diuersissimum esse vult, à Dioscoride olim, nuper verò à Garzia descriptum. Theophrastus *e* vult etiam exire trans Libanum montem, & inter ipsum Libanum & alium quendam montem, (ignobilem addit Plinius *f*, sed non, vt Strabo & alij quidam existimarunt, inter Libanum & Antilibanum, inter quos campus amplissimus & pulcherrimus est, quem Aulonem appellant: sed in conualle modica, iuxta montem lacumque, qui in amplum spaciatur, cuius palustribus, (per æstatem Plin. *f*) siccatis assurgit, vt etiam Iuncus: occupant enim isti locum plusquam triginta stadia: locum ingredienti protinus odor adspirat, non tamen longius expirat, (& Plinio *g* monente, Calamus præstantior odore statim è longinquo inuitat,) vt quidam referunt. Sequitur in Græco, *ταῖς περὶ Φερμοῦνας εἶναι πρὸς τὴν χλωρὰν*, quæ Gaza omisit, & sic restituuntur, *ταῖς περὶ Φερμοῦνας ναυσὶν πρὸς τὴν χλωρὰν*, id est, à nauibus, quæ eò cursum tenent, sentiri. Hic enim locus, à mari pluribus quam centum quinquaginta stadijs, abest. Sed Arabiae regionis afflatum odoratum esse aiunt, inquit Theophrastus *h*. Sed quæ Theophrastus & de loco, & de odore narrat, ex aliorum sermonibus & fide refert, minimequæ verum esse Guilandinus asserit. Quo autore, is campus est vallis quam Iordanus interfecat: lacus verò Genesareticus, quem Matthæus mare Galileæ, Ioannes, mare Tiberiadis vocat, ad cuius ripas Calamum obseruauit. Huius frustula, Calamo odorato, Libani, Lobelius adpinxit, quæ etiam Calami odorati nomine Camerarius *i* & Clusius *k* depinxere: talia, à Doctore Paludano ex Syria reduce, ante annos quadraginta sex, vna cum alijs, dum Patauij esse-

*k* Linscot. 4. part. India orient. c. 39. *l* 9. hist. 7. *m* 6. caus. 22. *n* 6. caus. 27. *o* 3. hist. 9. *p* lib. 1. cap. 17. *q* lib. 12. c. 22.  
*r* lib. 1. coroll. 17. *s* lib. 1. cap. 34. *t* in Dioscoridem lib. 1. cap. 17. *u* lib. quod bruta ratione videntur. *x* lib. 1. cap. 32. *y* Io. Costeus  
in Mesuem in Diacosto elef. *z* 8. Epist. 1. 6. epist. 3. *a* cap. 63. *b* 4. part. India orient. 39. *c* lib. 13. cap. 11. *d* lib. de pappyro.  
*e* 9. hist. 7. *f* lib. 12. cap. 22. *g* Hermolauus lib. 1. coroll. 17. *h* 12. hist. 22. *i* Hermolauus & Ruell. lib. 1. cap. 18. *j* 9. hist. 7. *k* in suo Mat-  
thiolo emaculato. *k* notis in Garziam.



mus, accepimus & aliquando in Pharmacopolijs inter Schoenanthi festucas & Spicam Indi reperimus.

NOMEN. Dicitur κάλαμος Hippocrati l, Calamum aromaticum interpretes vertit: alibi κάλαμος μυρεψικός, Calamus vnguentarius, fortè quia ipsius ad vnguenta vsus: κάλαμος αρωματικός, Dioscoridi, Oribasio, Aeginetæ, Aetio: quod alij aromaticum reddidere: alij odoratum, imitati Theophrastum m, cui κάλαμος εὐώδης & quibusdam κάλαμος εὐώδης, Calamus Indicus & odoratus, Galeno n, & Plinio o, Calamus odoratus dicitur. Aliquibus tamen odorati vox non placet, eò quod aroma odorem non significet, sed quod vulgo drogum vocant: attamen ἄρωμα, si etymon spectes, dictum ab ἄρ, sive ἄρ particula intensiua, & ὄζω siue ὄδμη, vnde & à Suida exponitur εὐωδίαμα μυρεψικόν: & apud Græcos αρωματώδης, id est aromata redolens, pro odorato sumitur. Nec mouent Garziæ p verba, dum se Calamum odoratum non scire scribit: siquidem ibidem subiungat non esse odoratum, nisi è terra auellatur, verum quanto virentior sit, tanto validioris tetrionisque odoris sibi videri. At Cordus q, odorem & saporem tam radici, quam calamo acrem, suauem, aromaticum, Schæno non dissimilem, sed iucundioris tribuit. Dionysius r κάλαμον ἐρυθρεῖον, à colore vocat, nõ vt Eustachius putat, quod eius altrix India, Erythræo mari contermina sit: at Dioscorides κάρδον esse tradit. Calamus Arabicus, Plutarcho, Calamus Alexandrinus, Celso: Calamus odoratus, Hermodoro, Ruellio: Calamus aromaticus, Manardo, Gorrhæo, Garziæ, Lobelio, Acostræ, Celsalpino: Calamus aromaticus verus, Cordo q, seu odoratus verus, Fuchsio s. Adit Garzias vocari in Guzarate, Vaz: in Decan, Bache: in Malabar, Vazabu: in Malayo, Durringuo, (in Malaca Darinoo, Acostræ & Linscotto,) in Persia, Hezes: in Curcan, quæ regio est maritima, Vatican (Vaycan Acostræ & Linscotto) Serapioni t, sed corruptè, Affabel dirire: omnes enim Arabes medicum cum Auicenna u, Cassab & Aldirira appellant. Idem autem sonat x Cassub quod Calamus, & Aldirira ex aromatibus: nam Dirire idem quod nobis aroma est: vel vt Guilandinus, Cassab offeri, & Cassab Alderina. Sic

A in Asianis officinis, Cassab offeri vocatur: & qui legitimum Calamum odoratum desiderabit, Constantinopoli, in mercatorum officinis Cassabou serire requirere debet, Bellonio y monente. Alsarauio, Alterira: Andreæ Bellunensi, Alderire, Aldarira & Chasab darirhe: quibusdam Arabum scriptoribus, Caratis & Caratim. Germanis, Wurriedt/ Wolriechendrohr. Belgis, Vvolriekenderiedt. Anglis, Aromaticall Reede. Italis & Hispanis, Calamo Aromatico.

QUALITAS ET VIRES. Sapor illi acris, aromaticus, amarus: & Galeno z, Oribasio a, & Aetio b, leuiculam quandam adstrictionem ac minimam acrimoniam possidet: maxima ex parte essentia eius terrena est & aerea, in caliditatis frigiditatisq; coniugatione temperata. Habeatur c secundi ordinis eorum quæ excalfaciunt & desiccant, valentius tamen desiccant, quam excalfaciunt. Fernelio d, calidus & siccus est ordine secundo, leniter adstringit & minimum acer. Inest e quoque ei quædam partium tenuitas. Aperit, incidit ac pellit.

VSVS. INTERNVS. Conuulsis f medetur, duobus obolis potus, Plinio. Tussim g & hydropem sanat. Ventriculum g & hepar excalfacit & roborat. Hydropicis, renum vitio g & stranguria laborantibus & ruptis conuenit, Dioscoridi: cui etiam h vrinam (moderate Galeno & Aetio,) cit, cum Gramine & Apij semine decoctus & potus. D Menses g potu trahit, eidem. EXTERNVS. Tussi i suffitu medetur, tum per se, tum etiam cum resina terebinthina (magis cum resina, Plinius) fumo per fistulam ore hausto. Iecori k & stomacho cum alijs miscetur & imponitur. Menses appositu trahit: decoquitur & ad muliebres infusus: nec non & infusiones, quas Dioscorides ἐγκλύσματα, μητρειχύτιω Galenus vocat: in l vteri quoque fomenta, quæ phlegmones gratia aut mensibus irritandis assumuntur, vtiliter admiscetur: sic etiamnum l apud Indos, in vteri affectibus, & neruorum doloribus, eius vsus familiaris est. Menses m mouet pessarium ex Calamo inditum: vt & decoctum infusum vteri vlcera curat. Vterum siccat & recreat suffitu. Sudorem n prouocat puluis, cum oleo mixtus & illi-

l De natura mulierum circa medicum. m 9. hist. 7. n lib. 1. facult. simpl. 13. & lib. 7. o lib. 12. cap. 22. lib. 13. cap. 11. p lib. 1. arom. 32. Idem & Linscot. q in Dioscorid. lib. 1. cap. 17. r lib. de firm. orbis. s de compos. medicam. t lib. simpl. cap. 205. u lib. 2. c. 101. & 212. x 10. Coll. eur. in Mesuem. y lib. 1. obser. c. 76. z 7. simpl. a 15. Collect. b 1. ser. 1. ferm. 1. c Aegineta lib. 7. Oribas. 2. Synops. 4. d 5. Meth. 22. e Galen. Oribas. 15. Coll. & 2. Synops. 22. f Plin. lib. 24. c. 11. g Fernel. 5. meth. 23. & 26. h & Plinio l. c. Galen. & Aeg. k Galen. Aegin. Aeg. l Garzias & Linscot. m Tabernamont. n Garzias, Acostræ, Linscot. 4. pars. Ind. Orient. cap. 39. qui equis salutare.



tus: idem potest, si in oleo cum paucovino, ad vini absorptionem decoquatur. Furfuribus *f* & vlcibus manantibus cum Myrrha decoctus. Malagmatis emollientibus, atque suffitibus ad odoris gratiam conciliandam miscetur, Dioscoride scribente. Apud Indos *n* expetitur à Mulomedicis hyeme, contusus enim additis Allijs, Ammi, salis momento, butyro & saccharo iumentis aduersus frigora mane exhibent, quod medicamentum Arata vocant: etenim in India magno est in vsu, cum viris, tum mulieribus & iumentis, quo & officinæ in Lusitania vtuntur. Hæc de ipsius vsu.

Nunc perpendamus an Calamus aromaticus officinarum, sit ipsius Dioscoridis, nec ne? Etsi Marcellus Virgilius *o*, Calamum Græcorum nostra ætate adeo notum dicat, vt de eo longius agendum non existimet: contra Cornarus *p* eos non audiendos, qui se nunquam Calamum verum vidisse asserunt, scribat: attamen, ex collatione Calami veterum cum Calamo aromatico officinarum, veritas elucescet. Calamus Græcorum fuluus est, assulatim frangitur, fistulam habet telis aranearum plenam, lentus in mandendo, adstringens, subacris: ex Arundinum est genere, Theophrasto & Plinio testibus, quod & nomen declarat. Calamus verò officinarum, fistula non est, sed radix, neque fistulam seu arundinem fert, sed pro caule ex latere exit folium potius, quam caulis, quod à medio ad summum usque planum est & reliquis simile, infima verò parte *D* crassius, angustius, & caulem veluti triangularem efformans: neque assulatim *q* frangitur, sed transversim, Iridis vel Raphani modo: neque subacris sed planè acris est. Sed Cornarus cum Amato, obijcit, radicis, non Calami, vsu esse debere, nam (vt habet Amatus) Theophrastum & Plinium Calami aromatici radicem desiderare eamque cæteris Calami partibus anteferre, vt apud Plinium *r* legere sit, vbi Calami odorati iuamenta enumerans, inquit: Efficacissimum autem in omni Arundine, quæ proxima radici: efficacia & genicula: ex quibus verbis, inquit Amatus, manifestè percipitur, quod ex omni Calamo siue Arundine, radix, pars efficacior est: qua de causa Calami odorati radix potius quam Calamus, in opus trahenda est. Subiungit, quantum

ad Dioscoridem: si quis accuratius expendit, illum de radice potius quam de Calamo loqui inueniet, cum radix geniculata dicatur, Calamus verò potius nodis cinctus. Huic sententiæ & Brassauolus *s* adstipulatur, qui veri Calami radicem esse, cum quem officinæ ostendunt, cum Cornaro statuit: Contrarium verò Fuchsins *t*, quare malè à Lugdunensi citatur, quasi veri Calami radicem, eam quæ in officinis habetur, agnosceret. Respondetur ad primum, Calami tantum mentionem facere Theophrastum *u*, quem secutus est Plinius *x*, & quod intendit ex Plinij verbis *y* elicere, radices potius vsurpandas, quis non videt vim fieri Plinio? dum enim dicit, efficacissima autem in omni Arundine, quæ proxima radici: efficacia & genicula: non dicit radicem præferendam calamo, sed eam Calami partem, quæ radici proxima, efficacissimam esse: & reuera Calamus aromaticus nihil *z* aliud est quam huius herbe caudex seu arundo, quæ materiam intus spongiosam & flauescentem continet, quo in Theriacæ compositione pro Calamo veterum vtimur: radix ipsa nullis vsibus apta est. Vel si mauis, cum quibusdam legas in Plinio, pro efficacia genicula, sed efficaciora genicula. Ad alterum: Dioscorides manifestè de fistula agit, & neuiquam de radice: & quod vox γόνατι genicula, neuiquam radici tantum competat, sed & cauli, licet infinitis locis comprobari posset, sufficiat vnū ex Dioscoride *a* exemptum: Polygoni fœminæ caulis, describitur γόναλα συνεχῆ ἔχον densa geniculis: & sequenti capite, Polygonati radicem dicit πλυγόναλον, crebrò geniculatam. Cum ergo officinarum Calamus aliud quid sit, inquirendum cuius nam plantæ radix fiet: verum capite de Acoro ostendemus notas à veteribus Acoro adscriptas, officinarum Calamo pulchrè conuenire. Insuper operæ pretium est scire, quod nam Calami veterum debeat esse antiballomenon & succedaneum. Sunt qui vsitatum officinis Calamum in locum veri succedere posse censeant, vt Hermolaus, Manardus, Matthiolus, Fuchsins, qui tuto & citra vllius reprehensionem, pro vero seplasis in eius penuria vti posse ait: quibus adstipulatur Costæus *b*, sed minore in portione substituere iubet. Contra Lugdunensis herbarij autor, imitatus Aduersaria,

*o* notis in Dioscoridem lib. 1. cap. 17. *p* lib. 1. in Diosc. emblem. *q* De his & alijs facturarum generib. Vide Galenum 6. Methodi. Arginetam lib. 6. cap. 89. *r* lib. 24. c. 11. *s* in exam. simplic. *t* lib. de compos. medicam. *u* 9 histor 7. *x* lib. 12 cap. 22. *y* lib. 24. cap. 11. *z* Linscot. part. 4. Ind. Oriens. 39. *a* lib. 4. cap. 5. *b* in Mesuem.



perperam in officinis pro Calamo vsurpari scribit, cum non solum odore, cæterisque facultatibus, sed etiam tota natura & effigie Calamus ab Acoro, cuius hæ radices, dissi- deant. Galenus & Paulus c, Sphagnon, id est, Muscum arboreum substituunt, qui ta- men longè viribus differt. Verum, cum Iun- cus odoratus seu officinarum Squinanthum & Calamus aromaticus Dioscoridis, sapore & qualitatibus non multum discrepent, si- quidem Galenus d dicat Squinanthum mo- dice calfacere, modice adstringere, Cala- B mum verò leuiculam adstrictionem habere ac minimam acrimoniam: placeret magis si Squinanthum, Calamo succederet, quam officinarum Calamus, qui Acorus est: ra- tio, quia Acorus, vt habet Galenus e, in ca- lesfaciendo & siccando tertij est ordinis, gu- stu acris: Calamus verò calidus & siccus or- dine secundo, ac minimam acrimoniam possidet. Quod si verò exoletum sit Squi- nanthum, cum Galeno Cardamomum sub- stituemus, hoc enim Squinanthi fuit succe- daneum. At si velimus officinarum Cala- mum substituere, in minori id dosi fiat, cum in caliditate & siccitate gradu vno Calamus officinarum, Calamum Dioscoridis superet.

alus velit, ignoramus, cum in censura teste- tur odoratum calamum iam diu perijsse: ipsius tamen figuram, quæ Arundinem ali- quam exprimit addere placuit, partim cum ad manus esset, partim cum eandem Lacuna, Castor Durantes, Lonicerus, Lugdunensis, Tabernæmontanus & Gerardus, Calami a- romatici nomine exhibeant. Imo & Aco- stæ figura ab illa tantillum radice variat, li- cet de vero Calamo agat, Garziæ verbis v- tens: folia tamen Gladioli & radices repen- tes tribuit, qui in locis humidis proueniat, & ex viuo depictum testatur.

~~~~~

DE ARVNDINE INODORA.

CAPVT II.

ARVUNDO, quæ principatum a in aqua- tibus fruticibus tenet, propter fœcun- ditatem, siquidem vel b adusta, vel recisa, lætius numerosiusque reuifescat: dicitur Græcis κάλαμος: à Phœnicibus γίγγρας ab Adonide, quem γίγγραν Phœnices sua lin- gua appellant & lugent, Polluce c autore. Latinis, Calamus, Harundo, Arundo ab a- reo, eò quod citò arefcat. Arabibus, *Hafab, Casab*, Radix eius *Osolalchafab* iisdem. Pani- culas phragmitides, florem αἰθήλην appel- lant. At Calamus, Canna dicitur, ab He- braico *Kanim*, seu *Kanah*, quod calamulam significat. Germanis, *Xohr, Riede*. Belgis, *Riet*. Anglis, *Rede, Cane*. Bohemis, *Trest*. Gallis, *Roseau, Canne*. Italis, *Canna*. Hispa- nis, *Canbas*.

GENERA quinque, vt communiora, Dio- scorides d enumerat: quedam *Νατος*, (id est, plena solidaue, à *νάσσω* æquo ac complano,) ex qua sagittæ factitari solent: altera *Θήλυς* (fœmina) ex qua tibijs lingulæ conficiun- tur: alia *Συεργγίας* (fistula) multa carne præ- dita, (*πλύσαρκος*, sunt e qui ex Theophras- to & Plinio, non *πλύσαρκος* aut *παχύσαρκος*, sed potius *ὀλιγόσαρκος* legendum existimēt,) geniculis densior, ad librorum scriptionem accommodata: alia denique crassa & con- caua, circum amnes nascens, quæ etiam *Δόναξ* & à quibusdam *Κύπεριος* dicitur: est & altera *Φεργμύτης*, (quasi sepimentis idonea, seu vallatoria, à *Φεργάσω* sepio seu munio,) gracilior, candicans, vulgò nota, (quædam exemplaria habent *λεπίος ὑπόλευκος*: quæ- dam *ὑπόλευκος ὑλῆκος*.) Quod Dioscorides

CALAMVS ODORATVS

MATTHIOLI.



Quid suo CALAMO ODORATO Matthio-

c in succedaneis. d 1. simpl. e 6. simplicium. a Plin. lib. 16. c. 56. b Theoph. 4. hist. 12. c lib. 4. cap. 10. d lib. 1. cap. 114. e Satacenus.



hic Vallatoriam gracilem commendet, A-  
 matus mendum subesse credit, cum reuera  
 pro texendis sepibus, erigendisque pergulis,  
 ac apparandis baculis; crassior & validior  
 melior sit: quare Theophrastus crassam &  
 validam desiderat. Theophrastus *f* Arun-  
 dinum differentias plures constituit, nomi-  
 nans Auleticam; Characiam; Plocimon,  
 Zeugitin, Bombyciam, Eunuchiam, Syrin-  
 gam, Donacem, Toxicam, Laconicam, &  
 Epigeion: duo tamen prima fecit genera,  
 quæ in plures species subdivisit. *Αυλητικὸν ἔ-  
 τὸν ἔπερον*, Tibialem, (vt Gaza, Plinium *g* se-  
 cutus, interpretatur, Tibiaria Hermolao,) &  
 reliquum siue alterum. Vnum autem ge-  
 nus reliquæ esse *χαρακίαν*, (Characian Plin-  
 io: Gaza vallatoriam, Hermolaus valla-  
 rem interpretatur,) crassam & firmam, ideo  
 vallis & sepibus hortorum idoneam, vnde  
 ei nomen inditum: quæ *ἐπι τοῖς κάμυσι* in co-  
 mythibus, (Arundinaceis cespitibus Ga-  
 zæ,) nascitur. *κάμυθας* vocant, vbi coacer-  
 uata Arundo mutuò implexas radices habet,  
 quod fit stagnorū locis in quibus tellus pin-  
 guis fuerit: Plinius in ripis expatiantis lacus  
 dixit: Arundinetū prædensum & farctum  
 Hermolaus. Phragmiten videtur Plinius *h*  
 appellasse. Græcanicam vulgo dici, & à Vi-  
 truuio, Cerdonen Græcam, autor *i* Hermo-  
 laus. Et hac *e* fortassis vites alligabantur,  
 vt subrectæ adeoque pedatæ starent: siqui-  
 dem *καράξ* fœminino genere, ridicas seu pe-  
 damenta, quibus vineæ fulciuntur, signifi-  
 cat. Aliud *πλόκιμον* id est, textile, forte quod  
 ex eius folijs storeæ, tegetes, atque alia id  
 genus fierent. Plinius *k* non *πλόκιμον*, sed  
*πλόκιαν* legit, dum inquit: Characiam voca-  
 bant crassiorem firmioremque: Plotian ve-  
 rò subtiliorem. Mouit fortè Plinium, quod  
 apud Theophrastum legisset, hanc Arundi-  
 nem nasci *ἐπι τῶν πλωάδων*, id est, in insulis  
 fluitantibus: *πλωσίαν* quasi fluitantem, (Au-  
 tam vel nexilem Hermolaus;) pro *πλόκιμον*  
 vocauit. Tibialis Arundinis ortum, natu-  
 ram, & differentias prolixius exponit, tum  
 plures alias arundinum species recenset, que  
 ferè Plinius transcripsit. Tibialis, (vt ha-  
 bet Theophrastus,) aucta altitudine lacus,  
 durante inundatione crassatur Arundo, &  
 crassior facta fit *ζωγίτης*: cum verò aqua  
 non permanferit *βομβυκία*. Eadem ferè Plin-  
 ius, Aucupatoriam & Bombyciam vocas:  
 quod verò *ζωγίτην* aucupatoriam verterit,

A fortè motus antiquorum consuetudine, qui  
*ζωγην* seu *ζυγας* vocarunt *τῶν ὀρνιθῶν βρόχους*,  
 id est, laqueos ad capiendas auculas desti-  
 natos, vel quod calamis viscatis in aucupijs  
 vsi sunt, vt Martialis versiculus indicat: Gal-  
 bula decipitur calamis, & retibus ales. Da-  
 lechampius *l*; Iugalem potius Latine nomi-  
 nandam censet, vel quod eiusmodi Arundi-  
 ne transfuersa sublimes vineæ iungerentur,  
 quæ ab eo iugatae Varroni dicebantur, vel  
 quod ea vites in iugum alligarentur, quam  
 nec tendæ vitis rationem Columella *m* do-  
 cet, ob quem vsum etiam Arundineta, in Ita-  
 lia potissimum, culta fuisse Plinius *n* scribit,  
 ad earum & iuga & pedamenta, qua de re  
 Varro *o*. Vel quod ex eius internodijs con-  
 iugatis, compingeretur septenis, vt ait Oui-  
 dius, fistula cannis: siquidem *ζωγη* antiquis  
 dicebantur coniuncta arundinum paria; &  
*μεσογόνια* fabricandis musicis instrumentis i-  
 donea, quare *ζωγίτης* dicta ea quæ crassitie  
 & longitudine ad id idonea & apta est. Hinc  
 Apuleius *p*, nuptiales tibias vocat Zygijs,  
 quam Iugales: sicut Iunonem Zygiam iu-  
 galem vocant, cui vincla iugalia curæ, vt in-  
 quit Poëta. Idem *q* Arundinem musicæ  
 nutriculam appellat, siquidem ex ea tibiæ  
 fiebant, quibus canebatur. Quod verò Ga-  
 za *ζωγίτην* Armamentariam vertit, autor illi  
 Plinius *r* fuit, qui instrumentum Arma-  
 mentum vocauit: aut quod ad vinearum ar-  
 mamenta, hoc est iuga seruiret. At Bomby-  
 cia dicta videtur, vel quod ex ea *βόμβυξ* tibiæ  
 genus fieret: vel quod Bombycijs insectis,  
 corporis exilitate & strigoso habitu, arun-  
 do hæc similis sit: vel quod ob strigosam  
 maciem tibia dignum sonum non ederet,  
 sed bombum duntaxat. Differt Bombycia,  
 autore Theophrasto, à reliquis Arundini-  
 bus, alimenti natiui penuria: quippe maci-  
 lentior, gracilior & facie planè fœmina spe-  
 ctatur, foliumque latius habet & candidius  
 & minus lanuginis, quam cæteræ, quædam  
 etiam nihil prorsus habent, quas *δυσχίαις*,  
 id est, Spadones appellant, ex quibus opti-  
 ma *τὰ ζωγη* iuga, (paria Gaza,) fieri quidem  
 affirmant, pauca tamen in opere bene suc-  
 cedunt. Hæ tempestiuè cædi solitæ ante  
 Antigenem, cum adhuc simplicius tibiæ ca-  
 nerent, sub arcturo mense Septembri: sic  
 enim cæsa, multis post annis vtilis sunt;  
 multaque sonandi exercitatione indigent;  
 sed ora linguarum conuiuent, quod illis ad

f 4. hist. 12.

g lib. 16. c. 36.

h lib. 32. c. 10.

i lib. 1. coroll. 122.

k lib. 16. c. 36.

l in hist. Lugd.

m lib. 9. c. 5.

n lib. 16.

cap. 36.

o lib. 1. c. 8.

p 4. Asini.

q lib. 6.

r 16. hist. 36.



res populo significandas vtilius erat. Posteaquam verò varietas fictioque accessit, cæsura mutata est, cædunt enim nostra æstate, mense Maio & Iunio ferè circa solstitium, aut sub ipso solstitio & in trimatu vtilis fiunt & breui exercitatione egent, linguæque decliues sunt & quasi deorsum flectuntur, quod his qui sonos variè fingunt necessarium est. Hæc Plinius etiam, sed paucioribus verbis expressit. Subiungit preparationem & confectionem Theophrastus, quæ adducere superuacuum. Prosequitur dein adhuc alia genera, quæ differentijs vel sensui manifestis discernuntur: quædam enim densa, tam carne, quam geniculis: quædam rara, paucisque geniculis, & alia caua tota, quam *σείρα*, id est, fistularem appellant, nihil enim ferè ligni carnisue habet. Theophrasto hæc Syrix dicitur, quod natura sua caua, nihilque carnis habeat fistularum modo: Dioscorides eam carne crassa descripsit. At Plinius, quod fistulis vtilior sit, vt Auleticos tibijs: dum inquit, Calamus verò alicuius totus concavus, quem Syringiam vocant, vtilissimus fistulis, quoniam nihil est ei cartilaginis atque carnis. Orchomenius continuo foramine peruius est, quem Auleton vocant, hic tibijs vtilior, fistulis ille. Sed quod Plinius Calamum Orchomenium auleton continuo foramine peruium scribit, id Syringi tantum competit. Pergit Theophrastus: alia solida & tota penè intus repleta: item alia breuis, alia procera, excelsa crassaque: & alia gracilis, foliosaque: alia paucis folijs omnino. Multæ etiam differentia pro natura vsuque intelliguntur, singulae namque ad singula vtilis. Nominibus alij alijs appellant, *Δένναξ* (Cannam Gaza transtulit, licet Canna apud Latinos, vt habet Columella, gracilem & degenerem Arundinè significet: & apud Græcos fiscelle genus Canna dicitur, vt est apud Pollucem) denotat, communissimam, quam densissimam, (fruticosissimam Plinius, fruticiam Gaza vertit,) maxime omnium referunt: & apud flumina lacusque potissimum, (non nisi in aquaticis Plinius,) nasci: multum tamen in quouis Arundinis genere differre, quod in sicco natum est, ab eo quod in aquis creuit. Non vt Plinius, cui Donax in aquaticis natus multum præfertur Arundini, quæ in siccis prouenit. *τοξικη* (Sagittaria Gazæ, Sagittarius calamus Plinio,) quam Creticam quidam appellant (Cretensibus enim genti-

litium telum sagittas esse Pausanias u scribit) sui generis est, nodis paucis geniculata, carnosior omnibus, maximeque flexum recipiens, atque omninò obsequens, quo libeat flecti, calefacta. Plinius addit, in hoc quoque, vt cæteris in rebus vicit Italia, quando nullus sagittis aptior Calamus, quam in Rheno Bononiensi amne, cui plurima inest medulla, pondusque volucre (findendo scilicet aëri opportunum) contra flatus quoque peruicax libra. Theophrastus: & folia magnas differentias reddunt, non multitudine magnitudineque tantum, sed etiam colore, (robore Plinius,) quippe quæ *λακωνικός* cognominatur versicolor est, (valida Laconicis, Plinius,) item positu ipso atque annexu: quædam enim ab ima parte, foliorum plurima ferunt, ipsaque perinde atque è frutice se attollunt. Genus quoddam Arundinis *επίγειον* (terrenum Gaza, obliqua Arundo, quæ quibusdam Elegia, Plinio,) id est pumilum, quod caulem non erigit, sed super terram spargitur Graminis (fruticis Plinius,) modo, atque ita se ampliat, (suauissima in teneritate animalibus, Plinius,) mascula, solida est, foemina inanis. Refert Plinius x Arundines esse in India, circa Acesinam maxime amnem, tantæ proceritatis, (cauitatis,) vt singula internodia, alueo nauigabili ternos interdum homines ferant: quod, dubitanter tamen, alio in loco y repetit. Sed & Indicæ (ex Theophrasto,) hastarum vicem præbent, (additis cuspidibus Plinio,) folio non longo sed Salici simili: hæc forte Aucupatoria Plinij à Panhorma laudatissima: qui & piscatoriam Abaritanam ex Africa addit, & quæ chartis seruiunt, Arundines scriptorias. Sunt & alia sine nominibus, proceritate, breuitate, crassitudine, exilitate, similibusque distinctæ, adeo vt viginti nouem genera demonstrasse se Plinius z dixerit, in quibus Calamum aromaticum numerat. In Iordane quoque Arundinum multa genera, Bellonio a referente, nascuntur, quas Arabes ad varios vsus aptant: etenim ex vno genere iacula, tela & leues lanceas conficiunt: ex alio genere sagittas quinque asprorum precij, quibus vix alij quam Satrapæ vtuntur. Aliud item genus diligenter legunt in alium vsum: nam Turcæ, Græci, Armeni, Arabes, Persæ, Iudæi, Ægyptij auium pennis in scribendo non vtuntur, sed hac Arundine Elegia nuncupata scribunt, quam prius in Athou b montis, riuus obser-

s lib. 16. c. 36.

t lib. 7. c. 9.

u lib. 1.

x lib. 7. c. 2.

y lib. 16. c. 36.

z lib. 24. c. 11.

a lib. 2. obseru. c. 36.


b lib. 1. obseru. c. 47.

uauimus.



uauimus. His addamus Cannam sacchari-  
nam, & Cannam Indicam latifoliam, à Plinij  
Indica diuersam: At quod aliqui c; Radicem  
Chinæ, Arundinibus accenseant, non  
probamus, siquidem suis sarmentis Smilaci  
asperæ sit similis, in eamq; classem referen-  
da. Ex tot Arundinum generibus aliquot  
recenseamus.

### ARVNDINO VVLGARIS.



ARVNDINO VVLGARIS: ex radicibus viuacibus, albis, longis, cauis, geniculatis d, late  
serpentibus & quotannis noua germina pro-  
trudentibus, multi exurgunt culmi, seu sca-  
pi, recti, teretes, fistulosi, ex pallorè pulli, al-  
titudinem duorum sæpe virorum equantes,  
digiti crassitie, numerosis internodijs, vt  
plurimum vicenis, distincti, internè tenui  
membrana succincti e, nulla medulla: nul-  
lis ramis, rarius anno secundo, qui tamen ca-  
lami sunt tenues: in omnibus verò anno pri-  
mo fistula latior, corpus gracilius, contra se-  
quentibus annis: nam crescente corpore,  
angustior fistula redditur. Folia habet mul-  
ta, ex singulis geniculis singula, sed alterna-  
tim & per vices, modo à dextra, modo à læ-  
ua, caulis parte prodeuntia, miliaceis lon-  
giora, scabriora, firmiora, vtrinque acumi-  
nata & sæpe cæsim manus fauciantia: fibris  
multis per folij longitudinem, quam ner-

uus distinguit, delatis: in caulis summo iu-  
ba, sub finem æstatis exiens, Milij modo ef-  
fusa, nutans, ita vt leuissima aura hinc inde  
impellatur, mollis ac lanuginosa, purpuras-  
cens aliquando viridis. Iubarum maiores  
& elegantiores cassidum plumas imitantur,  
quæ vbi maturuere, seminibus non conspi-  
cuis: in auras abeunt.

Locvs. Nascitur in aquis resedibus, vel-  
uti in fossis, piscinis, & circa fluminû laxio-  
rum ripas, vbiuis regionum notissima.

B NOMEN. Dicitur Dioscoridi, Galeno, Ae-  
ginetæ, Oribasio, Aetio, Καλαμὸν Φραγματίτης  
Theophrasto, χαρακία: etsi Dodonæus exi-  
stimet hanc ζυγγα fistularem Theophra-  
sti esse: Καλαμὸν, Oribasio f: quibusdam  
Καλαμὸν εἰαίον. Latinis, Calamus vallaris,  
Arundo vallatoria, sepiaria, Canna sepiaria,  
eo quod non solum tuguriorum tectis, sed  
& sepimentis & vallibus, (vnde Vallatoriam  
Ruellius vertit,) utilis sit. Harundo, Trago:  
Harundo vallaris, Amato: Arundo, Turne-  
ro, Lonicero: Arundo palustris Matthiolo,  
Tabernæmont. Arundo vallatoria, Dodo-  
næo g, Aduers. Thelio, Gerardo: Arundo  
phragmitis, Ruellio h: Cornaro i, Dodo-  
næo, Calamus vulgaris, Cordo i: Calamus,  
Arundo vallatoria, Lobelio, Calamus seu  
Harundo alia, gracili calamo, Cæsalpino:  
Canna secunda, fœmina Dioscoridis, An-  
guillaræ. At Lugdunensis sub Arundine  
vallatoria Dodonæi, & Arundine palustri  
Matthioli, duabus figuris proposuit, Ger-  
manis, Gemein Rohr / Deckriedt. Belgis,  
Deckriedt. Anglis, Cane, Common Reede.  
Gallis, Roseau commun aquatique. Italis, Can-  
ne à far sepe, Canella, Canuccia aquatica. Bo-  
hemis, Trest. Vandalis, Schielff. Solet  
post frequentes pluuias, si crassum lætumq;  
solum subest, & modice aquæ piscinis in-  
natent, celeriter suboriri: & posteaquam  
suborta conualuerit, meliora k Cyprino-  
rum pascua, quæ ad vada & oras in piscinis  
reperiuntur, infestare, aliquoties totas pisci-  
nas, in quibus exiguus humor inest, occu-  
pare, nam aquarum vis maior, illam fruti-  
cari non sinit. Difficile autem Arundo in  
piscinis extirpatur. Nam si ferro succidas,  
lætior Arundo, si face incendas, densior re-  
surgit: vt & Theophrastus l monet, cum  
omnis Arundo viuax sit. Si solas admoueas  
manus, frangas citius, quam euellas. Sed  
nec vomeri facile cedit, quia altius radices

c Amas. in Dioscor.

d Theoph. 1. hist. 10.  
Dioscoridem.

e Theoph. 1. hist. 9.

f 2. virtut. simpl.

g adit. Gallica.

h lib. 1. cap. 54. i in

k Duraninus de piscinis, lib. 4. cap. 5.

l 4. hist. 14.



in terram agit, densioreq; illas inter se com-  
plexu innodat, quam vt enodari exarariq;ue  
possint. Sed hac ratione non frustra in ex-  
tirpatione laborabis, si æstiuo solstitio per  
piscinam aquis plenam monoxilo vectus,  
arundinetum falce, ita incidas, vt ea dun-  
taxat internodia, quæ subter aquammersa  
sunt, demetas: fiet enim vt Arundo per ca-  
uam Calami plagam aqua exhausta, quæ à  
Sole tunc est percalefacta penitus intabescat.  
Admonet Plinius *m* ex occultissima illa re-  
rum inter se sympathia, vt falci Filicem ap-  
ponamus: qua de re plenius infra. Inanem  
esse *Φραγμαίτην*, ipse etiam Hippocrates *n* o-  
stendit, vbi *καυστήρα* (non *κλυστήρα*) efformare  
docet, quamuis Cornarus *o* existimarit v-  
tramque lectionem, commodâ sententiam  
exhibere & ferri posse, vt vel cauterem, vel  
clysterem calami fistulam in sedem immitti  
debere, accipiamus: intelligit autem Hip-  
pocrates instrumentum, per quod ferrum  
candens in anum mittitur. Sed & pro  
*Φραγμαίτην καλαμίσκον*, impressi codices *Φαρ-*  
*μακίτην* habent. Nec hæc lectio omnino im-  
probanda ipsi videtur, cum *Φραγμαίτης* ma-  
ximè in vsum medicum veniat: licet hodie  
in officinarum vsu ignotus sit.

## II. ARVNDOSATIVA.



II. ARVNDOSATIVA, SEV DONAX DIO-

A SCORIDIS: radice nititur dura, longa, crassa,  
contorta, nodosa, geniculis multis, radice  
Chinæ æmula, qua tamen albior, latè huc &  
illuc subtus humum porrecta, gustanti dul-  
cis, fibrisque aucta, quæ quotannis noua ger-  
mina protrudit. Calamis est duris, firmis,  
vacuis, decem cubitorum, militaris hastæ  
crassitudine, & nonnunquam proceritate:  
densis nodis distinctis, cortice squamoso,  
qui facile detrahitur, aspero & subalbicante  
vestitis: circa quos folia longa, lata, crassa, su-  
perficie ob fibras copiosas aspera, & circum-  
ferentia acuta, quæ membraneo cortice, vs-  
que ad medium internodium, calamum ve-  
stiunt: panniculam seu iubam elegantem  
habet, densam Milij modo sparsam, mollem  
& lanosa cæsariè nutantem, & purpurascen-  
tem, quæ hyeme sine vilo seminum vesti-  
gio in auras abit. Calami quotannis humo-  
tenus secantur, sed illico regerminant è ra-  
dicum geniculis (bulbos radice Columel-  
la *p*, oua Cæsalpinus *q* vocat,) vt infra di-  
cetur plenius.

Locvs. In agro Romano & Arpino & a-  
libi ad vitium palos, in alterius ligni defectu,  
sepes hortorum, & ad topiaria opera, feri-  
tur: in hortis etiam Galliæ, Sabaudia, non-  
nullis Germaniæ, vidimus.

NOMEN. Hæc est *Δόναξ* & *κάλαμος* & *κύπερος*,  
Dioscoridi: *Δόναξ*, Theophrasto: quibus-  
dam tamen *χαρακία* eiusdem. Recentiori-  
bus, Calamus Cyprius: quibusdam, Arundo  
siue Canna Hispanica, quia primo ex Hispa-  
D nia ad nos delata sit. Arundo domestica,  
Matthiolo, Lacunæ, Castori, Lugdunens.  
Tabernæmont. Arundo amnica, Ruellio:  
Arundo magna, Gesnero *r*: Arundo Cy-  
pria, Amato, Gerardo: Cannæ quarta spe-  
cies, Anguillariæ: Canna, siue Arundo Do-  
nax, Bellonio, Harundo Donax siue Cypria,  
Dodonæo: Arundo donax sativa, Aduer-  
sarijs, Lobelio. Calamus siue Harundo crassa,  
Cæsalpino. Germanis, *Zahn Rohr* / Span-  
nisch *Rohr*. Belgis, *Spaenschriet*. Anglis, *Re-*  
E *de of Spayne*, *Cypresse Canes*. Gallis, *Canne*. Ita-  
lis, *Calami*, ouero *Canna à far conochie*, eò quod  
colos ex ea conficiant, quemadmodum &  
Narbonenses. Sic & Caloieri siue monachi  
montis Athou, ex hac Arundine, colum cõ-  
ficiunt, quæ intra tres nodos duntaxat rese-  
cta est, vt foramine factò, in id tres læuæ  
manus digitos inferere possint, nempe mi-  
nimum & binos ab illo proximos, liberum

*m* 18. hist. 6. & ex eo Ruellius, lib. 1. cap. 54.

*n* libro de Hemorrhoid.

*o* lib. 1. in Diosc. embl. 95.

*p* lib. 3. cap. 32.

*q* lib. 4. cap. 59.

*r* lib. de hortis.




relinquentes pollicem & indicem illi proximum, ad lanæ pensa trahenda, & fuso applicanda. Summa cannæ articulatio, furculæ in modum incisa est, vt lana illi imposta, firmitus cohæreat. Quomodo autem, & quo verticillo, & quo fuso, quæ nostris dissimilia sunt, suam lanam in fila ducant, Bellonius s exposuit.

III. ARVNDŌ ANGLICA FOLIIS IN SVMMITATE DISSECTIS: hæc folijs est cubitalibus duarum triumue vnciarum latis, neruis aliquot per folij longitudinem excurrentibus. & eleuatis: folijs in summo in duos, tres, etiam quatuor apices diuisis: hanc D. Cargillus ex Anglia misit.

#### IV. ARVNDŌ SCRIPTORIA

ATRORVBENS.



IV. ARVNDŌ SCRIPTORIA ATRORVBENS: radicibus & folijs est Donaci non ab- similibus: calamis concauis, crassitie indicem digitum, vel potius calamum Cygni æ- quantibus, octo siue decem pedum altis, læuibus, splendentibus, colore foris atrorubente, intus albo, geniculis distinctis, altero ab altero plus dodrante distantibus, quibus circuli albi fascioli similes circumijciuntur.

Locvs. Prouenit locis humidis & pinguibus in Prouincia Gallia, in Corcyria In-

A fula & Græcia: reperitur etiam, monente Amato t, apud Hispanos, & Italos, præcipue apud Fauentinos, circa eã vallem quam Ammonis appellant, quibus literati pro calamis characteribus pingendis, vt adhuc hodie Græci & Turcæ, vtuntur: & ab his Calami nostri ex anserum, vel Cygnorum, vel Gallopauonum pennis adaptati, Calami nomen habent. Sic in China u ex Arundinibus calami scriptorij fiunt: in quos penicilla nostratium pictorum more induunt: an vero cum hac eadem? Rau Wolffius x scribit, apud mercatores in Alepo alias reperiri Arundines paruas, intus cauas, foris læues, ex spadiceo rubentes, quibus Turcæ, Aethiopes & alij Orientales pro penna vtantur, siquidem pennæ anserum apud ipsos in vsu non sint.

NOMEN. Dicitur *σύριγγις*, Theophrasto. *κάλαμος συγγίας*, Dioscoridi: etiam Rau Wolffio: Latinis, Harundo siue Calamus, siue Canna fistularis, Arundo seu Canna scriptoria: Canna tertia, Anguillaræ: Syringias fistularis Arundo tertia Dodoneo y: Harundo fistularis, Amato: Fistula vel Syringa & Arundo scriptoria, Aduers. Lobelio z: Arundo scriptoria & Canna fistularis, Tabernæmont. & Gerardo. Germanis, *Schreiberrohr* / *Schreiberriedt*. Belgis, *Riet om te Schryuen*. Anglis, *Turkie vriting Reedes*. Italis, *Calami da scriuere*.

V. ARVNDŌ FARCTA MAXIMA ATRORVBENS: Calamo est recto, crasso & robusto, enodi, læui, splendente, atrorubente & solido.

Locvs. Ex India & Syria adfertur, & interdum à naucleris, qui merces ad Mediterraneum & Thyrrenum mare deuehant, emuntur, robustiores quidem & adultiores stolones, pro scipionibus & fulcris principum & senum, quos tamen Architriclini etiam, in aulis principum, argento circumdatos cibis præferunt. Ruellius a refert, se persæpe vidisse e Papyro, scipiones baculosuè triquetra specie, læues ac perpolitos, quibus caduca senectus, aut imbecilla iuuentus, fulciatur.

NOMEN. Dicitur *κάλαμος νασός*, Dioscoridi. *κάλαμος τοξικός*, Theophrasto: Canna Indica, aliquibus Pappyrus, Matthiolo: Cannæ prima species Dioscoridis, Anguillaræ. Arundo Indica & septima,

s lib. I. obseru. cap. 46.

t lib. I. in Diosc. enarr. 184.

u pars. 2. India, Oriens. cap. 26.

x in suo Hodaporo.


y edis. Gallica.

z in Iconibus.


a lib. I. c. 109.

b edis. Gallica.





B



C



Dodonæo *b* : Iuncus, papyri Ægyptiæ ge-  
nus, Amato : Nastos seu farcta, Aduersarijs  
& Lobelio *c* : Nastos tertia, Tabernæmon-  
tano : Nastos Clusij, Gerardo. Germanis,  
*Indianisch gefüllte Rohr*. Belgis, *Riet ghe vult  
met merck*. Anglis, *Turkie vvalking staves*.

VI. ARVUNDO FARCTA GENICVLATA,  
SIVE SAGITTALIS : prioris species est : cul-  
mis exilioribus & crebris geniculis cincta,  
alias similis : ex quibus Scythæ, Asiatici, &  
Syrij tela conficiunt, aliqui & pro Scipione  
vtuntur.

Locvs. Hoc genus in Italia, etiam in  
Rhenobononiensi prouenire, autor est Pli-  
nius *d* ibidem & Amatus obseruauit.

NOMEN. Harundinis primum genus, A-  
mato : Nastos & Arundo prima, Dodonæo *e* :  
Nastos siue farcta altera, toxica, Lobelio *f* :  
Arundo farcta seu Nastos prima, Tabernæ-  
mont. Calamus sagittalis, Gerardo. Germa-  
nis, *Pfeilrohr*. Anglis, *Small stuffel Reede*.  
In Bali insula *g* Cannas sagittiuomas ge-  
stant, ex quibus teretes exilesque sagittas ex  
Arundine fabrefactas, in apice verò intoxi-  
catas, effiant : an ex prædicta Arundine ?  
Meminit Rauwolfius *h* & quartæ speciei  
Arundinum his verbis : Arundo crassior

multis crassis internodijs distincta : tales ij  
qui Mahometem inuisunt Mecha adferunt,  
quibus equites pro hastis vtuntur præsertim  
Arabes, quia longæ, robustæ, læues & so-  
lidæ sunt, quibus vtrinque spicula ferrea ad-  
dunt : talem hastam, vna manu per medium  
apprehensam, in aduersum hostem tanta de-  
xteritate vibrant, vt rectius hac quam telo  
offendant : quia de re & Theophrastus *i* &  
Plinius *k* verba fecere. Tales rarò apud nos  
conspiciuntur, quia ijs Christianis serio in-  
terdictum est. Similiter Insulæ Ternates *l*  
incolæ hastis arundinaceis telorum loco vt-  
tuntur, quas manibus expeditissimè & vio-  
lentissimè vibrare sciunt.


VII. ARVUNDO FARCTA FLAVA : culmis  
læuibus, splendentibus, flauis, medulla far-  
ctis, qui si parui & graciles sint flecti & pli-  
cari possunt.

NOMEN. Hæc est θήλυ seu fœmina Dio-  
scoridi : *ἄγίτης ἢ ἀνέχιας*, Theophrasto.  
Arundo fœmina & secunda, Dodonæo *m* :  
Nastos seu farcta, siue toxica, gracilis & pli-  
catilis, Lobelio *n* : Nastos secunda, Taber-  
næmontano : Arundo farcta, Gerardo. Ger-  
manis, *Indianisch gefüllte Rohr*. Belgis, *Ander  
riet ghe velt dun ende booghsaem*. Anglis, *Stuffed*


*b* edit. Gallica.*c* in Iconibus.*d* lib. 16 c. 37.*e* edit Gallica.*f* in Iconibus.*g* part. 3. India Oriens. 30.*h* part. 1. c. 8.*i* 4. hist. 11.*k* lib. 16. c. 37.*l* 5. part. Ind. Oriens.*m* edit. Gallica.*n* in Iconibus.



VII. ARVNDI FARCTA FLAVA. A IIX. ARVNDI REPENS, VEL CHAMÆCALAMVS.



B



*canes.* Arundo, inquit Rauwolfius *o*, à mercatoribus ex India adfertur, valde longa, flexilis, intus farcta, foris læuis & flavescentis, eiusdem per totum penè crassitie, paucis geniculis, longè distantibus & vix conspicuis: cuius duæ potissimum species, maior & minor: ex maioribus robustiores in senum & imbecillium fulcra cedunt: minoribus, quæ tamen alijs forma planè similes, pro telis vtuntur, quæ Turcæ serico variorum colorum inuoluunt.

IIX. ARVNDI REPENS, VEL CHAMÆCALAMVS: Calamus est, autore Lugdunensi, humi sparsus Graminis modo, cortice fuluo coniectus, lineis squamatim cingentibus distinctus, cauliculos alios multos vtrinque producens, densa congerie stipatos, simili cortice, similiterque squamoso virgatos, qui rursus & alios gignūt, prominentium veluti nodorum, aut oculorum modo exertos, plures superiore parte, qua terram non attingit, pauciores inferiore, qua terræ insternitur, aspectu pulcherrima, densissima illa tenuium cauliculorum furculorumque congerie, cum cæteræ Arundines folia tantum hinc inde mittant, nullos autem præterea vel furculos, vel calamos: folium nostræ

Arundini simile à nodis exoritur, sed numerosius, magisque multiplex, & plures C complexu inuolucrorum per ambitum tunicas inducit. Hæc Arundo pumila, in facis magnis Costo Arabico & Zingibere plenis aliquando reperta, veluti rara & inusitata hic doctis & rei herbariæ studiosis spectanda proponitur. Hanc & Cæsalpinus *p* sic expressisse videtur: Arundinem tertiam habemus in maritimis arenoso solo, ex longissimis calamis humi serpentem, ramosam, eadem tenuitate, sed angustiore fistula.

NOMEN. Posset & Chamæcalamus appellari: Arundo humilis, Gesnero *q*. Arundo epigeios, Lugdunensi. Nunc Arundinum vsum viresque & culturam subijciemus.

QUALITAS ET VIRES. Lubet cum Marcello *r* dicere, si Arundo juxta vsus bonorumque suorum æstimationem etiam maximis arboribus comparetur, nullibi quam in ea natura liberalior fuisse videbitur: nec aliunde maior illi meritò laus erit, quam vno hoc fragili & inani frutice, omnes ferè toto orbe gentes ad omnem fortunam & vitam instruxisse: quando vna hæc sacrificijs, epulis, theatris, funeribusque tibias multiplices dederit. Vna hæc subinde humanas voces pereuntes retinet, & ad alios, & ad consilia, & cogitationes nostras transfert: hæc vna ad propulsandas iniurias, & longè arcendos hostes, militem etiam nunc in Oriente armat: & in rustico opere inuenitur,



in quo modo tuguria tegit, modo storeis materiam præbet, modo vitem fulcit, modo hortum clausum à pecore tuetur: & ne voluptati etiam desit, aucupio per hyemem inseruit. Quæ omnes parentis omnium naturæ, in frutice hoc non contemnendæ laudes sunt. Accedit quin & eius in Medicina vsus. Rectè ergo Plinius *s*, Arundines belli pacifque experimentis necessarias atq; etiam delicijs gratas, scripsit. Bello vtilis, siquidem Orientis populi Calamis bella conficiunt, cum ex Arundine Nasto, vt habet Dioscorides *t*, B sagittæ fiant: quare Democritus *u*, βελέπης & εραλοκαλάμης vocat. Calamis, ait Plinius *s*, spicula addunt, irreuocabili hamo noxia: mortem accelerant pinna addita calamis: fitque ex ipso telum aliud fracto in vulneribus. His armis Solem ipsum obumbrant, propter hoc maximè serenos dies optant. Odere ventos & nubes, qui inter ipsos pacem esse cogunt. Pace vero commodas adscribendum, cum ex ijs Calami fiant. Delicijs, ad tiliarum vsum, quas à Barbaris inuentas fuisse tradunt, ideoque in describendis musicis instrumentis, quibus perstrebat furiosa bacchantium cohors, rectè Catullus: Barbaraque horribili stridebat tibia cantu. Olympiodorus, à Phrygibus inuentas tradit, vsumque in certamine, Marsium tibia, Apollinem Cythara. Sic Phœnicum inuentum paruulæ tibie, quæ lamentabilem & flebilem vocem emittebat, quæ ipsis γίγξας denominata, licet alij Gingrinas ab anserina voce dictas putent. Tryphoni quoque apud Athenæum *x* γίγξας est αὐλήσεως ὄνομα: quæ tibie ab Athenæo γίγξας vocantur, itidemque ab Hesychio, necnon γίγξαι: sed de tiliarum ex Arundinibus diuersitate, qui volet, legat Gellium *y* & Hermolaum in Dioscoridem *z*: maximè tamen Solinus laudat Arundines ad musicam, quæ ex insula Sicilia Thermitano agro sita adferuntur. Refert Bellonius *a* ex Arundinum calamis viginti quatuor, Musicum Instrumentum apud Turcas reperiri, quod E inflatum, non minus elegantem & suauem harmoniam reddat, quam Germanica fistula. Arundine etiam septentrionales populi domus suas operiunt, durantque æuis tecta alta: ob id panniculam tectoriã vocat Plautus *b*: Cuius tu legiones distulauisti spiritu, Quasi ventus folia aut panniculam tectoriã,

Qui c tu in paludem is, exigisq; Arundines Qui per tegamus villam, dum sudum est. In reliquo verò orbe, cameras, inquit Plinius *d*, leuissimè suspendunt: volens innuere, ex ijs cameras fornicesque pergularum quam leuissimas & minimè onerosas, fieri. Chartis quoque seruiunt Calami, Ægypti maximè, cognatione quadam papyri. Quod verò panniculæ comam, cauponum strata replere scribit, hac de re vide caput de Typha. Arundines *e* etiam fissæ & folia earundem vinculorum quoque vicem subeunt. Vtuntur & textores cannis, ex illis nonnulla instrumenta conficientes pro filis glomerandis: & Chirurgi nostri ossibus fractis colligandis adhibent. Ad Rhenum, vbi ligni caritas in fasciculos Arundines colligunt, quibus per hyemem fornaces calefaciunt & panes coquunt.

QUALITAS. Medicum in vsum, non omnia Arundinum genera commoda sunt, sed Phragmitis maximè, de qua præter Dioscoridem, Galenus, Aegineta, Oribasius & Aetius, eadem ferè tradunt. Cyprium tamen eadem omnia posse, Dioscorides asserit & Plinius quoque prodidit. Calami Phragmitis *f* radix, (quantum *g* gustu licet conijcere,) abstergendi vim non modicam habet, minimè acrem: folia tamen viridia moderatè refrigerant: itemque non modicam vim absterforiam possident. Cortex eius vstus tenuium partium, atque discussoriam abundè vim acquirit, habetque vim abstergendi: adeò vt *h* calefaciat & siccet *i* vehementer (tertio ferè *k* ordine:) plus tamen siccet quam calefacit.

VSVS. INTRINSECVS. Vrinam *l* mensisque mouebit & ischuriæ succurret, radicis, tam syluestris, quam satiuæ, in vino vel aqua decoctum, propinatum. EXTRINSECVS. Alopecias *m* cortex vstus & ex aceto illitus emendat: quod Plinius *n* de Cypria tradit: idem potest cinis *o* cum axungia leonis. Furfures *o* aufert radicis in vino decoctum, si eo caput abluatur. Aurium *o* dolorem mitigat, olei in quo radices decoctæ fuerint, si aliquoties in die guttæ aliquot instillentur. Auditum vitiat, panniculæ *p* flos si aures intrauerit, nam adeò tenaciter adhæret, vt auelli non possit, quare sæpissimè homines surdos efficit. Hæmorrhagiam *o* sistit cinis naribus inditus. Erysipelati-

*s* lib. 16. c. 36. *e* lib. 1. c. 115. *u* in Geponicis, lib. 2. *x* lib. 14. *y* lib. 4. *z* lib. 1. corol. 122. *a* lib. 1. obseruat. cap. 76.  
*b* in Milite. *c* in Rudense. *d* lib. 16. cap. 36. *e* Ruell. lib. 1. c. 4. *f* Gal. Aet. tetr. 1. serm. 1. Oribas. 15. Coll. & 2. de virt. simpl. 1.  
*g* Gal. 7. simpl. *h* Aetius, Oribas. 2. Syn. 5. & 16. Aegin. 1. 7. *i* Oribas. 2. virt. simpl. 1. *k* Oribas. 15. Collect. *l* Matthiol. & Tabernam.  
*m* Diosc. & Plin. *n* lib. 24. c. 11. & lib. 32. c. 10. *o* Tabern. *p* Diosc. Gal. Plin.



bus *q*, alijsque inflammationibus (etiam A rint loco, tabescere earum alteram oportet. Addit insuper, peculiarem formarum aduerfantem facultatem illis inesse. Quæ sanè *ai nni* Emblematis locum edit apud Camerarium *f* Disparem vites: siquidem dispares mores, disparia quoque studia sequuntur, vt rectè Cicero *g*, quod hoc distichio complexus: Triste Filix calamis, Filici quoque tristis Arundo: Qui socium cupies querere, quære parem. Nec minus elegans Emblemata apud eundem, Flectimur non frangimur: nam ventus ingentes arbores confringit, & radicitus euellit, contra Arundo stat, licet quolibet vento agitata, illæsa: quære patientia sæpè victrix est, contra pertinacia succumbente: Flectitur obsequio, sic vincit Arundo procellas, Læditur, aduersum qui sua fata surit. Quemadmodum odium est Arundini cum Filice, sic Arundini cum Corruca seu Asparago, amicitia intercedit: nam si ad radices Arundinum, Asparagi serantur, mirificè proueniunt: quære Palladius *b* iubet inter Cannarum oculos, Asparagorum etiam semina spargere, vt mista nascantur, eo quod & Asparagi colantur, & incendantur, eo modo quo Cannæ: quod & Cato *i* innuit. Cum ergo tantus fuerit Arundinum vsus, non mirum si veteres studiosè arundineta coluerint, vel vt Palladius *b* Canneta, quem modum breuiter, ex rei rusticæ autoribus, subnectemus. Arundines apricis *k* locis gaudent, & à ventis nutriuntur: etsi nullum *l* locum recusent, cum sint viuacissimæ, prosperius resoluta quàm denso, humido quàm sicco, vallibus quàm cliuis, fluminum ripis & limitibus, ac vepretis commodius, quàm medijs agris deponuntur. Si *m* calidæ & ficcæ prouinciæ studemus, valles humidas, vel irriguas opus est deputare cannetis: si frigida regio est, locis medijs instituantur, sed succo villarum subditis. Minus *l* altè Arundo pastinatur, melius tamen bipalio feritur: factis breuissimis scrobibus *l*: feritur bulbus radice, feritur & talea Calami, nec minus toto prosternitur corpore: præcipue *k* per bulbos, hæc enim præstantissima ipsorum plantatio est. (Sine *n* stipite nudam radicem transferri & pangi: imò & oculis *o* aut spongijs (in quibus *p* vita est quæ in germina effunditur) transponi, Scalliger scribit.) Bulbus *l* tripedaneis inter

*q* Diosc. Plin. *r* lib. 24. c. 15. *s* Matth. Tabern. *t* Diosc. Plin. *u* Diosc. Fernes. 4. meth. 5. *x* lib. 24. c. 11. *y* lib. 6. cap. 26. *z* de medic. cap. 34. *a* lib. 24. cap. 11. *b* de canapla. lib. 23. cap. 10. *c* apud Constantinum. *d* Plin. lib. 18. cap. 6. *e* lib. 2. c. 16. de Vniuers. hist. *f* in emblem. *g* lib. de Amicitia. *h* in Februar. tit. 23. *i* de re rust. 7. *k* Constantinus lib. 6. cap. 51. *l* Columella, lib. 4. c. 32. *m* Palladius in Febr. tit. 23. *n* in lib. caus. Theoph. 4. *o* in plant. Aristot. *p* in lib. 1. caus. 7.



vacantibus spacijs obrutus, (vel, vt q Cato A  
oculos Arúdinis pedes ternos alium ab alio  
serito,) anno celerius maturam perticam  
præbet: (Palladius m, oculos Cannarum  
per singulas scrobes obruit, qui semipedis  
spatio inter se distent.) Talea & tota Arun-  
do serius prædicto tempore euenit: sed siue  
recisa in dupondium & semissem talea, siue  
totæ arundines prostratæ deponantur, ex-  
tent earum cacumina oportet, quod si obru-  
tæ sunt, totæ putrescunt. Obliquus r pro-  
stratus calamus facile germinabit: ita au- B  
tem prosternendi sunt, vt inuicem distan-  
tes se mutuò non contingant, atque id alti-  
tudine digitorum trium, aut quatuor, & sic,  
vt ex prostratis Arundinibus, vnus aut al-  
ter oculus sursum spectet. Cæterum Calam-  
mos, qui rectè plantantur, eos duos genicu-  
los habere oportet, & duodecim digitorum  
profunditate plantari. Tempus autem plan-  
tationis, quidam veris initium esse volunt,  
quandoquidem facile à glacie lædantur:  
quare Palladius s, in Februario canneta po-  
nenda monet. Secatur q Arundo eodem  
anno post solstitium Hyemale: eousque e-  
nim augetur creditur. At Columelle t,  
cultus arundinetis primo triennio non alius  
est, quam cæteris: cum deinde consenuit,  
repastinandum est: ea est autem senectus,  
cum vel exaruit situ & inertia plurium an-  
norum: vel ita densatum est, vt gracilis &  
Cannæ similis Arundo prodeat. Sed illud  
de integro refodi debet, hoc potest inter-  
cidi & disrarari, quod opus rustici castratio- D  
nem vocant: quæ tamen resectio Arundi-  
neti cæci est, quia non apparet in terra quid  
aut tollendum sit, aut relinquendum: tole-  
rabilius tamen Arundo castratur ante quam  
cæditur: quatenus Calami velut indices de-  
monstrant, quid eruendum sit: tempus re-  
pastinandi & conserendi est prius, quam o-  
culi Arundinum egerminent: cæditur de-  
inde post brumam. Recidenda s quæ in  
radice purganda sunt, id est putria male  
porrecta, & si qua gignendi oculos non ha-  
bebunt. Fodiendum u quoties & vineta:  
sed & macies eius, cinere, vel alio stercore  
iuuanda est, propter quod cæsum plerique  
incendunt arundinetum. Hactenus de a-  
rundinetis. Ex Arundinis radicibus combu-  
stis, multæ officinæ, Auicennam imitata,  
suum Antispodium conficiunt, qua de re

capite sequenti. Arundinibus Plinium x  
Adarcam adnumerasse aliqui volunt, alij ve-  
rò negant. Astruit Marcellus y & cum eo  
Amatus. Et Dalechampius z, ineptè Plin-  
ium facere scribit. Contra verò Collinu-  
tius & Cornarus a, Plinium tuentur. Her-  
molaus b autem ita, Plinius, inquit, non hoc  
dicit, Arundinem palustrem esse Adarcam:  
sed è cortice palustris arundinis nasci Adarc-  
cam, sub ipsa eius coma, quod & lib. xxxii.  
monstrat apertissime, iisdem ferè verbis de  
Adarca & xxi. libro docet cum Sinapi. E-  
quidem si locum à Marcello citatum per-  
pendas, in eam ferè descendes sententiam,  
quod plantam cum hærente & adnata illi  
spuma misceat: dum enim Arundinum dif-  
ferentias recenset, inquit: est & in Italia na-  
scens Adarca nomine, palustris & cortice,  
tantum sub ipsa coma, vtilissima dentibus,  
quoniam vis eadem, quæ Sinapi. Sed hoc  
loci Plinij textum vitiosum esse, ipsius ver-  
ba comprobabunt. Inter aquatica c, in-  
quit, dici debet & Calomochne (id est Arun-  
dinis d lanugo) Latine Adarca appellata,  
nascitur circa Arundines tenues, è spuma a-  
quæ dulcis ac marinæ, vbi se miscent: hæc  
ille. Vult dicere, in paludibus aut lacubus  
falsis nasci, in quorum vadis imis scaturit  
fons aliquis dulcis, non in mari: vel contra  
vt rectè Dalechampius, in iisdem aquis dul-  
cibus, in quarum profundo falsus fons emi-  
cat, vt in lacu Marsonetæ propè Carcaffo-  
nam Gallia. Et hæc fuit Græcorum de  
Adarce sententia, siquidem Dioscoridi e  
Adarce sit concretio subsalsa, humidis &  
palustribus locis, sicco cælo spissescens, A-  
rundinibus & herbis (cremijs vertit Mar-  
cellus, farraginem dixit Hermolaus f,  
contra rei rusticæ autores omnes, farragi-  
nis voce vsus,) inherescens, molli Alcyonio  
prorsus similis, valde spongiosa, vt videri  
possit Alcyonium palustre: sic & Oriba-  
sius g, cui Adarce siue Adarcion dicitur: at  
Actuario h, λιμνῆτις (à paludibus,) ἀδάρκιον  
ἢ ἀδάρκιον nominatur. Verum Aegineta i  
voluit esse velut spumam aquæ falsæ, φορυ-  
τῶν ἢ καλάμοις scortis (quisquilijs k) ac A-  
rundinibus circumfarctam: secutus Gale-  
num l qui Adarcen scribit esse οἶον ἀφρὸν πε-  
πηγὸτα ὕδατος ἀλμυρῆ, hoc est veluti spumam  
concretam aquæ falsuginosæ. Sic & alibi  
m ἡεκαλαμίπδα (propterea quod calamis

q de re rust. 7.

r in Geopon. lib. 6. c. 51.

s lib. 23.

t lib. 4. c. 32.

u Columel. lib. 4. c. 32.

x lib. 16. c. 36. &amp; lib. 20. cap. 22.

y lib. 5. in Diosc. c. 91.

z in notis in vtriusque Plinij locum.

a emblem. in Dioscor.

b castigat. in lib. 16. Plin. c. 36.

c lib. 32.

cap. 10.

d Calami lanugo, Hermolao lib. coroll. 972.

e lib. 5. c. 137.

f Marcello monente. Circa arundines graminæ concretæ, Sa-

g 13. Collect.

h 6. Mash. med. 1.

i lib. 7.

k cremis Andern.

l lib. 11. simpl. m lib. 1. κατὰ τοῦτος c. 1.



adnascatur,) dici posse scribit, id quod ab A alijs λιμνήσιον & λιμνήσις, seu, vt etiam Aetius, λιμνήσις nominatur, scilicet ἀπὸ τῶν λιμνῶν, hoc est, à paludibus in quibus nascitur. Quod Plinius n Adarcen Latinam vocem affirmet, errat, cum Græci passim pro sua, ante Latinos vsi fuerint: equidem Latinis recepta Græcorum vox est. Pallam marinam Italos vocare Cordus o statuit, cum tamen longè aliud hac voce nobis ostenderint, pilam, nimirum, leuem quasi ex quilibet stramineis compositam, quam in li- B tore Veneto copiose vidimus. Fallitur & Collinutius qui duas Adarces species refert, cum Græcorum nullus, quos equidem legerimus, duplicis meminerit. Sed de his alibi. Quid sibi velit Diodorus p ignoramus, dum scribit in Australi quadam insula, æquinoctiali plaga Arundines haberi plurimas, fructu candidum neruo similem ferentes, è quo suauissimus panis conficitur. In Æthyopia populi radicibus Arundinum, tuis, arefactis, & in farinam molitis, C victitant, & ob id Rhizophagi nominantur, Ruellio p & Hermolao monentibus: Etiamnum q hodie nonnullæ gentes panem non insuauem conficiunt. Sic & Indos Cannis aut Arundinibus vesci, Bellonius r testatur.


~~~~~

## DE ARVNDINIBVS IN- DICIS.

### C A P V T III.

**A**RVNDO ARBOR TABAXIFERA: arbore est magna a & crassa & instar Populi procerâ, interdum minor, ramis frequentibus, vt plurimum erectis, internodijs pluribus Arundinum modo distinctis, sed palmi longitudine à se inuicem dissitis: folia habet multa Oleæ longiora: triplo b, quadruplo c maiora & tenuiora: &, vt Lincotus c, quæ à se inuicem longius distant, oliuæ folijs non admodum dissimilia: quæ, E vt idem, quandoque adeo alte exurgit, vt eius loci quamcunque altissimam domum transcendat, crassitiem femoris virilis assequens: cuius articuli spithamæ vnus cum dimidia interuallo distant: & vt idem d, aspectu sunt grandissimæ, præaltæ, nigrae, rotundæ, crassæ, ita vt vtraque manu vix

## ARVUNDO ARBOR TA- BAXIFERA.



iunctim includas, imò femoris crassitie. Inter singula a internodia liquor quidam dulcis, crassus, velut Amylum albus & congestus, (materia quædam c peculiaris, tactu friabilis, aspectu medullam illam, quæ è Calamis scriptorijs extrahitur, referens,) interdum a multus, nonnunquam verò paucus & plus b in vna quam altera Arundine reperitur: quem etiam a non omnes Arundines siue rami continent, nec vbiuis: at eæ duntaxat, quas Bisnager Batecale, & pars prouinciæ Malauar profert. Liquor hic concretus duplex est, interdum albus & crassus, interdum nigricans a & cinereus inuenitur, qui tamen non improbatur, cum hunc colorem nigricantem, aut ob nimiam humiditatem, aut quod diutius Arundini inclusus permanferit, contrahit: non verò, vt nonnulli putarunt ob arboris incendium, cum in multis ramis, quos ignis non contigit, niger etiam inueniatur: Auicenna e enim, cui Tabaxir, & Auerroes f cui Tabaxis, ex Arundinum radicibus crematis fieri credidere: addit Auicenna, dicitur enim ipsas aduri propter fricationem suarum extremitatum, cum ventus eas perflat, hoc est Solis vi quasi exustis.

Locvs. In India, in vniuerso littore Ma-

n lib. 32. cap. 10. o lib. 5. in Diosc. cap. 137.

p Ruellio, lib. 1. cap. 54.

q Aduers. in arund. Sacchar.

r lib. 1. obseru. cap. 2.

a Gazziat, l. cap. 12. Fragosus, Acofta, cap. 46.

b Acofta, cap. 46.

c 4. part. India Oriental. 14.

d 5. part. India Oriental. c lib. 20

tract. 2. cap. 617.

f de simpl. cap. 56.



labar, præcipuè iuxta littus Choramandel in Bisnagar & Malauar prouenit: in regno quoque d Norfinga: in fylua quadam Tanor, hanc arborem, siue Arundinem, se vidisse ea forma, qua exhibet (quam & nos imitati sumus) & ex ea medullam extrahi vidisse, Acoſta teſtatur.

NOMEN. Arbor ipſa ab Indis *Mambu* dicitur (licet nunc etiam, ſucci nomine *Tabaxyr* vocari cœperit) quemadmodum humor ab indigenis Indis, *Saccar Mambu*, quaſi dicas, Saccharum de Mambu nominatur, B partim propter dulcedinem, partim quia Arundines, aut rami arboris illud producētis Indi Mambu nominant, licet nunc etiam *Tabaxir*, *Mambu* vocari cœperit, quæ vox Perſica eſt: nam *Tabaxyr* lacteum humorem, ſiue liquorem album vt lac, aut ſuccum alicubi concretum, notat: qua voce Arabes, etiam ipſe Auicenna & alij uſi ſunt, licet non ſufficienter agnouerint: ſiquidem *Rhaſis g*, eius generatione omiſſa, ſolas vires recenſeat: ſic *Serapionis h* exemplar C corruptum videtur, quandoquidem *Sataſcir*, vel *Reſcius* legatur, & apud aliquos ex Arabibus *Abaiſer*, vt apud Pandectarium viderè eſt. Arabibus & Turcis *Tabaxir* nomine cognitum eſt, nam hi, quemadmodum & Æthiopes & Perſæ, hoc nomine, propter inſignem medicamentofam vim petunt, & magnificiunt, ac mercimonij cauſa ex India in ſuas regiones exportant, magno pretio redimentes pro eius prouentus ratione, cuius pretium i in Arabia eſt, vt puri ar- D genti pondere ematur. Dicitur arbor in qua *Tabaxir* generatur, *Garzia*: *Spodium* aut *Tabaxar* Perſianorum, *Acoſta*: *Spodium*, *Caſtori* & *Fragoſo*: *Mambu* ſiue arbor *Tabaxir*, in *hiſtoria Lugdunenſi*. *Bambus* ſiue *Iuncus Indicus*, & *Canna Tabaxir* & *Arundo Bambus*, *Lincoto*: *Harundo Indica*, *Cluſio k*. Verum licet vox *Tabaxir* apud Arabes, *Spodij* nomine reddatur, cuius erroris primus *Gerardus Cremonenſis* apud *Rhaſim l* autor eſt, quem poſtmodum omnes E Arabum interpretes Latini ſecuti ſunt, at tamen cum Græcorum *Spodio* confundere minime oportet: ſiquidem Græcorum *αρόδος* (in Macedonia *m* vulgo *Papel* nominant, & eo non vtuntur,) ſumus ſit ſeu candida *m* fuligo in æris fornacibus, ſitque tum cum fauillæ è metallo dum coquitur, emicantes, ſurſum aſcendunt, & propter grauitatem in

terram ſeu pauimentum aliquando delabuntur, & *Cadmia facticia* ſpecies eſt: quemadmodum autem *Spodium* propter grauitatem recidit, ſic *Pompholix* fauilla eſt tenuiſſima & volatilis, quæ dum æs in fornacibus perficitur, in altum euolat, & camino inſtar farinae volatilis adhæret: quæ cum ambo in eadem fornace ſimul ſiant, tantam inter ſe cognationem habent, vt in vnius defectu altero vti liceat: hinc factum, vt aliqui *Spodium Arabum* creditum, nunc *Pompholygem*, ab Arabibus *Tutiam* vocari putent. Sed hoc diligenter notandum, quia Arabes ſuum multis compositionibus, quæ intrò aſſumuntur, admifcent, eique maximas in hepate confortando vires adſcribunt: hocque nemini mirum videri debet, quod longè aliud, quàm ipſi Græci intellexerint, qui ſuum *Spodium* ſolis externis remedijs addidere: nec intrà corpus ſumendum eſt, cum nihil aliud ſit quam metallorum fauilla extincta. Quare Arabes minus rectè ab ijs reprehenduntur, qui eorum mentem non aſſequuntur, non animaduertentes, non Arabum, ſed eorum interpretum errorem eſſe. Equidem apud *Meſuem n* habetur *Alſirocoſti* compoſiti deſcriptio, quam medicinam benedictam nominat, maximè in acutis febribus, in qua *Spodium* requirit: quò loci *Coſteus* monet, vbi *Spodio* vti animus eſt, in ijs quæ aſſumuntur, *Harundinis* radicibus vſtis, vtendum eſſe. Quod ſi Arabum *Spodium*, ex *Cannæ* radicibus tantum vſtis ſit, mirum ſane videtur, *Auicennam o*, tot ac tam eximias dotes ei tribuere: à ratione ſiquidem alienum eſt, eiufmodi radicem vſtam ipſi *Spodium* dictam, cor recreare, animi deliquio prodeſſe, ſiti, inflammationi ſtomachi, tremori, melancholiæ & alijs affectibus multis, ab eo enumeratis conferre. Et, licet concedamus *Spodium* hoc Arabum omnia hæc præſtare, attamen, cum ad nos nondum delatum ſit, præſcribi non debet. Nec melius faciunt ij, qui *Ebur* vſtum, quod imperitè *Spodium* appellant, eius loco ſubſtituunt, cum potius ſit *Antiſpodium*: quin etiam vt *Ebur* crudum, viribus & naturâ multum à *Cannis* crudis diſſidet, ſic & illud vſtum ab ipſis vſtis. Verum cum apud veteres, nullum *Spodium* ſiue *Antiſpodium* intra corpus datum fuerit, idcirco in Arabum compositionibus, quæ ſecundum eorum interpretes *Spodium* requirunt, *Tabaxir* ſumen-

g lib. 3. de remed. c. 26.

h lib. Simpl. c. 332.

i Garzias, Acoſta.

k inter exotica.

l 3. ad Almans. cap. 35.

m Bellonius, lib. 1.

o lſern. cap. 50.

n diſtinct. 3.

o lib. 2. Can. tract. 2. cap. 617.

p de virib. cordis tract. 2. liſera S.



dum, quod Saccharum, Dioscoridis, Gale-  
ni & Plinij, Dalechampus censuit: poterit  
ergo in huius defectu, Saccharum nostrum  
Candi substitui: quamuis Arabes in medica-  
mentis per os assumendis in defectu legitimi  
Tabaxir, Rosis vsos esse, sint qui velint, id ex  
Serapionis capitulo allegato, atque eius in-  
terprete probantes: in Græcorum verò, id  
quod officinæ Nihili griseum appellant, in  
cuius defectu, Græci *αντισποδια* parabant,  
quæ nonnulli ex ossibus Elephanti (alij  
Boum) crematis fieri censent, quod falsum  
esse Garzias & Acosta asserunt: cum Ele-  
phantum ossa, velut nullius vsus, ab incolis  
abijciantur. Sic multæ officinæ, Auicen-  
nam *o*, vt aliqui volunt, imitatae, ex radici-  
bus Arundinis combustis suū Antispodium  
conficiunt: alij, Ebur vstum exhibent. At  
longè rectius fiet si Dioscoridem *p* imite-  
mur, qui varia Antispodia proposuit, vt sunt  
folia Myrti cum floribus & baccis immatu-  
ris, in fictili crudo operculo perforato, vsta  
vsque ad perassationem ipsius fictilis, quæ  
exempta ad vsum lauantur: sic ex tenerri-  
mis Oleæ syluestris ramis, vel satiuæ cum  
suis floribus, aut Malis Cotoneis dissectis &  
exossatis, aut Galla: ex Mōris immaturis, cā-  
didis, aut Terebintho, aut Lētisco, aut molli-  
bus Rubi folijs: vel e Buxi coma, vel Pseudo-  
cypero cum flore: alij ex ficulneis frondibus  
in Sole prius siccatis: alij alia in Spodij Græ-  
corum vicem vsurpant, nullum tamen in-  
tra corpus sumebatur: eadē Antispodia etiam  
Oribasius *q* & Plinius recensuere: sed hæc  
huius loci non sunt.

QUALITAS. Frigidum & siccum est Rha-  
si *r*, & quidem gradu tertio *s* Auerroi: at  
Serapioni *t* frigidum in tertio gradu, sic-  
cum in secundo.

VSVS. INTERNVS. Febribus *r* acutis &  
fiti, cordis tremori prodest, caliditatem *s* *t*  
& inflammationem cholerae remouet, sto-  
machum confortat & cardiacæ *s* calidæ, ni-  
mio *r* ventris fluxui & vomitioni, item *r*  
pustulis oris & linguæ, siue *t* vlceribus oris,  
confert. Quare *u* ex medicorum, tum In-  
dorum, tum Arabum, Persarum & Turca-  
rum testimonio, Tabaxir ardoribus inter-  
nis & externis conuenit, tum etiam biliosis  
febribus & dysenterijs: præsertim autem in  
biliosis fluxionibus vtuntur: & nostri, addit  
Acosta *x* Trochiscos ex eo conficiunt se-

mine oxalidis addito. EXTERNVS. Solent In-  
di *y* ex pulcherrimis eius ramis incuruatis,  
pergulas & deambulacra, opere topiario, ad  
parandas vmbas, conficere. Sic in ciuitate  
Bantan & Indiae Orientalis, cuncta ædium  
sublicia, ex crassissimis Arūdinibus, Bambo  
dictis, assulatim dissectis constant: vnde te-  
nui labore, sumptuque suas ædes extruere  
possunt. Sic in Terenate *a* ex ijs domos  
suas ædificant, findunt eas & singulari in-  
dustria intorquent: sic in Pegu *b* etiam, &  
stramine tegunt. An de his Cannis seu A-  
rundinibus historia Indiae Occidentalis in-  
telligenda, quas scribit editissimas, quarum  
interseptum quodlibet, mensuræ Hispanicæ  
*c* capax est, & quæ ædium structuris etiam  
adhibentur: vbi quoque Cannarum Hiero-  
solymitanarum nomen occurrit. In Mala-  
bar *d* tantæ amplitudinis & crassitiei sunt,  
vt ex ea cymbas faciant, quæ binos viros ca-  
pere possint, non quidem arundinem exca-  
uantes, sed per medium secantes, solum duo-  
bus vtrinque internodijs relictis: at Paluda-  
no *e* monente, crassioris Arundinis duos  
articulos præcidunt, quos continuos in-  
strumentis idoneis excauant, sicque nauic-  
ulas duobus viris capiendis aptas extruunt.  
Et Chalcondylus *f* scribit in India Orientali  
Arundines reperiri, tantæ magnitudinis ac  
crassitudinis, vt nauigij vicem præbeant: &c.  
Similes cymbas quas Mambu vocant, bini  
Indi ijque nudi, vt in ijs regionibus moris  
est, conscendunt, singuli eius extremitati-  
bus cruribus iunctis insident, remum trium  
aut quatuor palmorum longitudinis singu-  
lis manibus tenentes, quibus eas cymbas  
tanta dexteritate impellunt, vt etiam aduer-  
so rapidoque flumine summa celeritate na-  
uigare possint & harum nauicularum in flu-  
mine Cranganor vsus est, quoniam qui eis  
vehuntur, sese a Crocodilis, quos Cayma-  
nes vocant, securos existimant, qui in eo  
flumine magno numero occurrunt, ac sæ-  
penumero in naues maiores & minores im-  
petum facere solent, vt eos qui illis vehun-  
tur, apprehendunt ac deuorent. Affirmant  
indigenæ, nunquam compertum esse, eos  
qui nauiculis ex Mambu confectis vehun-  
tur, fuisse petitos, sed sæpissimè conspectos  
esse proximè natantes & sine noxa præteriisse.  
Solent etiam *g* indigenæ teneram adhuc  
& flexilem nonnunquam incuruare, ex qua

*p* lib. 5. cap. 86. *q* 13. Collect. *r* de simplic. c. 36. *s* de simplic. c. 56. *t* de simplic. c. 332. *u* Garzias, Acosta. *x* C. Clusius ad  
Garziam. *y* Garzias, Fragos. *z* 3. pars. India Orient. 22. *a* 5. pars. Ind. Orient. *b* 7. pars. Ind. Orient. c. 39. & 77. *c* lib. 4.  
cap. 30. *d* Acosta. *e* in notis in Linscot. *f* lib. 3. de bello Turino, c. 14. *g* Linscot. 4. pars. Ind. Orient. 14. vide & 2. pars. Ind. Orient. 17.



dein solidiore facta lecticas Pallankyns fabricant, quibus magnatum Lusitanorum mulieres imò & viri, per publicum, de loco ad locum portari consueverunt. Sic ubi animus non est aduersarium vita omninò exuere, verberibus duntaxat illi tergum tam probe contundunt, vt Salpam nemo friabiliorem ictibus reddiderit, fit contusio ea Arundine femoris crassitiem habente, quam Bambus vocant, ex qua contusione patiens ultra octiduum sæpe lecto affixus decumbit. Clusius *b* huius Arundinis duo fragmenta sic descripsit: Harundinis admirandæ magnitudinis fragmentum à Iacobo Garreto Londino acceptam, sex nodis constabat, quorum singuli pedem Romanum & quatuor vncias inter se distabant, octo igitur Romanos pedes longum: cuius diameter inferius quinque vnciarum, circumferentia decem & sex, internodij longitudini respondens: ipsius verò ligni siue materiæ spissitudo paulo maior vnciæ triente: superna autem parte diameter penè vnciarum quinque, circumferentia quasi æqualis infimæ parti, ligni spissitudo triens vnciæ. Totum fragmentum, foris lacca rubra inductum erat, verum multò longiora ex Orientali India nautæ Anno CI<sup>o</sup>. I<sup>o</sup>. cI. attulerunt, quorum bina in horti Academici porticu apud Lugdunum Batauorum suspensa, quæ vtrinque mutila: horum minus, viginti sex pedes Romanos longum, decem ac nouem internodijs donatum, crassitudo infima parte decem & septem vncias ambitu comprehendit, superna quatuordecim: maius illud sesquipede longitudine superabat & tribus vncijs crassitudine: singulorum internodiorum longitudo in vtroque circumferentiæ partis inferioris vt plurimum respondebat, nonnunquam longior aut breuior erat: materiæ spissitas ferè par cum ea quæ primo descripta, hoc est triens vnciæ. Quam verò procerae fuerint integræ illæ Arundines, ex mutilis coniecturam facere licet. Has solent Incolæ iuxta Piperis plantas interdum terræ infigere, vt eas alioqui caducas, sustinere queant, hæc ille. An de his intelligenda est Indiæ Occidentalis historia dum habet: Arundines non raro nascuntur crassitudine cruris humani, quæ adeò teneræ, vt singulæ stantes vno ictu gladij secantur: aridæ verò, tanta duritie, vt fissis illis & in modum Chirurgicorum scalprorum

A efformatis, Sagittas suas ita arment Barbari in Brasilia, vt vno ictu feras humi fundant. Has Arundines & ex ijs confectas nauiculas veteribus cognitatas credimus, quia apud Herodotum *i* legimus, apud Indos singula nauigia è singulis Arundinis internodijs fieri, quæ Arundinea nauigia vocant. Et Megasthenes apud Strabonem *k* Arundines quasdam dicit stantes vlnarum triginta: quasdam humi prostratas, quinquaginta, tanta crassitudine, vt quibusdã diameter sit trium cubitorum, quibusdam quadrupla (trium cubitorum & interdum sex, ita legit Dalechampsius.) Sic Diodorus Siculus *l*: ferunt Indiæ tum flumina, tum loca palustria, Arundinum copiam ita crassarum, vt nequaquam ea vlnis homines amplecti queant: ex quibus naues optimæ fiunt, propter Arundinum robur. An de hac Aristoteles *m* locatus? vt supra adduximus. Et Solinus *n*, quem Plinij contemperancum aliqui putant, de India scribens, inter cætera hæc habet: quæ palustria sunt, Arundinem creant ita crassam vt fissis internodijs lembi vice vectitet nauigantes: è radicibus eius humor dulcis ad melleam suauitatem exprimitur. Sic verò Plinius *o*: Arundines tantæ proceritatis, vt singula internodia alueo nauigabili, ternos interdum homines ferant: & alibi *p*: Harundini Indiæ arborea amplitudo: quales vulgo in templis videmus: & mox: nauigiorumq; etiam vicem præstant, si credimus, singula internodia. Et ne videatur Plinius fabulam scripsisse, addit, quales vulgo in templis videmus: res enim peregrinæ, visu raræ & insolitæ magnitudinis, publicis locis reponi solent: quemadmodum adhuc in templis quibusdã Germaniæ, etiam Galliæ, vertebrae & costas Balenarum horrendæ magnitudinis, longa cornua quæ Monocerotis creduntur, & eiusmodi alia. Anno CI<sup>o</sup> I<sup>o</sup> C x x. Bambu, siue Arundinis Indiæ nomine folia aliquot, cum quibusdam alijs exoticis ex India à Reuerendo D. Terentio accepimus, quorum descriptionem subiicere lubet: hæc superiora folia esse censemus, adeo enim angusta sunt, vt horum quatuor simul si iungantur, vix vnciam lata sint, quorum quodlibet vncias quatuor longum, forma & colore Arundinis tam vulgaris quam Donacis folijs similia, breuissimis pedicellis albicantibus donata, in apicem subtilissimum desinentia, venis ali-

*b* lib. 1. exotic. 18.

*i* lib. 3.

*k* lib. 15.

*l* lib. 2. rerum antiquar. cap. 5.

*m* lib. mirabil. cap. 65.

*n* cap. 65.

*o* lib. 7. cap. 2.

*p* lib. 16. cap. 36.



quot (præter neruum medium,) per totius A  
folij longitudinem excurrentibus & altero  
folij margine subtilissimis crenis quemad-  
modum & Donacis & Melicæ folia, visum  
penè effugientibus, & solum tactu percepti-  
bilibus, exasperata sunt.

~~~~~


## DE ARVNDINE SACCHARI-

FERA.

### CAPVT IV.

ET si Domitius *a* in quadam Papinij poë-  
tæ syluula, Arundinem saccharum fun-  
dètem ab Odorata non distinguat, attamen  
ex Odoratae propositæ, & Saccharinæ iam  
proponendæ descriptione, opinionem erro-  
neam esse patebit.

## ARVUNDO SACCHARIFERA.



ARVUNDO hæc radice est crassa, genicula-  
ta, obliqua atque per transfuersum se propa-  
gante, Donaci simili, sed minus lignosa, si-  
quidem succosa, dulciq̃ue medulla plena, ex  
qua calami plures, septem, octoue pedum  
prodeunt, pollice multo crassiores, ac inter-  
dum manum complentes, teretes, & flau-  
datis geniculis, sextantis, quadrantis, aut  
trientis interuallo distantibus, intercepti,

medulla fungosa, succulenta, candida, mel-  
leq̃ue dulcedinis farcti, quæ decoctione se-  
paratur, & in sal dulcissimum cogitur, quod  
Saccharum vocatur: ex quolibet interno-  
dio folia numerosa, bicubitalia, ac interdum  
longiora sursum erecta prodeunt, quæ A-  
rundinacea, Arundinis satiuæ angustiora,  
palustri Typhæ, tam figura quam positu si-  
milia, scabra & secundum longitudinem  
striata, stolones amplectentia: flos in sum-  
mo comosus, aliquo modo Melicæ similis:

B etenim inter Miliaceas & Arundinaceas plā-  
tas media est, & ab Arundine Nasto vocata  
in Europâ, tantum succi dulcedine, crassi-  
tudine & crebrioribus geniculis distat. Ex  
radice germina oriuntur, quæ resecta plan-  
tantur, cuius etiam taleæ ex ima radice ab-  
scisse panguntur. Et Turcæ *b* frustum Can-  
næ succulentum, duobus tribusue interno-  
dijs distinctum assumunt, & per transfuer-  
sum in terram recondunt, vbi prius inter  
ipsa internodia satis magno foramine per-  
forarint, & id quo citius germina protru-  
dat, tunc enim ad quodlibet internodium  
germen acquirit, quod in magnam & al-  
tam Arundinem excrescit. Non enim pro-  
prio semine feritur, vt Manardus *c* à Lusi-  
tanis & Siculis edoctus, scribit.

Locvs. Cannæ hæc in India vbiuis *d* suc-  
crescunt, & quidem in Baia insula *e* selectis-  
simæ, & in insula *f* Diu saccharum puris-  
simum habetur: in Canaria *g* magna copia  
sacchari fit: in insula S. Dominici, sacchari  
D *h* commercia omniū amplissima: & S. Tho-  
mæ *i* insula abundat: sic in Peru alijsque  
locis artificio singulari Saccharum effingit.  
In Brasilia, *k* quoque sed non admodum  
frequenter. Bellonius *l* in Palestina, itine-  
re ad Gazaram urbem, planitiem, sacchari-  
feris Arundinibus excultam, quam aqua ex  
puteo hausta rigant, obseruauit: vt & Rau-  
wolffius circa Tripolim. Sic in Cambaya,  
China, insula S. Laurentij *m* vbi vsum igno-  
rant. Nunc in Europa, multis ad Mediter-  
raneanum Oceanumq̃; mare tractibus inqui-  
lina, vt Lusitaniæ, Hispaniæ, Siciliæ: in  
Cypro, Creta: item autore Pena, in amœ-  
nissimis Olbiæ in Gallica Prouincia viretis,  
non procul & è regione Stæchadum insula-  
rum: rarius in Germania, vt Francofurti ad  
Mœnum Gesnerus *n* notauit: in Gallia &  
Belgio proficiunt, sed hyemem non ferunt.

*a* Hermet. lib. 1. Coroll. 17. *b* Rauwolff. pars. 1. cap. 4. *c* lib. 2. Epistolæ. 1. *d* part. 4. Ind. Orient. c. 14. *e* part. 3. cap. 13. *f* part. 2. Orient. c. 19. *g* Benzou. pars 6. Occident. c. 1. *h* Josephus, Acofia. lib. 4. c. 32. vel part. 8. Occident. Ind. *i* part. 3. Amer. 6. *k* part. 3. Ind. Occident. *l* lib. 2. obseru. 79. *m* part. 2. auct. 51. *n* lib. de hortu German.



Humentis solo gaudent, sed calidiore aëre & tepidiore aura. Nec audiendi sunt illi, qui nullo autore, nulloque teste, in Syria o locum eum tradunt, inter Libanum & Antilibanum, conuallē media, hanc Arundinem nasci: nam ibi Arundo quidem prouenit, sed Odorata, non Saccharifera.

NOMEN. Dicitur Harundo saccharea, Hermolao, Zuccharum ferens, Amato: Harundo Saccharina Indica, Aduers. & Lobelio p: Arundo Saccharata, Dodonæo q: Dalechampoo r: vel Saccharina, Tabernæmont. (cui & Calamus Saccharinus,) Gerardo: Arundo Saccharifera Indica, Lugdun. Sacchari canna (papyri formam habens) Brassauole, Gesnero s: Saccharum, Lonicero: Melicalamus, Cordo t: Canna mellea, Cæsalpino. Mel Arundinis siue Calamus Indicus quibusdam. Germanis, Zuckerrohr. Belgis, Indiaens Suycerriedt. Anglis, Sugarreede. Quod vero ex calamis eximitur, siue crudum, siue expressum, siue coctum ex cannis vel radicibus, dicitur

Σάκχαρ & σάκχαρον μέλι Dioscoridi. Zuccharum, Sacchar, Saccharum & Succarum. Germanis, Zucker. Belgis, Suycer. Anglis, Sugar. Gallis, Succe. Italis, Saccaro, Zucaro. Hispanis, Azucchar, Azucar. Polonis, Gukcer.

SACCHARVM DVPLEX EST, ALIVD NATIVVM, ALIVD FACTITIVM. Natium est, quod sponte ex Arundinibus effluit, & supra Arundines concrefcit. Factitium, aliud veterum, aliud recentiorum. Veterum, quod ex radicibus exprimebatur, fortè etiam coctione eliciebatur. Recentiorum, quod ex Arundinibus coctis elicitur: hocque diuiditur in Cōcretum & Molle: Concretum, in Pyramidale, Miscellaneum, Candum & Penidium. Pyramidale, in Maderense, Cannarium, Finale seu Finum, Melisium & Thomæum, de quibus singulis agemus.

SACCHARVM NATIVVM, liquor est sponte ex Arundinis suæ oculis u in geniculis germinantibus, tum per se, quia turget, gummi aut lachrymæ alicuius instar, erumpens: tum etiam Solis facultate attrahente elicitus, principio liquidus, qui dein à Sole in grumos pifio, fabæ aut auellanae æquales excoctus, in salis friabilem naturam ac densitatem concrefcens, candidus, rarius fuluus, & pellucidus est: qui antiquis Sacchari &

Salis Indi nomine cognitus fuit: de quo Dioscorides & Galenus, mellis speciem esse dicentes, idcirco de eo inter Mella agunt. Concreti, inquit Dioscorides x, mellis genus, quod in Arundinibus inuenitur, in India & foelici Arabia, consistentia Sali simile, ac dentibus etiam Salis modo fragile. At Galenus y Sacchar quod ex India & foelici Arabia conuehitur, in calamis, vt aiunt, cōcrefcit, & ipsum mellis est species. Et Paulus z Saccharum quod ex foelici Arabia adfertur, minus dulce est eo, quod apud nos est, sed æqualem vim habet: quibus verbis differentiam inter Græcum & Arabicum ostendit. Meminit etiam Galenus a huius Sacchari inter res febris conuenientes. Audiamus Plinium b, Saccharon & Arabia fert, sed laudatius India: est autem mel in Harundinibus collectum, gummium modo candidum, dentibus fragile: amplissimum nucis auellanae magnitudine, ad medicinae tantum usum. His subscribit Aphrodisæus c: quod Saccar Indi appellant, mellis in Arundine coagulatum est, Sole cogente rores ad mellis dulcedinem, qui tamen Saccharum cum Roscido melle, id est, Manna, confundit. De hoc Strabo d, εἴρηκε ἡ καὶ περὶ καλάμων, ὅτι ποιεῖσι μέλι, μελιόσπιν μὲν ἔστων. Vnde Megasthenes Græcus, Indiam in Arundinibus, mel sine apum opificio gignere tradit, & id mellis το καλάμινον το λεγόμενον σακχαρι, in emporijs Erythræi maris etiam venale Arrianus e refert. Dioscorides dicit ἐπὶ τῶν καλάμων: interpretes reddunt in Calamis: e quidem præpositio ἐπὶ, pro diuersa constructione diuersam significationem habet, nam si cum genitiuo construatur, super significat, aliquando etiam in: quare succus fuit in Calamis quidem collectus, sed supra Calamos vi Solis ex Cannis expressus & conglobatus, qui in Cannarum geniculis erat, vel etiam in Canna: idcirco Brassauolus f ait, hanc concretionem fieri per guttam, quæ ex Canna exeat. Hic ergo, melleus ros Salis modo concretus, Dioscoridi σάκχαρον μέλι, Galeno σάκχαρ dicitur. Arabibus, Zachar & Zuchar: nonnullis mel calaminum id est Arundinaceum, ab alijs Sal Indus. Sal quidem nominarunt, per similitudinem, (alterius enim generis esse, & sapor & ortus produnt,) quod sua concretionē Sali simile sit, & dentibus subactum, Salis modo frietur,

o Hermol. lib. 2. Coroll. 306.

u Cord. 4. hist. 111.

p in Iconibus. q edit. Gallica.

x lib. 2. c. 104. y 7. simpl. cap. de melle.

z lib. 12. c. 8. c 2. probl. 74. in quibusdam edit. 79.

r in Dioscoride Ruelliano.

s lib. de hortis.

t lib. 4. hist. cap. 111.

z lib. 7. cap. 3. lit. L. mel Sacchar Andern.

a 3. Meth. med. cap. 4.

d lib. 5.

e lib. de nauigas. maris rubri.

f in Exam. simpl.



propter candorem ac friabilem in eo siccitatem, & quod liquefiat cum humore aliquo diluitur, quæ omnia in Sale sunt: Indum verò, quod maximè in India proueniat. *Æginetæ g* enim *αλες ινδικος*, colore quidem & concretionem similis communi Sali, sapore autem melleo. Sic *Auicenna b*, Sal qui asportatur ex India, est in colore salis & dulcedine mellis. Sed de sale Indico inter nostræ ætatis Medicos passim dubitatum, qui non patiuntur sibi persuaderi, rem modo ubique notissimam, tam noua, & vt illi opinantur, absurda appellatione indicari. Quare locum apud *Auicennam*, per *Herculanum* ac *Gentilem Saccharum Candum* expositum, reprehendit *Leonicensius i*, qui vult intelligendum *Auicennam*, imò & *Paulum Æginetam* (cum inde *Auicenna* desumpserit) de Sale albo, qui pro condimento cibis admiscetur. Addit *Leonicensius*, Saccharum Candum non esse album, sed potius colore subluteum: sed verba *Æginetæ* adducta tollunt ambiguitatem: imò *Saccharum Candum* nec subluteum est, sed quanto exquisitius, tanto magis albicat, præsertim natura constans: quod etiam Candum dictum fuisse *Fuchsius* testatur, quia nimia Solis excandescencia multum obduruerit: mirum ergo cur *Fuchsius k* *Auicennæ* interpretes reprehendat, quod per *Salem Indum*, *Zuccharum Candi* intelligant: qui rectè ostendit errare eos, qui antiquorum Saccharum, à Sale Indo differre existimant: etenim *Archigenes* antiquissimus medicus, vt *D* autor *Ægineta l*, *Indicum sale*, & *arundineum mel* vocauit. Manifestum itaque & pro comperto apud *Græcos* veteres, quod & gustus & descriptio comprobant, *Salem Indicum*, (quem *Salem Constantinopolitanum*, *Montagnana* vocat,) non alium ab eo Saccharo quod supra *Arundines* concresecbat, ex cuius *Arundinibus* coctis nostrum fit *Saccharum*. Testatur namq; *Amatus m*, non solum in India hoc euenire: sed etiam hodie in insulis *Maderiæ* & *S. Thomæ* ac *E* *Fortunatis*, quas *Cannarias* vocant: in quibus sicut in nonnullis *Italiæ* locis ac *Ægypto*, & noua terra *Brasilia* dicta, huius *Arundinis* prouentus fertilis est: & ipse *Langius n* scribit, se vidisse *Arundines* ex *Medera* in *Hispaniam* allatas, quibus *Saccharum* purum accreuerat. Imò videas & hodie in oculis *Cannæ*, atque ea parte qua folia geni-

acula amplectuntur, *Sacchari micas*, *pisi magnitudine* concretas. Solis calore excoctas, interdum pellucidas, vt *Saccharum Cadum* factitium, vocatum: interdum verò candidantes & non pellucidas, quæ vulgo negliguntur, cum earum magna copia haberi non possit. Sic & *Costæus o* innuit, antiquorum *Saccharum* ex eadem planta prouenire, qua nostrum *Saccharum* vulgare, quod ex *Indiæ* commentarijs discatur. Nec mouet *Io. Bap. Theodosij p* nuda pronuntiatio, *Arundinem* nostram *Saccharinam*, iniquientis, *Dioscoridi* & *Plinio* penitus ignotam fuisse. Adhuc enim apud *Bathecalum* *Indiæ*, tale videre est ipsdem *Arundinibus* spontè adnascēs, ex quibus reliquum purius atque impurius cōficitur. Quapropter falluntur, qui antiquorum *Saccharum*, ex rore super frondes cōcresecere, vel eadem cum melle apum materiam habere contendunt: siquidem *Saccharum* in Sole positum, durius euadit: mel verò, seu aereum, seu quod apes collegere, Solis calore liquefcit & diffuit. *Saccharum* cum ad formam suam peruenerit, Salis modo in minutissimum puluerem redigi potest: Mel verò in puluerem haud quaquam tūdi potest. Præterea, Sol aliam in mellis apuni, aliam in *Sacchari* materia operationem exercet: illud in liquidum succum coquēs: hoc verò in durum, solidum, crepituque dum cōfringitur, aut dentibus cōficitur dissilientem, Salis instar cōuertit. Quare si eadem esset materia melli, quæ *Saccharo*, alterum alteri simile esset: siquidem eadem sit causa efficiens. Addamus & hoc: si veteres vtriusque materiam, Rorem esse credidissent, haudquaquam *Mānam* *Δροσόμελι*, id est, mel rosicidum vocassent. At si obijcias, hanc *Dioscoridis* & *Galenii* mentem fuisse: respōdebimus, vel impropriè *Mellis* voce vsos: vel potius ipsis *Sacchari* historiam nō satis notam fuisse, & propter dulcedinem Mel, quemadmodum *Ægineta*, propter cōcretionem & candorem Sal, vocasse: siquidem *Galenus*, dicat, *Φασι*, inquirunt, oriri in *Indicis* *Arundinetis* Mel *Saccharum* vocatum: ita vt auditione magis, quam exploratione nouerit. Neque mirum, quando *Indiarum* tractus illorum ætate non tam latè patuere, vt nostra. Sed redeamus ad *Saccharum* veterum natium: hoc nostro *Saccharo Cando* hodie dicto, quod tamen arte tale fit, (de quo infra,)

g lib. 2. c. 54.

h 4. Canon. de asparis. lingua.

i de Medic. Erroribus in Manna.

k in error. Med. errore 15.

l lib. 2. c. 54.

m lib. 1.

nari. 77.

n epist. 64.

o distinct. 1. in Mesuem.

p epist. 4.



simile fuit, quod cum non amplius adferatur, in eius locum substituendum est: & Veneti decoctionis artificio eius succedaneum parant. Censet Dalechampius, esse ipsorum Arabum Tabaxir, & Sacchar Mambu Indorum quod à Dioscoride proponitur. Sunt qui Dioscoridis Saccharum, Arabum *Terniabin* esse existiment, sed falluntur: quoniam Serapio, vbi de Saccharo agit, ea solum refert, quæ Dioscorides de suo Saccharo scribit: de *Terniabin* peculiariter agit. Accedit, quod *Terniabin*, non in Arundinibus, sed supra omnes arbores reperitur: ita vt *Terniabin* Serapionis, ab antiquorum Saccharo diuersum sit, nostraque Manna coagulata esse videatur. Hæc de natiuo, nunc de factitio.

SACCHARVM FACTITIVM veterum, ex Arundinum radicibus, & ex ipsis Arundinibus exprimebatur, eoq; veluti liquido melle utebantur, cuius nomine quibusdam Mel Cannæ appellatum fuit: quod ex Ægypto, Cypro, Creta, Sicilia & Rhodo afferebatur. Hoc alij q Galeno cognitum negant, quia de ipso non sit locutus, nec de modo exprimendi, nec de ipsis Cannis: alij r cōtra statuunt Galenō, nostræ Cannæ Saccharinæ succum non penitus ignotum fuisse, siquidem s Arundinum radices molles in Ægypto maxime prouenire dicat, quæ dulcēs & corpori nutrimentū exhibeāt: vbi textus Græcus habet, *καὶ τῶν καλαμῶν αἱ μαλακαὶ ῥίζαι*: quo loci malè interpres, & molles maluarum radices reddidit. Verum cum Cordo D existimamus, Galenum de vulgaribus Arundinibus, & certo eorum genere dulciore, & de alijs quibusdam rebus aqueam dulcedinem (dum virides sunt,) præ se ferentibus, inter quas etiam Gramen est, & plerarumque arborum Germina, loqui. Probatur ex Theophrasto u, (ex quo hoc de Ægypti Arundinibus Galenus sumpsit,) vbi causam indicat, qua re nonnullis herbis radices dulces sint, reliquæ verò earum partes, quæ supra terram attolluntur, insipidæ existant, his verbis: Aut econtra propter siccitatē eorum, quæ sunt superiora: quemadmodum Gramen, & simpliciter omnia Arundinacea: sicca enim sunt horum partes superiores, inferiores verò humidæ. Quæ sanè Theophrastus de vulgaribus Arundinibus in Europa cognitis, scribit: atque ijs etiam quæ Arundinibus non sunt

A dissimilia, aut folijs, aut geniculatis culmis, aut vtrisque, vt Sifynrichium, Gladiolus palustris, &c. per inferiora autem earum herbarum, Theophrastus radices, quæ dulces sunt, intelligit: per superiora verò, culmos & folia. Subijcit de Ægyptia Arundine: propterea etiam vbi plus est boni alimentī, etiam superiora eorum, quæ natura sicca sunt, esui apta fiunt: quemadmodum in Ægypto Arundinis, eius videlicet quæ est in paludibus: habet enim quandam dulcedinem, etiam alioqui summitas, sed per exiguum omnium: hæc autem propter alimentī bonitatem & copiam, tenera præ cæteris est ac dulcis: habent autem & radices eam dulcedinem, vsque quo exiccantur, resiccate verò minimè. Quibus verbis Theophrastus docet, Ægyptiam illam Arundinem, natura siccam & insipidam esse, quod ad folia & calamos attinet: quoniam verò in paludibus nascatur, alimenti bonitate fieri, vt parte sua superiore, terrena & dulcis euadat. Nili enim aqua natura dulcis est: quo fit vt plurimarum herbarum, in paludibus eius & circa nascentium, radices edendo sint & dulces: itaque si eadem Arundo extra paludes proueniret, dulcedinem illam in summitate non haberet. Ægyptia ergo hæc Arundo cum Sacchari Cannæ eadem non est, siquidem illa per accidens propter alimenti dulcedinem, dulcis euadat: hæc verò natura talis sit: illā Theophrastus dicit aliquam dulcedinem habere, hoc est, non magnam, nec insignem: hæc verò maximam & cum melle certatē: illa minimè tota dulcis est, & breui admodum parte, in summitate, qua tenera adhuc est & humida: hæc per totum Calamum dulcedinem diffusam habet: illius radices eo vsque dulces manent, donec humidæ sunt, exiccatae verò dulcedinem amittunt: Cannæ verò Sacchari, cum radicibus, tum calamis, etiam exiccatae, dulcedinem suam seruant. At ne quis miretur, Indicas Arundines, non per omnia in Europa natis similes esse: siquidem Theophrastus x, vbi res in India nascētes enumerat, scribat nullam omnino arborem, nullum fruticem, nullam herbam in India comperiri, similem his quæ in Græcia proueniūt, paucis exceptis, quod Alexandri res in India gerentis comites reuersi retulerūt. Quæ eius nomine adduximus, vt pateat nec Theophrastum, nec Galenum, per Ægyptias A-

q *Brassavolas, in exam. simplic.*r *Manerius, lib. 15. epist. 5. Fuchsius de erroribus medicor. errore 15. cap. 111.*u *6. caus. 16.*x *4. histor. 5. & 6.*s *4. simplic. 15.*t *4. hist. plant.*



rundines, Sacchari Cannas intellexisse: quæ A tamen non impediunt, quo minus eadem Canne, tam factitium quam natium Saccharum fundant, & quidem tam veterum quam recentiorum Saccharum. Etenim verisimile non est Galenum talium rerum diligentem & solertem indagatorem ignorasse rem notissimam, etiam Domitiani, imò Publij Terentij Varronis Narbonensis ætate, qui tempore Iulij Cæsaris ante Christi aduentum vixit: Galenus verò post incarnationem Christi, tempore Marci Antoni- B ni Imperatoris & tempore Adriani, in cuius gratiam Theriacam præparauit, vt ipsemet y scribit. Varronis enim versiculi extant, clarè id genus Sacchari, quod ex Cannarum expressione fit, proponentes. Indicanam magna nimis arbore crescit Arundo, Illius è lentis (alij & lentus) premitur radicibus humor, Dulcia cui nequeunt succo contendere mella. Et Lucanus, quem C. Cæsare & L. Cæsiano consulibus natum esse constat; sic scriptum reliquit z: Quique C bibunt tenera dulces ab Arundine succos. Staius quoque Papinius, qui Neruæ Imperatoris ætate, ante Galeni tempora clarus fuit, in hunc modum scribit a. Et quas percoquit Hypasita cannas. Hermolaus b, non Aebusita (alij Ebutia vel Ebusia) sed Hypasita legendum censet, à fluuio Hypasi, à quo etiam populi Indiæ vocantur, vt est apud Strabonem c & Plinium d. At Strabo, quem sub Octauiano celebrem fuisse constat, vtriusque Sacchari mentionem fecit: D prioris; vbi hunc in modum de Eratosthene scribit. Dixit Arundinem mel sine apibus gignere: alterius, dum ita tradit: Eratosthenes arborum radices præsertim magnarum Arundinum & natura & decoctione dulces esse tradit. Ex adductis liquet, Saccharum alterius generis, ante Galeni etiam tempora notissimum fuisse. Quòd verò tantum verbo Galenus attigerit, factum ex eo, quòd tum nullius in medicina vsus fuerit. Quid? Aristotelis e locum huc ne referemus? in- E quientis: In Lydia aiunt ex arboribus mella copiosa colligi, vnde pastillos absque cera indigenæ conficiunt, duritia tantà, vt nisi vehemètiore attritu, nihil demi inde possit. Fit & in Thracia mel, non perinde solidum, sed arenosum. Quid Seneca? aiunt, inquit, inueniri apud Indos mel in Arundinum folijs, quòd aut ros illius cœli, aut ipsius A-

rundinis humor dulcis & pinguior gignat. Sed quod Plinius omnium rerum sedulus inquisitor, qui Romæ vixit, hæc ante ipsum scripta siluerit, profecto mirandū est. Nunc de nostro agamus.

~~~~~

## DE SACCHARO FACTITIO ET CONFICIENDI MODO.

### C A P V T V.

SACCHARVM FACTITIVM RECENTIORVM S à veterum Saccharo diuersum esse, Marnardus a, Brassauolas b, Io. Baptista Theodosius, Fuchsius c, & alij volunt: alij verò idem statuunt, vt Gentilis, Herculanus, Nicolaus Castellanus, Vicentius Caprilis, Leonicens, Curtius, Amatus, Marcellus, Cordus, Cornarus, Ruellius, Costæus, Langius, Casalpinus & alij. Putant alij, Saccharum recentiorum à secundo nō nisi compositionis modo distare, siquidem veteres suum expresserint: recentiorum verò cōctura conficiatur. Verum & veteres suum decoxisse, ex versu Statij citato & ex Strabone colligi potest. Est autem Saccharum nostrum, succus d melleæ dulcedinis, è singulari Arundinis genere expressus, ad iustam consistentiam, calore ignis excoctus, defecatus, & in turbinatas metas densatus, colore & splendore niueus, aut in candido rubescens: cum aqua dissoluitur, & rursus ad crassitudinem coquitur, mellis instar pinguis & in longum ductilis, dulcedinis gratiæ & suauitate ipsum mel superans: qui quanto plus coquitur & defæcatur, tanto candidior & dulcior euadit. Quam coquedi rationem e, veteres aut ignorarunt, aut studio vti noluerunt, quod recentes Arundinum radices vnde exprimerent haberent. Nunç f verò nostrum ex Cannis fit, licet ex radicibus abundantius fieri posset, quæ ad generationem reseruantur. Modum ex coquendi talent Hermolaus g Ruellius b & Gorreus i proposuere: primo excoqui Arundinem, deinde flauam partem secerni, quæ Saccharum existat: tum secundo coqui & artè repurgari, atque ita fieri candidius & concretius: quod si tertio coquatur maximum & candorem & densitatē contraherè: quartum etiam aut quintum excoqui, donec specie aluminis scissilis ferè transluceat, quod genus

y 1. de Antidot. z 3. Pharsalæ. a lib. 1. Syluar. b lib. 2. corol. 306. c lib. 15. d lib. 3. cap. 4. e lib. de mirabilibus  
ascultation f Epistola 25. aliquib. ed. 84. a lib. 15. epist. 5. b in examine simplic. c in errorib. medicor. errore 15. d Valer. Cord.  
4. hist. 111. e Fuchf. Corp. med. 10. f Brassauolus, in exam. simplic. g lib. 2. cor. 306. h lib. 3. c. 22. i in definitionib. med.



Candum cognominetur. Referunt Hermolaus *g* & Ruellius *b* Cyprinum Saccharum ante non coiuisse, nunc densari tanto inuentoris quæstu, vt inde locupletissimus euaserit: nec rem tamen communicatam esse, sed arcanam haberi, vt ad hæredes latifundij cuiusdam aut monopolij vice transierit. Sed cum in Hispaniola copiosè conficiatur, modum ipsis vsitatum ex Hieronymi Benzoni *k* scholiaste adponere lubet. Hispaniola & alijs insulis occupatis, Hispani Sacchariferas Arundines ex Canarijs Insulis transtulerunt & plantarunt & ad Saccharum conficiendum, Gonfalus de Velosa, artifices ex Patma insula euocauit, molamq; Sacchari Arundinibus conterendis idoneam, (cum prius torcularibus, siue prælis, succum ex ijs exprimerent,) in ripa fluuij Niguae fabricari iussit, (cuius exemplum plures alij secuti sunt,) qua ex Arundinibus succus exprimebatur: Succus expressus in magnos lebetes transfunditur & coquitur paulatim, qui instar Salis concrefcit, quod cum muria coquitur: dein colligitur, & in formas quasdam metæ instar factas, reponitur, atque in panes siue metas decem, quindecim, aut viginti librarum cogitur, cineribus quibusdam, aut cretacea farina ad purgandum, superiniectis, alioquin nigrum & impurum maneret. Sacchari metæ ex suis formis exemptæ, in alium locum ad resicandum & conseruandum reponuntur. Est autem locus is admodum capax, instar horrei tectus & vndique ita oclusus, vt neque ventus penetrare, neque pluuia permeare possit: fenestris enim caret & solam ianuam habet. In eo ædificio longum tabulatum struunt, septem aut octo pedes à terra fulcris ligneis sublatum, quatuor aut quinque pedes inter se disiunctis: his asseres imponunt, in quibus metæ Saccharaceæ ordine & serie collocantur: deinde ligna siccissima sub tabulatis illis reponunt & ignem subijciunt. Hæc ligna, neque fumum, neque flammam emittunt, quia locus nullum aërem recipit, sed carbonum instar paulatim absumuntur: hac ratione illæ Sacchari metæ indurantur. Arundines autem sic contritas, nonnulli suis dant, cum nulla glande magis pinguescant, & horum carnem plerique caponis carni longè præferunt: quare & egris præscribi solet. Hæc ille. Adfertur hodie ex multis insulis: Indico nequaquam hodie prima laus: tametsi ex In-

dia primum in citeriorem Asiam, Rhodum, Cyprum, aliaque loca transmiserint. Quod ex Cannarijs dictis Insulis & ei proxima Madera adfertur, suauitate & candore longè omnibus excellit: etsi enim id quod ex India, Alexandria & alijs Africæ Emporijs Genuam, Massiliam, Venetias, liburnicis asportatur, sæpius excoctum candore marmoreo cum Cannario certet, multo tamen suauitate & dulcedine gratissima à Cannario superatur. Subijciamus differentias Sacchari vsitati, ab optimo exordium sumentes.

**SACCHARVM MADERENSE**, quod ab Insula Madera aut Medera nomen habet, ex Lusitania adfertur in metas pondere librarum sex, septem, octo, nouem & decem formatum, (vulgus panes Sacchari vocat) suauitate sua ad confectiones expetitur, quod & cæteris præfertur: hoc secunda coctura perfectum vult Brassauolus, & Saccharum crassum nominat. Germanis, *Wadenzucker*.

**SACCHARVM CANNARIVM**, ab Insula Canaria inter Africam, Spagnolam & Americam sita, sic nominatum, vbi copiosissime coquitur, quod Melisio & Thomæo solidius, multo candidius, splendidius ac purius: sapore dulci & suauissimo. Quo in genere eligendum niuis instar candidissimum, aridissimum, minimè lentum aut pingue, sed malleo percussum in solidas partes dissiliens, dum dentibus atteritur cum strepitu quodam crepans, atque si resoluitur ac despumetur, aqueam claritatem habens: & hoc metis decem & duodecim librarum adfertur. Germanis, *Canarij & Canarienzucker*.

**SACCHARVM FINALE**, finis aut fini mercatoribus dictum, quod nomen ab extrema & finem consecuta puritate inuenit, & quod candidius arte reddi non possit: hoc è Cannario optimè despumato & depurato fit, post quartam vel quintam cocturam cum lixiuio fortissimo & lento igne ad debitam consistentiam decoquitur, postremò in do-drantales pyramides cœrulea charta inuolutas, pondere libræ vnus cum dimidia fingitur. Sed clarius defæcandi, coquendique & Sacchari fini cōficiendi modum Antuerpiæ & Londini vsitatum subijciamus, quem ipsi Venetijs vidimus, eo penè modo quo Aduersaria referunt. In ahenum, Sacchari quantum volunt immittunt: lixiuij ex sola calce viua parati, quantitatem, quæ ebulli-



tioni, despumationique sufficiat, affundunt: A tum agitatione & paruis scopis, multorum albuminum ouorum spumas tumidas, sensim affundunt, vicissim despumando, & rursus instillando, donec situlam plenam mellea & sordidior pinguitudine, despumando exemerint. Tunc probe lymphidum & flauum factum Syrupum, lixiuio nondum absumpto per cilicium, vel stamen transmittunt, quo inibi festucas, quisquillasque relinquunt: tum ferueat denuo, donec lixiuuium in vaporem expirarit. Quod si, vt ferè fit, feruens Saccharum impetu, artifice inuito, labrum effusione & ebullitione superet, non aquam, nam sic, (vt illi loquuntur,) decoqueretur, reciudesceret: sed butyri momentum illico addunt, sicque statim vndantes spumæ resident. Iam è Syrupò ad duritiem excocto, Saccharum in nollas, infundibulaue figlina vasa (Veneti ænea,) quibus subtus in angustiore loco foraminulum inest, prius fontana imbutas, Saccharo adhuc calente, opplent, eodem foraminulo obturato: reconduntque, cella, aut hypocausto sicciore, tepidiorè cum induruerit. Metæ ordine dispositæ, latiorè basin inducunt, luto ex figlina, fusca aut pulla terra & aqua calida subacto dilutiore, loritam latam, duorum triumue digitorum. Quæ crusta, vbi partim loci, partim Sacchari tepore sicco & bibaci aruerit, demitur, noua apponitur: bis terue repetunt: sed in singula mutatione, fusi mucronem in foraminulum immittunt, vt facilius crassamentum pinguius & sordidius effluat, quod Syrupum vulgo vocant, Gallis *Melasse*: qua quidem improbiores pharmacopei suos Syrupos condunt. Postremo, bis aut tertio ex metis erutum fontana liquefaciunt: rursusque in metas infuso, subtus foramen referant, superneque lutum, cuiusmodi diximus, addunt. Optimum quod candore, ariditate & splendore, etiam optimum Cannarium, imò marmoream & alabastri albedinem superarit. Adulteratur, Cannario in E paruas metas seu pyramides formato, sola metarum paruitate & chartæ colore finale mentiente: dolum detegunt fragmenta à Cannario nihil differentia. Hoc aliqui, & optimum censent, & ad confectiones commendant: verum vt ab eo Medici in medicamentis abstineant, suademus: siquidem dum lixiuio acriore, quasi sapore ex calce parato repurgatur, nò modo dulcedinis gra-

tiam amittit, sed aliquid acrimoniæ acquirit: vnde sitis excitatur, bilis gignitur, sanguis vritur, & caput grauatur. Hoc Practici & officinæ Saccharum Tabarzeth vocant: verum Arabes voce *Tabarzeth*, optimum Saccharum intelligunt, quare Maderense Saccharum substitui poterit. Dicitur Saccharum Finum vel refinatum, Saccharum Valentinum, quod Valentia in Hispania etiam paretur, & Germanis *Feinzucker* / *Baselenszucker*.

B SACCHARVM MELISIVM, quod aliqui à Meli quodam Indiæ Occidentalis loco, cognominatum volunt, vnde Saccharum Melis quibusdam: alij ex Insula Melita adferri aiunt, hincque Saccharum Maltanum & Meliteum, vel Meliseum dici, Cannario simile sed minus candidum, quodque Fino præferendum censemus, quo etiam communiter in cibis vtuntur, quare Saccharum cibale quibusdam, & Germanis, *Speiszucker* / *Meliszucker*. Laudatur quod tam foris quam intus candidum: si enim intus subrufum sit, tum spuma sua pyramidibus intus commixta, adulteratum est.

SACCHARVM THOMÆVM, quod ex Insula Indiæ Occidentalis S. Thomæ a, quæ sub æquinoctiali sita est, vbi plurimum coquitur, affertur, in quam insulam à Lusitanis, Cannæ inuectæ & plantatæ, cum terra valde humida sit, & ad illam Arundinem nutriendam opportuna, ita vt sine vlla aquatione multiplicetur & in immensum se dilatet, quia ros mane vt pluuia decidit & terram humectat. Quare in hac insulâ b, sunt plus quam septuaginta tuguria, in quibus Saccharum conficitur & quodlibet tugurium multas domos sibi adiunctas habet, in quibus circiter trecenti commorantur qui Saccharo præparando incumbunt, quo singulis annis naues quadraginta onerare consueuerunt: verum vermes ante hoc tempus radices Arundinum ita præmorderunt, prouentu inde ita imminuto, vt vix quinq; aut sex iam onerari possint. Hoc pro ignobilissimo habetur, foris est albidum, aut in flauum vergens, in medijs metis subrubrum, præsertim in summitate, tanquam alio factum & foris dolo tectum, metis æqualibus: quod in eo candidum est, præsertim foris, facile friatur: rufum verò, propter lentam pinguedinis desitatem cum omnium sit pinguisimum, frianti resistit, & cum resoluitur, rufescit, & in despumando plurimum



spumæ excernit: cum rursus ad spissitudinem coquitur, densitatem diu seruare nequit, sed propter pinguedinem melli cognatam, semper humescit: ideo, eo, loco mellis, ad excipienda medicamenta liquida, (condituris enim siccis ineptum,) pro antidotis, serapijs, conferuis & similibus, vtuntur: quod & clysmatibus inditur. Saporem habet, cum odore aliquo pingui, cæteris quidem dulciorem, magisque viscosum, at dulcedine quadam medicata, minusq; suauis. Eligendum pingue, densum, candidius, & quod non adeo lentum & contumax fractu est, cum malleo percutitur: hoc ipso Fino & dulcius & magis salubre. Adulteratur autem spuma sua intus pyramidibus admixta: dolus fusco rubore detegitur. Et cum vulgo persuasum sit, optimum Saccharum cærulea charta involutum esse, sit quorundam avaritia, vt & hoc vilissimum Saccharum Thomæum lixiuio depurent, eo modo quo Cannarium, quod quidem albius redditur, sed nunquam recte induratur: & quod candidius est, eo plus Amyli habet, quod in depurando admiscunt & adulterant, paruis metis infundunt, cæruleaque charta inuoluunt. Afferit Amatus ex hoc Saccharo Venetij, albissimum, refinatum dictum, præcipue parari. Dicitur Saccharum Thomasinum vel Thomæum: Præctici & officinæ, Saccharum rubrum (quod Brassauolus c vult ex prima coctura factum, vel secunda imperfecta, vel quod in secunda coctura degenerauit, quod d aliqui Spumam Sacchari nominant). Arabibus præctici, Zuccharum Sulimenum. Germanis, *Thomaszucker*. Sic ex e Iapara & Iacatra copiose in Bantan exportatur, quod album non est, sed purpureum.

SACCHARVM MISCELLANEVM appellant prædictarum specierum fragmenta, quod minus album, minusque crassum, partim pulueratum, partim in grumos crassiores redactum, quæ simul collecta in dolijs adferuntur, quo communiter ad syruporum confectionem: aliqui etiam ad ciborum præparationem, vtuntur, vnde culinario nomen inditum. Germaniæ mercatores, *Farinzucker* / *Cassaunzucker* / appellant. Gallorum vulgus Cassonadam & Castonadam nominat.

SACCHARACEVM MEL: molli & liquido

A melli vel syrupo simile est, quale etiã semper remanet, suntque reliquæ spumæ in Sacchari confectione collectæ: quod ex Insulis, in quibus Saccharum coquitur, in dolijs aduehitur, viliori que pretio, quam Mel venditur, quo pro melle vti liceret, nisi forte adulteraretur. Hoc ex Insula Madera, magna copia Antuerpiam aduehitur, vbi ex eo placentulæ, popularibus hominibus dicata, conficiuntur. Dicitur Mel Saccharinum, Remel. Germanis, *Zuckerhonig* / & *Syrup* / de quo & supra. Meminit Auicenna f & Zucchari *Albusar* (alij g *Haosor* vel *Haoscer* legunt) cadens super *Alusar*, cui inest amaror & astrictio, propterea etiam non facit sitim, quia minus dulce. Verum per *Haboscer*, quod idem est cum *Albusar*, non omnes h eandem plantam intelligunt, alijs rectam & proceram quandam plantam, alijs certam Tithymali speciem sic vocantibus. Nec etiam conueniunt inter se autores: Auicenna enim Mannam esse dicit, quæ supra plantam *Albusar* cadat. Serapio contra auctoritatem Abrionifæ scribit, Zuccharum *Haboscer* egredi ex oculis ramorum suæ plantæ, & à locis foliorum eius, hoc est, qua folia à planta sua & oculis enascuntur. Ita vt ille, rorem seu Mannam: hic verò, lachrymam, seu gummi dicat. Credidit Cordus, *Haboscer* plantam esse, Cannæ Sacchari non dissimilem, quæ perinde vt Sacchari Cannæ, Saccharum ab oculis emittat, sed sui generis & minus dulce, quam verum Saccharum atq; adstrictione & amaritudine etiam ab eo differens. Quod si verò contingat, etiam Mannam supra *Haboscer* cadere, posse hanc Mannam *Alhusar* vocari: sicque Auicennæ auctoritas saluabitur.

QUALITAS. Sacchar Galeno i & Aeginetæ k mellis est species, minus certe nostrati dulce, sed adsimiles ei vires obtinens, quod ad abstergendum, desiccandum & digerendum attinet. Porrò quatenus nec inimicum stomacho est, ceu nostrum, nec sitim afferens, eatenus ab illo substantia differt. Recentiores Græci, calidum & humidum, gradu primo constituere, & recte si de Maderensi, Canario, & Melisio intelligas. At Thomæum, quia minus depuratum, calidius est, (quibusdam l tamen primum caliditatis gradum non excedit,) & Mellis ferè naturam asciscit. Sic & Finum dictum, pro-

c in exam. simpl. in Mesuem.

d Renodæus de mat. medicam. lib. 1. sect. 1. cap. 5. Cord. in Dioscorid. lib. 2. cap. 104.

i 7. simplic. anarrat. 77.

e part. 3. Ind. Orient. c. 27. k lib. 7.

f 2. Canon. g Io. Costæ. l Amatus lib. 2. in Dioscorid.



pter lixiuium, à quo calorem & acrimoniam acquirit, Thomæum caliditate superat, sitimque excitat: etsi non desint, qui *m* Saccharum purissimum siccius & calore inferius impuro velint. Sane minus *n* calidum ac siccum quam mel, atq; grauius & suauius, ita & omnia mitius quam mel efficit, nec stomacho infestum est. Verum melle *o* minus nutrit, minus abstergit, minusque sitim causat. Non minus errant, qui refrigerare Saccharum existimant, siquidem in calidiore ventre, in bilem verti, compertum *B* fit. Alijs *p* melius quo vetustius, quanquam calidius ac magis partium tenuitate polleat, sed capiti ferè nocens. Dilutum quidem aqua, refrigerandi vim concipit, sibi argentem aquæ naturam asciscens, præsertim ter coctum.

*VSVS CANNARVM.* Et Cannarum & Succi ex ijs expressi vsus est: Cannarum quidem, quia ijs Guinenses *q* vescuntur: nam in *r* Guinea agricolæ in forum adferunt. Mel Arundinis, siue Calamos Indicos *C* quos in fasciculos colligatos venum exponunt: ab incolis cum desiderio expetuntur, & summa celeritate distrahuntur. Turcæ *s* & Aethiopes plures Cannas circumferunt, eo modo quo apud nos rustici fistulas veris initio, partem inferiorem succi plenam, folijs ablatis, cannæ parte superiore abiecta, excorticatas masticant, succumque exsugunt. Refert Lerijs *t* Sacchari, Cannas, in America optimè & maxima copia crescere, verum cum ipsi & hominibus & machinis ad *D* Saccharum eliciendum idoneis nondum instructi essent, ipsos Cannas illas in aqua madefecisse, vt Sacchari saporem inducerent: alios succum & medullam earum exfluxisse: nonnunquam Cannas mucescere sinebant, & in aqua madefaciebant, quæ contra Sacchari qualitatem, quæ dulcissima est, adeo acida fiebat, vt aceti loco esset. Ad res externas quoque Indi adhibent: nam in Molucana insula *u*, vrcei quibus aquam ferunt, nil aliud sunt quam crassæ & magnæ Cannæ *E* Saccharinæ, duas pluresue vlnas longæ. In Guinea *x* capturi piscem Korcofado vocatum, hamo particulam Calami Indici siue Arundinis saccharifere præfigunt. In Baly insula *y* primates sella artificiosè exsculpta gestantur, quæ supernè contacta, pro ventibus Cannas saccharinas habet. Iauanen-

sum & instrumenta, ad quorum impulsum salutant, sunt Cannæ saccharinæ, ex ordine gradatim, ad fistularum organicarum modum scamno iuxta sese posite, cuiuslibet orificium lamina seu orbiculo ex ære tenuato obditur, quæ postea stilo cæneo ex ordine pro cantus natura pulsate, suauissimum iucundissimumque concentum edunt.

*VSVS SACCHARI COCTI.* Nunc Sacchari siue succi Cannarum vsus subiiciamus. Saccharum antiquis parè & laudatum & vsurpatum, quo in medicina tantum utebantur, quod quantitate nucis auellanæ reperiatur attestante Plinio *a*: posteriora verò sæcula, pretiosissimum naturæ munus plebi commune fecerunt, in officinis, in culinis, in secunda & aduersa valetudine, in quauis ætate, regione, in esu & potu, & ita promiscuum, vt penè prodesse deficiat, multis verò, (vt infra dicitur) obsit. Vsus eius ad condimenta, obsonia, & alimentorum sapes dulcorandos, ingratos, etiam insipidos, suauiores reddendos: imo nullum nunc epulum magnificentum, vix quotidianus victus, sine saccharo placet. Acris siquidem lenit, acida retundit, austera palato gratiora efficit & saporibus omnibus maiorem gratiam adfert. Equidem *b* cum alijs cibis moderate sumtum, satis laudabile alimentum subministrat: colorem floridum reddit, vrinam prouocat, & aluum mouet, & id sua dulcedine & lentore præstat: in nonnullis concoctionem promouet, si post largius assumptum cibum, parum eius in fine comedant: sed si maiori copia sumatur, capitis dolorem excitat, quia difficulter, & quidem melle difficilius concoquitur. Verum & pistorum & coqui in frequentissimo vsu habent: placentas inde & massas panis effingunt ac torrent: omnis generis animalia, & aues, & pisces, & quadrupedes ex eo scite efformant, vel integra, vel eorum partes, ita coloribus fucantes, vt verà esse videantur: sic & fructus omnis generis, naturalibus similes & forma & colore concinnant, in summa Saccharum, non aliter quam farinam in omnem formam componunt. Trahitur *c* etiam in picturas opere historiali, venatus, classes, oppida, & quascunq; rerum afferre libuerit imagines præsentans: à coronatis ministris, cum tibicine, conuiujs, & ad principium eorum, & in secundam

*m* Costaus. Amatus. *n* Fernel. 5. meth. 20. *o* Petronius de vi&u Roman. lib. 3. c. 22. *p* Hermolao lib. 2. coroll. 306. Ruellio lib. 3. cap. 22. & Petronio ex Græco quodam autore. *q* part. 2. Ind. Orient. c. 4. *r* part. 6. c. 19. *s* Rauwolf. part. 1. c. 4. *t* part. 3. America cap. 12. in Brasiliæ historia. *u* part. 5. fig. 15. *x* part. 6. Ind. Or. c. 34. *y* part. 3. fig. 35. *z* part. 3. fig. 29. *a* lib. 12. c. 8. *b* Petronius lib. 1. de aluum emollientib. *c* Hermolao Barbarus lib. 2. coroll. 306.



quoque mensam inferri solitum. Vnde na-  
 tum *c* prouerbiū, Nullum ferculum Sac-  
 charo corrumpi. Sic & aromatarij ipsa a-  
 romata, vt Cinamomum, fructus seu nu-  
 cleos, pineas, amygdalas, auellanas, pistacia:  
 feminum varia genera, coriandrum, ani-  
 sum, fœniculum, papauer album, (quorum  
 potius in bellarijs, nocturnisue commessa-  
 tionibus, quam medicinis vsus est, & id non  
 sine magno vitæ dispendio: nec immerito,  
 cum hæc & sanitatis conseruandæ & restau-  
 randæ gratia à DEO sint creata,) illo modo  
 corticis crassitudine, modo cutis tenuitate  
 contegunt & includunt: quæ ratio veteri-  
 bus non videtur vsitata fuisse. Dulciaria *d*  
 quidem ex nucleis pineis & amygdalis anti-  
 quitus condiebant, sed cum melle. Verum  
 nunc & in officinis, non minus frequens est  
 Sacchari vsus, ad Syruporum, Conserua-  
 rum, Conditorum, Electuariorum, Tabel-  
 larum & aliorum confectionem. Existima-  
 mus autem cum Ruellio *e*, primum medi-  
 corum Actuarium in compositionibus suis, *C*  
 in locum mellis, Saccharum substituisse, &  
 succos medicatos Saccharo excepisse, vt vo-  
 luptati laborantium hac in parte subscribe-  
 ret, quando fastidiosum atque morosum æ-  
 grotantis palatum nihil non ferè respuat, cui  
 Saccharum sua grata dulcedine lætius ad-  
 blanditur. Quare is autor permulta medi-  
 cameta condidit *f*, quæ Sacchari misturam  
 statim ipso nomine testantur, vt Iosacchar,  
 Oxyfacchar, Nymphæosacchar & eiusmodi.  
 Est autem Sacchari *g* in medicamentis *D*  
 componendis, vt & mellis triplex vsus: sic-  
 citate & lentore suo, conseruare potest: sic-  
 citate eadem abstergere: sapore dulci, con-  
 dire: & hoc cum suauius sit melle, condi-  
 menti gratia sæpè additur: nonnunquam  
 quibusdam medicamentis præter Saccha-  
 rum, & mel, vt magis abstergat, admisce-  
 tur. Notandum, rectè à multis fierè, dum  
 Saccharum melli, in medicamentis quæ  
 mulieribus exhibentur, substituunt, liqui-  
 dem mel, vtero valde ininticum sit. Dio-  
 scorides *h* scribit, Saccharū aluo idoneum  
 (ad excretionem stimulamdam, præsertim  
 in infantibus,) & stomacho vtile, (morsu  
 enim non læcescit,) si aqua dilutum bibe-  
 tur: vexatæ item vesicæ & renibus auxiliari.  
 Quod si Sacchari Maderij aut Canarij, (de  
 quo porro intelligas,) tam in cibo, quam po-  
 tu vsus moderatus sit, non solum membra

A spiritusque corroborabit, verum & sangui-  
 nem mundabit: sic & pectori & pulmoni-  
 bus prodest, (etiam solum sumptum,) tuf-  
 sim mitigat, & gutturis asperitatem tollit:  
 raucedini à calore causatæ, si ex aqua frigi-  
 da comedatur, medetur. Aqua Sacchara-  
 ta, vel decoctionis Sacchari talis conficitur.  
 Recipe. Sacchari vncias octo, aquæ fontanæ  
 libras sex cum semisse, bulliant lento igne  
 ad medias: refrigerata colètur: cuius vsus  
 pro potu, in catharris, raucedine, tussi, pleu-  
 ritide, peripneumonia, febre Ephemera: qua  
 & nutrices, quando infantuli tussi laborant,  
 vti debent. Item Sacchari vnciæ vnus, cum  
 aquæ fontanæ libris tribus, simul ad tertiæ  
 partis absorptionem coctæ, colatum, potu,  
 tussi siccæ, siti, faucium asperitati prodest:  
 exhiberi potest infantibus cætera medica-  
 menta respuentibus: quibus etiam cum la-  
 cte coctum in Iulepi formam, propinatur.  
 Alia aqua Saccharata cum Cinamomo, pa-  
 ratur ex Sacchari vncijs quatuor, Cinamo-  
 mi optimi contusi drachmis duabus, aquæ  
 fontanæ libris sex cum semisse: Cantharus  
 oblutatus aquæ feruenti imponatur, bul-  
 liant duabus horis: refrigerata colentur pro  
 potu, ijs quibus vino interdictum, maximè  
 imbecilli ventriculo. Aliud pro ijs qui pe-  
 ste laborant, pro potu ordinario & corro-  
 boratione. Recip. Sacchari vncias sex, succi  
 Granatorum acidorum, succi Cydoniorum  
 singulorum vncias octo, aquæ fontanæ li-  
 bras sex, inde vasi: hoc oblutatum in ahe-  
 num collocetur vt cum aqua ad mediam ho-  
 ram bulliat: refrigeratum coletur. Eius-  
 modi varia pro varijs affectibus, additis ad-  
 propriatis, confici possunt. Syrupus de vi-  
 no *i* dictus, alijs vinum Saccharatum, pro  
 senum corroboracione, Spirituum & calo-  
 ris refectione, & post diutinam infirmita-  
 tem roboracione, conficitur ex Sacchari vn-  
 cijs sedecim, Vini generosissimi libris dua-  
 bus, claro igne ad Syrupi consistentiam co-  
 ctis, seruetur ad vsum: quo si vti voles, Sy-  
 rupi partem vnā, aquæ duabus partibus  
 miscebis: nonnunquam buccellis intinctis  
 vsurpatur: quod si aquæ Cinamomi stillati-  
 tæ cochleare vnum misceatur, spiritus inde  
 melius reficientur. Similis ferè apud Ar-  
 noldum de Villanoua *k* Syrupus, cuius &  
 cibi & potus loco vsus esse potest. Accipit  
 Vini generosissimi libras tres, Sacchari albi  
 libras duas, lento & claro igne ad Syrupi

*d* Hermet. lib. 2. coroll. 306. *e* Ruell. lib. 3. c. 22. ex Paulo monent. *f* 5. meth. 4. *g* Costeus in Mesum. *h* lib. 2. c. 104.  
*i* Lonis. Tabernam. *k* lib. de conseru.



consistentiam coquit: vsus tempore, Syru-  
 pi vncias sex cū aquæ mensura vna miscean-  
 tur: si eo in febribus vti lubeat, tum Syrupi  
 vnciæ septem, cum aquæ rosaceæ vncijs octo,  
 aquæ fontanæ mensura vna miscebuntur.  
 EXTRINSECVS quoque adhiberi potest Sac-  
 charum: illitum, enim *l*, ea discutit quæ te-  
 nebras oculorum pupillis offundunt: idem  
 præstat subtilissimus Sacchari puluis si oculo  
 indatur, vel collyrijs, maximè Candum,  
 misceatur. Capitis defluxiones, si *m* carbo-  
 nibus imponatur, olfactu vel suffitu arcet. **B**  
 Dentifricium vtile si puluerisatum melli  
 misceatur, ac postea dentes aqua abluantur.  
 Ulcera panaritij, puluis, ijs bis in die in-  
 spersus, sanat. Ad vinum turbidum clarifi-  
 candum. Saccharum cum alumine pulueri-  
 fatum commendatur. At, licet multis Sac-  
 chari vsus conueniat, obest tamen si solum,  
 & magna quantitate assumatur, quia diffi-  
 culter concoquitur & inflat: nocet etiam na-  
 turis biliosis & inde causatis morbis, si eo fre-  
 quenter vtantur, cum in bilem, præsertim **C**  
 æstate, vertatur. Infantibus, vermes generat.  
 Dentibus *n*, si quid aliud, inimicissimum,  
 affert enim & nigredinem & rubiginē, eos-  
 que tremulos efficit: quare post eius vsum,  
 os & dentes aqua frigida, diligenter colluere  
 prudentiores docent. Quod verò aliqui con-  
 tendunt, obstructions viscerum causare,  
 vero non est simile, cum vi abstergendi pol-  
 leat. Sunt etiam qui stomacho obesse & si-  
 tim inducere hodiernum Saccharum affir-  
 ment: & Leonicens non putat ad sitim ex-  
 tinguentiam efficaciam habere, licet Mon-  
 tagnana in quodā consilio id facere innuat.  
 Sanè videntur non animaduertisse, in sto-  
 machi affectionibus & febrium ardoribus,  
 vel maximè Saccharo præparatas composi-  
 tiones exhiberi, & vel ipsum per se Saccha-  
 rum Candum offerri, velut quod inter cali-  
 ditatem ac frigiditatem & siccitatem ac hu-  
 miditatem moderata temperie præstet: cuius  
 vsus etiam Galenus *o* meminit, dum in-  
 ter melicratum & oxymel pocula opportu-  
 na in obstructione febricitantium recenset,  
 medium locum Saccharum habere meritò  
 arbitratur, ex cuius parte vna, additis aquæ  
 partibus duabus Hydrosacchar decoque-  
 bant: sicut ex succo, vel stillatitio Rosarum,  
 aut Violarū liquore & Saccharo Iulapium  
 conficere, Actuarius *p* docet.

## DE SACCHARO CANDIDO.

## CAPVT VI.

SACCHARVM quod alij CANDVM, vt Bras-  
 sauiolus *a*, alij Candidum, vt Gorræus *b*  
 indigitant, Hermolaus *c* & Ruellius *d* Can-  
 tium nominant, Nicolaum Myrepsium *e*,  
 imitati, qui solus ex Græcis huius meminit,  
 Κανθον vocitans, quo loci Fuchsius *f* Κανθιον  
 legendum censet, ad imitationem eorum,  
 qui etiam hodie decurtata voce hoc genus  
 Sacchari, Candi vocant, cum potius integra  
 voce Candidum esset appellandum: Hiero-  
 nymo Montuo, Saccharum Lucidum: alijs  
 Saccharum Crystallinum, vel Cōditum.  
 Germanis, ZuckerCandj / Eiszucker / Christal-  
 linzucker. Belgis, Suyckercandys. Gallis, Suc-  
 crecandi. Italis, Zuccaro candito. Duplex est,  
 aliud naturale, aliud arte paratum. NATV-  
 RALE, quod è Cannis effluxum super eas So-  
 lis vi concretum, ex veterum sententia dixi-  
 mus, & à nostro & à Saccharo Taberzeth  
 diuersum est: & ex India, (sed non amplius)  
 adferebatur: in cuius locum nostrum Can-  
 dum, cum ijsdem viribus polleat, substitui  
 potest: Veneti tamen, monente Brassauolo,  
 Arundines quoque Saccharo immittunt, su-  
 pra quas conglobatum videri possit, quod  
 gossipio inuoluunt, vt ex Orientalibus re-  
 gionibus inuectum putetur. ARTE para-  
 tum alterum est, quod licet ex quolibet ge-  
 nere fieri possit, è præstantiore tamen præ-  
 stantius & pulchrius fit. Hoc duplex: alte-  
 rum Crystallo albo puroque simile, quod  
 Veneti ex Saccharo finissimo parant: sed  
 rectius è Maderensi, vel Canario conficitur:  
 siquidem Finissimum à lixiuio ex calce pa-  
 rato, aliam qualitatem adsciscat, cum etiam  
 quod ex Maderensi, vel Cannario fit, illud  
 dulcedine superet & candore æquet. Alte-  
 rum subrufum est, quod nunquam clarum  
 redditur, quod ex Saccharo Thomæo con-  
 ficitur. Album præfertur, non solum quod  
 natiuo colore simile sit & dentibus subie-  
 ctum salis modo frietur, verum id & viri-  
 bus æquet, ipsiusque vsus sit in ijsdem mor-  
 bis in quibus eo veteres vsi sunt. Modum  
 autem conficiendi, Venetis & Antuerpianis  
 consuetum, subijciamus. Sacchari optimi,  
 quantum volunt in multas partes confrin-

*l* Dioscorid. lib. 2. c. 104. *m* Ruellius lib. 2. c. 22. Petronius lib. 3. de viena Roman. cap. 22. & Tabernamont. *n* Bruyer. de recetis. lib. 10. c. 8.  
*o* 8. meth. med. *p* de compos. medic. *a* in examin. simplic. *b* in definitionib. med. *c* lib. 2. corollar. 306. *d* lib. 3. c. 22.  
*e* de antidot. sect. 1. cap. 35. & 94. *f* notis in Myrepsium.



gunt, dein contundunt, mox vasi conuenienti indunt & aquæ fontanæ tantillum ad Sacchari liquefactionem affundunt, & ne multum in multa aqua bulliat cauent, alias viscidum flauumque redderetur: & quia parum aquæ, illicò in iustam Syrupi consistentiam abit. Hoc calidum infunditur ollis è rariore luto factis (vel vasi terreo quadrato,) & vitratis, intus prius bacillis ligneis tenuibus & quadratis cancellatim decussatimque, duorum vel trium digitorum interuallò ab inuicem distatibus, dispositis, quæ ex recto fissilique ligno, quale est Abietis, aut Piceastris fiunt, cum circa hæc quam alia ligna citius concresecat: dein, feruens adhuc, vasis tectis, calefacto æstuario ad fornacem Antuerpiani reponunt: Veneti verò, multa densaque bombace inuoluunt, in cellam aut officinam calefactam in dies sedecim, aut viginti recondunt, post detegunt & si Syrupi portio quædam nec dum concreta remanserit, effundunt: repente affusa calida ad Syrupi pinguedinem eluendam: quod denuo feruens redditum, illicò calidum in idem refundunt, eodem loco per dies octo vel decem relinquentes: quo tempore elapso, circa ligna iniecta, Saccharum, cocti vitrioli salisue fossilis modo concretum, pellucidum & crystallini coloris reperitur, quod citius vres, quam igne liquefacias, nisi liquore addito. Saporem habet Cannario similem, ori inditum sensim liquefcit, dentibus comminutum, crepitu vehemētiore quam Cannarium obstrepat, quoniam omnium durissimam substantiam possidet. Probatur quod pellucet, & in maiores cubos splendidis lateribus densatum fuerit: at Cordus g id quod in fuluo colore flauescit, præfert.

QUALITAS. Saccharum candidum calidum est & humidum gradu primo: emollit & abstergit. At rufum, calidius est, & ad mellis qualitatem accedit: magis etiam candido abstergit, & quemadmodum id in calidioribus, sic hoc in frigidioribus affectibus vtile est. VSVS. Linguae fissuras, raucedinem, faucium asperitatem, tussim lenit & ad expectorationem facit: si in ore liquefcit, vel in cibo & potu assumatur. Tussi calide & sicce medetur, si puluerisatum cum mucilagine feminis Psyllij auellanæ magnitudine in ore detineatur, sensimque liquefactum deglutatur. Pro tussi infantibus,

A puluerisatum pomo dulci excauato inditum, & in butyro recenti coctum exhibetur: multa sunt quibus Saccharum hoc ad expectorationem iuuandam miscetur, quæ hic referre nimis longum foret. Oculos clarificat in tenuissimum pollinem redactum, oculisque inditum. Oculorum maculas abstergit si huius pulueris drachmæ duæ, cum vncia vna aquæ mellis misceantur & bis in die oculis instilletur. At præter iam dictum, etiam Violaceum, Cinamomeum & Rosaceum conficitur, de quibus paucis.

B SACCHARVM CANDVM VIOLACEVM & pellucidum, Venetis primum notum, ita parabitur h. Accipito exempli gratia, Sacchari Maderensis (Veneti finissimi sumunt) libras sex, liquefcant & bulliant in aqua stillatitia Violarum quam fieri potest paucissima, donec ad crassitiem tabellis conficiendis aptam, deducatur: mox affusis libris duabus, succi Violarum qui è Violis à pediculis repurgatis, contusis & cum stillatitia Violarum recens expressus sit, ad Syrupi consistentiam decoquantur: tum ollæ terrea vitratæ, decussatim in ea bacillis dispositis, infunde, eodem & loco & modo & tempore quo Saccharum Candum confici diximus: sicque elegantissimū Saccharum violaceum parabitur. Quod si requiras pellucidius & viuidiore colore, tum succo violarum, dum Saccharo percocto miscetur, guttas aliquot succi Limonum, aut Citri adde: fragrantius & vtilius adhuc parabitur, si radice Iridis candidissimæ, lacinia inuolutæ, drachmas duas addideris: sic enim violarum fragrantia & gratia & augebitur & excitabitur. Huius, loco Syrupi Violacei, in affectibus pulmonum & thoracis à calore excitatis, & in tussi vsus erit.

E SACCHARVM CANDVM CINAMOMEVM, eo modo quo candidum conficies, si i loco aquæ fontanæ, Aquam stillatitiam Cinamomi, sumseris, in qua Saccharum dissoluitur, ac olei Cinamomi guttas aliquot addideris: cuius in frigidis Thoracis & Ventriculi affectibus vsus.

SACCHARVM CANDVM ROSACEVM. Saccharum in aqua stillatitia Rosarum dissoluitur, succus Rosarum incarnatarū expressus additur & eo modo quo violaceum conficitur. Floridiore etiam colore & pellucidius efficietur, si succi Citri, aut Limonū aliquid Saccharo misceatur: cuius vsus erit, qualis



est Syrupi rosati & Sacchari Rosacei. Quod si verò Saccharum in succo Rosarum incarnatarum dissolueris & guttas aliquot succi Limonum, aut Citri addideris, eoq; modo, quo Candidum confeceris, non solum pelucidum & incarnatum effeceris, sed etiam vi cathartica præditum erit, quo delicatulos & infantes blande purgare poteris.

~~~~~

## DE SACHARO PENIDIO.

### CAPVT VII.

**S**ACCHARVM PENIDIVM; cuius nec Græci meminere, nec conficiendi modum nouere, sic medicis & officinis dictum: quibusdam Penidia, Penidiæ & Penidij: Bellunensi, *Alfenid*, & Syluatico *Alfenid* Arabice, quibusdam Alphenicū, ob albedinem, quam inter subigendum & ducendum acquirit, nominatur. Germanis, *Zucker penidi*, *Gedres heder Zucker*. Hoc ex Pyramidali fit, sæpè ex Thomæo, quamuis ex miscellaneo optimè confici possit. Saccharum in micæ confractum, vel per noctem in sufficienti aqua, (in decoctione hordei quidem,) donec resoluitur, maceratum lentis prunis absque despumatione ad iustam consistentiam coquatur, vsque quo guttæ eius frigido marmori instillatæ non defluant, aut donec frigida aqua instillatum omnino densetur: dein super marmoream tabulam oleo perunctam, effundatur. Vel Saccharo aquam affunde, & lentis prunis impositum dissolue: dein bullienti Saccharo, albumina ouorum diligenter scopis agitata asperge, quo sordes albumini adhæreant: remoue ab igne, & spumam cum sordibus despumatorio adime: mox rursus igni impone, & bullienti denuo albumen asperge, sordes vt prius despumata, totiesque facito vsque dum Saccharum nullam spumam amplius remittat. Tum per pannum laneum cola, rursus igni impone, quo lente, sed continuo bulliat, vsque dum magnæ bullæ attoliantur: mox bacillum leuem ex frigida exemptum Saccharo impone, vt ei adhæreat: exempto, frigidam asperge: quod si Saccharum induratur & facilè a bacillo recedat, masticatum item dentibus non adhæreat, sufficienter coctum erit. Quare ab igne remoue, & vbi bullæ confederint, supra tabulam marmoream optimè exequatam, oleo amygdalarum in-

unctam effunde, eiusque defluentes extremitates continuo in medium refer, tandem vsque dum propemodum larignæ resinæ crassitudinem acquisierit, ampliusque non defluat: tum manibus Amylo conspersis, in vncio parieti affixo suspende, ad vnciam longitudinem detrahe, ad vncium reuert, celeriter distrahe & quidem toties ac sine intermissione, donec indurescat & candorem acquirat: quo diutius enim diduxeris, eò candidius reddetur: quare ab vno opus absolui non potest. Tandem veluti in tenues funes, digiti crassitie tenuiores crassiores, breuiore aut longiore, sæpius torquendum; tabulæ Amylo conspersæ imponendum vsque dum exsicceat. Quod vbi refrigit durissimum est & vitri instar dissilit, at post dies octo friabile redditur, vt & digitis comminui possit: quæ omnia in calido æstuario peragenda sunt. Eligendum candidissimum, rarissimum ac leuissimum.

**QUALITAS ET VSVS.** Hoc temperatè calidum est, lenit & emollit, asperitatem faucium, raucedinem, tussim sedat, pectusque expurgat, siue per se, siue in cibo aut potu sumptum: cuius nomine infantulis vel in pulte, vel cum lacte exhibetur. Tussi siccæ medebitur, si cum decocto liquiritiæ quater in die ad vncias quatuor, singulis vicibus calide propinetur: fortius erit, si penidij vncie quatuor, Aquæ fontanæ vnciæ quatuordecim, lactis recens mulcti libræ quatuor, vasi terreo indatur & lenta pruna ad aquæ absorptionem bulliant: cuius haustus calidus quater in die sumptus, iuuabit. In vlcere pulmonum febre absente penidij in lacte recenti dissoluti, vsus frequens comendatur: quod si febris adsit, vnciæ quatuor vel quinque in lactis asinini libris quatuor dissoluantur. Ex longo morbo absumentis, si eorum cibis misceatur vtile est. Ad asperitatem faucium, raucedinem, tussim, tabem & purulentam excreationem, vtilis est, aqua Sacchari penidij, hoc pacto decocta: Accipiatur Sacchari penidij albi, vnciæ quinque, Aquæ fontanæ vnciæ centum: vasi terreo mundo indantur, lentis prunis ad medias decoquantur, colentur & ad vsum reponantur. Cuius loco & confectione Diapenidij in officinis vsitata, vti licebit. Ita Rhasis a habet, penidij calidi sunt, qui guttur, ventrem & vesicam lenientes, ea quæ in circuitu renum sunt calefaciunt. Ad Anginam, si frequen-



ter gargarismati ex lacte confecto addatur, A commendatur. Hæ sunt Sacchari differentiæ cognitæ: ad quas varia genera ex Arabibus, à Serapione *b* allata, referri possunt. Affert etenim in primis Zuccharum *Tabarzet*, quod tanquam optimum ab Arabibus in confectiones recipitur: alterum, quod ventrem magis mollit: tertium, quod Sali frustatim conciso simile: quartum, quod fit minus dulce, astringentis saporis, quod in planta nascatur, cui folia sint lata: stillare è ramulis foliorum cauis, non parum amarefcens, fructus ferre testiculis Chamelorum similes, in quibus substantia adurens continetur. Quid sibi velit Serapio quarto genere, non assequimur: tertium verò censet Cæsalpinus *c*, id de quo Plinius *d*, quod forte, inquit, apud Theophrastum *e* fuerit Mel frugum: quod inter Loti genera ponitur. Ut tandem Sacchari historiam concludamus, ex adductis patet, non leuem esse inter recentiores controuersiam, nostrum ne Saccharum, cum veterum Saccharo conueniat, siquidem diuersum esse materia, efficiente, forma, sine & viribus, imò penitus rem esse diuersam, acriter rationibus & argumentis haud contemnendis Manardus *f*, & cum eo Fuchsius *g* probare contendunt, quibus non paucos in suam sententiam pertraxere. Argumenta Manardi viginti quatuor & eorundem refutationem prolixam admodum, qui legere volet, consulat Valerium Cordum *h*: Nos verò dicimus, nec appellationem Sacchari veterum, à Zuccharo D hodie dicto, diuersam: nec copiam huius, & illius raritatem & inopiam: nec usum veterum rarum & hodiernum frequentissimum abducere, vt non idem esse Saccharum cum Zuccharo credamus: cum hoc vt in multis alijs, tempus & locus natalis auxerit, & usum ampliarit, & varium præparandi modum excogitarit.

I. ARVND INDICA VERSICOLOR: hæc *a* Arundinibus Hispanicis crassitie similis, paulo tamen tenuior, medulla plena, foris punctis versicoloribus notata, haud secus ac si arte ita picta foret, quæ adhuc viridis ad stanni modum, aut Salicis instar lente inflecti potest.

Locvs. In regno Bengala crescit & à Lusitanis *Canna de Bengala* nominatur, quibus mulieres vetulæ pro scipione, ad gressus titubantes sustinendos, vtuntur, & huius varia genera apud Doctorem Paludanum videre est.

II. ARVND INDICA VERSICOLOR FLEXILIS: aliud genus *a* eiusdem Arundinis, gracilius ac succinctius, in Bengala, quod Rota vocant, reperitur, quod ad modum viminis flexile, ex quo calathi & alia multa pulcherrima conficiuntur.

III. ARVND INDICA PVNICEA MOLLIS: Arundo *b* vel Scirpi potius genus, puniceicoloris & mollis, quam parumper contortam, arcui pro neruo adaptant: in regno Congiano, & in regno Bengala ad Gangen fluuium nascitur.

IV. ARVND INDICA VOLVBILIS: Arundinis Indicæ admodum mirabile genus, varie se circum arbores vinciens & contorquens, in insula Samatra reperitur, centum, ducentum, imò trecentum & plurium orgyarum longitudine, ita vt eius origo, & finis, vix deprehendi possit: quod circulis vasarijs conficiendis valde accommodum est: hæc ad Clusij curas posteriores addita sunt.

V. ARVND INDICA FLVITANS: Arundineta fluctuantia siue Trombas in Bali Insula Linscottus obseruauit, vt videre est *c* in Indiæ Orientalis historia: & figura *d* ab eodem exhibetur.

VI. TUBVLI ARVNDINACEI AD ASTHMA: Cannarum quidam Tubuli (inquit Monardes *e* & ex eo Lugdunensis historia) è noua Hispania aduehuntur, parte interiore & exteriori quodam gummi illiti, quod meo iudicio, Tabaci succo infectum est, & caput tentat: hoc, ni fallor, Cannam inungunt, quod cum tenax sit, firmiter inhæret, colorisque nigri est, induratum autem non est tenax: tubulus ea parte, quæ bitumine siue gummi infectus est, incenditur: altera verò in ore sumitur, fumusque excipitur,

DE ALIIS ARVNDINIBVS INDICIS. CAPVT VIII.

PRÆTER Arundines propositas, adhuc alia Arundinum genera Indiæ scriptores his recensent, de quibus ea quæ apud eos sparsim reperimus subiungemus.

*a* de temper simpl. cap. 50. *b* lib. 4. cap. 57. *c* lib. 12. cap. 8. *d* 7. hist. 14. *e* lib. 15. Epistol. 5. *f* errat. Medic. errat. 16. *g* hist. lib. 2. cap. 104. *h* part. 2. Ind. Oriens. cap. 18. *i* part. 1. Oriens. Ind. cap. 5. *k* part. 3. cap. 40. *l* part. 4. fig. 19. *m* lib. 3. de medicam. ex nouo orbe delatis.



qui omnem pituitam & purulentos humores è pectore educit: hoc verò vtuntur cum Asthmate se premi, & veluti suffocari sentiunt. Primatem quendam sæpius Asthmate laborare solitum, eius vsu plurimum utilitatis consecutum obseruaui, qui simile cõmodum ante ex Tabaci fumo percipiebat: propterea Tabaci succum admixtum esse oportere dico: tutum autem vtriusque vsum esse, ipsa experientia in multis docet. Addit Clusius, Virgineæ incolas tubulis quibusdam ex argilla factis frequenter vti ad Tabaci fumum hauriendum, quales etiam hodie apud Anglos in frequenti vsu sunt.

~~~~~

## DE ARVNDINE INDICA

LATIFOLIA.

### CAPVT IX.

#### ARVNDINA INDICA LATIFOLIA.



**D**E ARVNDINE INDICA LATIFOLIA, veteribus indicta, sermo nunc erit, ex cuius radice nigricante, crassa, inodora, in plura capita rotunda protuberante, & crassioribus fibris stipata, caulis primum vnus, deinde plures prodeunt cubiti vnus, interdum duorum aut trium altitudine, digiti

**A** minoris crassitie, recti, Arundinis modo geniculati, læues, herbacei: circa quorum singula genicula, multa folia Hellebori albi figura, ampla, læuia, transuersis fibris nervosa & firma, tenuia tamen & in mucronem collecta, ex herbaceo virore pallescentia, circa caulem alterno situ conuoluta, quæ cum primum erumpunt, chartacea cornicula referunt, vt in Elleboro albo: extremo cauli flores multi iuncti, Gladioli floribus aliquantulum similes, minij colore vegeto nitentes, singuli capitulo hirsuto nixi, insident, qui ex pluribus oblongis folijs compositi, nondum aperti cancrorum seu locustæ marinæ forcipulas & forma & colore, (vnde quibusdam flos cancri,) quadamtenus referunt: quibus delapsis, capitula augentur & quasi triangula redduntur, aspera vt Ricini fructus, parui Cucumeris figura, quæ semen osseum, pisi magnitudine & forma, per maturitatem nigrum, macula sæpe fusca notatum, continent.

**C** LOCVS. Ex India Occidua seu America, semen primum in Lusitaniam, (vbi in monasterijs frequenter sub stillicidijs ad muros feritur, mediaque etiam hyeme floret, Clusio obseruatore,) delatum: inde in alias regiones: ita vt nunc apud Germanos, Belgas, Gallos, Italos & Anglos, ab rei herbariæ studiosis elegantia gratia in pensilibus hortis vt Soli meridiano facilius exponatur, colitur. Et licet apud nos, si tempestiue fata fuerit, facile floreat, non tamen semper semen ad maturitatem peruenit: & si maturum fiat, non nigrum, vt id quod in calidioribus regionibus prouenit, sed fusci duntaxat coloris est. Quod si per hyemem à frigore in hypocausto seu vaporario asseruetur, adeò mirificè se propagat, vt è fictili eximere oporteat & nodos diuellere, & trãplantare. Et si in hypocausto sit asseruanda, proximo a fenestræ vitræ loco collocanda, quo aëre externo per rimulas ingrediente, non nihil refici possit, cum & aëris frigidioris aperti, atque etiam cellæ cameratæ impatiens sit: verum semel, aut bis ad summum singulis septimanis, aqua leniter affusa, irriganda est: & hæc Augusto mense floreat.

**NOMEN.** Canna vel Arundo dicitur, quia eius stolones Arundinum ritu nodosi sunt: Indica, quod ex America primum delata. Canna Indica, Gesnero *b*, Clusio *c*; Came-



rario, *d* cui & Xiphium Indicum Halorú, *Cæsalpino*: rubra, in horto Eystetensi: Arundo Indica florida, Aduersar. & Lobelio, cui & Cannacorus quorundam, quod ambigua sit inter Cannas & Acorum naturæ, quare & Calamacorus: Papyrus, Castori: Arundo Indica latifolia siue florida & Harundo lilifera, Tabernæmont. Arundo seu Canna Indica, Lugdunens. qui duabus figuris expressit: Harundo florida, Gerardo: Gladiolus Indicus, Camerario *e*. Germanis, *Indianisch Blumenriedl*, *Indianisch Lilgenrohr*. Belgis, *Indiaensch bloeyende rit*. Anglis, *Flouwing Reede*. Italis, *Canna d'India*. Hispanis, & Lusitanis, *Cuentas* dicitur à numero, quod ex ipsius semine, sphaerulae ad preces numerandas idoneae fieri soleant.

**QUALITAS.** Folia gustata herbaceum quendam saporem initio habent, cui paulo post nonnihil acrimoniae coniunctum deprehenditur: & in folijs senescentibus, excrementum quoddam tenue, nitri sapore obseruatur: sic si stolones vetusti & marcescentes in vaporario præscindantur, lacryma alba, tragacanthæ æmula, subdulcis & lenta exstillat. Castor Durantes, ei partim Papyri, partim Arundinis vires adscribit. Huiusfolijs Gummi Elemi inuolutum, in officinis vidimus.

**II. ARVND INDICA LATIFOLIA FLORE LVTEO PVNCTATO:** hæc à priore differt, primum magnitudine, cum omnibus sui partibus hæc minor sit: dein floris colore, qui luteus, punctis rubentibus aspersis variegatus est. In horto nostro sæpius colimus, & Canna Indica lutea rubris maculis punctata, vel flore croceo guttato, in horto Eystetensi nominatur.

## DE PAPHYRO.

### C A P V T X.

**CVM PAPHYRVS** in Ægypto res sit Arundini cognata, vt Plinius loquitur *a*: & Calami chartis seruiant, scapo sit triangulo, de Paphyro nunc agemus, & tam ea, quæ veteres habent, quam quæ Guilandinus, Dalechampius, alijque, breuiter referemus.

**I. PAPHYRVS NILOTICA SIVE ÆGYPTIACA:** Papyrus, quæ Græcis Πάπυρος, Latinis,

**A Papyrus & Papyrum:** Arabibus *Burdi* siue *Berdi*, duplex est: alia Ægyptia: alia Siciliana: Ægyptia siue Nilotica, à qua Nilus papyrifera, Ouidio dicitur, Perque papyriferi septemflua flumina Nili, Ægypto peculiaris, & Indiæ, si Straboni credimus: in Ægypto nasci Dioscorides *b* & Theophrastus *c*, hic verò & in Syria prouenire testatur: Plinio *d*, non solum in Ægypto, sed etiam Babylone, & in Euphrate. Aduersariorum tamen opinione, apud Plinium Papyri gemina est descriptio, ex duabus, Ægyptia alia, & alia Babylonia, constans. Altera est quæ in Sicilia prouenit, Sari Theophrasti, Biblos secunda Eustathij, extra Ægyptum autore Strabone *e*, quæ in Italiæ palustribus in Perusio, cum Typha & Anthela crescit: in Sicilia, Apulia, Calabria, frequens. De Nilotica seu Ægyptia primo, cuius natales sacrae etiam Hebræorum litteræ illustrarunt, in papyrione ad Nilum expositum *f* Moysem tradentes.

**ÆGYPTIAM** Dioscorides *b*, tanquam suo tempore vulgò cognitam, non descripsit: vsum verò, quemadmodum & Galenus tradidit. Theophrastus, qui aliquando totam plantam Πάπυρον, aliquando caulem & Scapos ipsos Πάπυρες vocat (quo nomine & liber eius, & charta inde confecta etiam donantur,) & natales, & formam, & varium eius vsum proposuit. Vnde & Plinius *g* mutuatus, qui præterea & modum ex ea chartas conficiendi, earundemque genera, & vitia enarrat. Papyrus *h* nascitur, (in palustribus *g* Ægypti, aut quiescentibus Nili aquis, vbi euagatae stagnant,) non in altitudine gurgitum, sed ad duos circiter cubitos profundo vado, nonnūquam etiam minore. Radix crassitudine est brachiali, robusti viri, longitudine decem cubitos excedente. Crescit super terram ipsam, radices obliquas tenues & densas in imum demittens: sursum producit, quos Papyros (caulem intelligit) dixere triquetros angulosos, magnitudine quaternorum ferè cubitorum, (pedum decem Strabo *i*,) coma inutili exilique fastigiatos: fructus nullius foecundos: hosque ex multis partibus mittit. At alibi *k*, brachiali radice obliquæ crassitudine, triangulis lateribus, decem non amplius cubitorum longitudine, in gracilitatem fastigiatum, thyrsi modo cacumen includens: semine nullo, aut vfu eius alio,

*d* in horto. *c* in suo Matthiolo emaculato.

*f* Exod. 2.

*a* lib. 24. cap. 11. lib. 16. c. 36.

*b* lib. 1. cap. 115.

*c* 6. hist. 2.

*d* lib. 14. c. 11.

*e* lib. 5.

*f* lib. 13. c. 11.

*g* lib. 13. c. 11.

*h* 4. hist. 9.

*i* lib. 5.

*k* lib. 13. c. 11.



quàm floris, ad DEOS coronandos. Athenæus / ridet eos, qui putarunt è Papyro coronaria & Rosis coronam fieri, quam Naukratitem coronam censeant, quæ ex Myrto vnà cum Rosis composita fuerit, quam Anacreon gestare consueuerat: idque non minus absurdum esse tradit, quam si ex Allio & Rosa corona neceretur, cum nec utilitatem, nec delectationem præbeat. At Plutarchus *m* scribit, eum Papyro coronari delectatum fuisse, ob coronarum simplicitatem, eumque discedentem à rege petiisse & accepisse: alij Theopompum *n* hac coronatum adducunt. Ausonius ænigmaticus per Melonis albam paginam, Papyrus significat, eò quod Nilus olim Melo dictus fuerit. Qualis sit hoc sæculo in Aegypto, Prosperi Alpini *o* sequentia verba edocent: Papyrus *Berd* Aegyptijs, planta fluminis Nili, binis aut pluribus caulibus rectissimis, supra aquam sex, septemue cubitis: caulium fastigijs, scapus innumeris capillamentis, longis rectisque contextus cernitur: folijs multis rectis, ensiformibus, Typhæ aliquatenus similibus, triangularibus ac mollibus. Hæcille. Huius scapos, aliquot cubitos æquantes apud Nobilissimum Cortusum Patavij vidimus. Nunc qua ratione ex Papyri scapo *o* χαρτης, (à χαρῶσα *p* Eustathio deriuatum videtur,) charta præparetur, ex Plinio *q* subiiciamus. Præparantur diuiso (scapo) acu in prætenues, sed quam latissimas (alij longissimas) philuras: principatus medio, atque inde scissuræ ordine: texuntur omnes tabula madente Nili aqua, (Papyri schedas, non autem asseres philuris subditos, super quibus agglutinantur, Guilandinus *r* intelligit,) turbidus liquor vim glutini præbet, cum prima supina tabula scheda adlinitur longitudine Papyri, quæ potuit esse, resagminibus vtrinque amputatis: transuersa postea crates peragitur: premuntur deinde plagulæ, prælis & Sole siccantur, (id est, chartæ iam confectæ lamina, quam chartæ nostræ, ex linteis tritis confectæ, folium vulgò vocant,) atque inter se iunguntur, proximarum semper bonitatis diminutione ad deterrimas: nunquam plures scapo, quam vicenæ. Verba hæc de chartæ confectioe, ita explicauit Dalechampi-  
 A tem, aquis extractum, ad verticem siue cacumen præcidebant, quia pars illa gracilior foret ac inualidior: & ad radicem, quia tenella, molliusculeque ea pars, humore adhuc perfusa flauesceret, firmitateque caret, ad glutinationem, præli torturam, malleorum ictus, læuigaturam necessaria. Verum quantum vtrinque amputaretur, non proditum: ad pedem circiter vnum refectum coniector, vt quatuor pedes truncati scapi superessent, quem tum demum in duo diuidebant medium, ferro quodam ad id destinato & aptato, quod fortassis acum vocauerunt, membranas separantes, è quibus recto transuersoque situ collocatis, chartam conficerent. Has membranas siue tunicas, à scapo reuulsas, Plinius Philuras, Schedas, ramenta vocat: cum in tabula recto situ disponuntur, stamina siue statamina: cum transuerso, subtegmina, vocabulis è textorum officina petitis: earundem siue in rectum, siue in transuersum coniunctarum teriem & struem, corium, quod ad Claudij vsq; tempora duplex tantum fuit, prius rectis fibris, alterum transuersis: eius verò infu triplex in ea charta, quam de suo nomine Claudiam vocauit. Siccabantur autem chartæ in apricis locis, licet nostræ, quæ solo aquæ humore glutinantur, dissiliant, cum vapore Solis inarescunt: at quæ luto pingui aut pollinis flore aqua diluto cohærent, Solis æstu, imo & ignis calore tenerius committuntur. Quare qui chartas densas libris compingendis, aut tegendis mercibus, conficiunt, vbi prælo chartæ quadratam plagulam satis presserint, insolatu siccant, & librarij voluminum, quæ consuuntur posteriora glutino oblita, vel igni admouent, vel Soli exponunt, vt citius resiccantur. Chartarum genera iam recenseamus. Plinius *t* meminit Hieraticæ antiquitus dictæ, religiosi tantum voluminibus dicatæ: quæ ablutioe Augusti nomen acceperit, (Isidoro Hieratica subcolorata, Augustea facta abluendo candidior,) sicut secunda Liuiæ, à coniuge eius: verum mox ostendit magnam in chartarum latitudine differentiam esse, sex differentias ad minus recensens, quæ ita se habent: Optima (fortè Augusta & Liuiana,) tredecim digitorum: duo detrahuntur Hieraticæ: Fanniana (quod Romæ in Fannij sagace officina, quam tenuatam curiosa interpolatione principalem fecit è ple-



beia, & nomen ei dedit,) denos habet: & vno minus Amphitheatrica (Arthribitica ab Arthribiæ præfectura legit Guilandinus: suspicatur dictam, quòd in Amphitheatris Aegypti Alexandriaeque potissimum à concursu populi vacuis, conficeretur, siquidem dicat Plinius à confecturæ loco,) pauciores Saitica, ab oppido Saj vbi maxima fertilitas Papyri nec malleo sufficit (vel quod tam angusta, vt malleum qua parte ferit, latiore non adæquet, vel tam fragilis sit, vt malleo percussa disrumpatur: rugosas siquidem chartas, malleorum ictu complanare ac extendere mos fuit, vnde Vlpiano <sup>u</sup> libri malleati.) Proprior etiamnum cortici Tæniotica, (Tanitica à Tani ciuitate Guilandinus,) à vicino loco, pondere iam hæc, non bonitate venalis. Emporeticæ breuitas, sex digitos non excedit, quæ inutilis scribendo, inuolucris chartarum segestriumq; (Stegestrium alij legunt, *δοτ τὸ σέγαν*,) in mercibus usum præbet, ideò à mercatoribus cognominata. Hæ fuere chartarum differentia, dum vixit Augustus, mutata postea à Claudio, vt supra monuimus. Quare subiicit Plinius, prælatam Claudiam: Augustæ in epistolis autoritatem, cuius nimia tenuitas calamis tolerandis non sufficiebat, ad hoc transmittens literas, (id est literarium atramentum,) lituræ metum afferebat auersis, (id est à tergo posita,) vtraque enim facie veteres scripsisse, testantur hi versus: Iuuenalis: Scriptus, & à tergo nec dum finitus Orestes. Martialis: Scribit in auersa Picens epigrammata charta, Et dolet, auerso quod facit illa Deo. Sic descriptos commentarios, Opistographos vocant: sed de charta Opistographo, de qua & Vlpianus, de bonorum possessione secundum tabulas, vt & Syngraphis, Holographis, Chirographis & Autographis, qui volet, Alexandrum ab Alexandris x consulat. Laudatam fuisse epistolis Augustam, etiam Martialis testatur, salutatricemq; vocat: Marcus amat nostras Antonius, Attice musas, Charta salutatrix si modo vera refert. Subiungit Plinius ipsi Augustæ, Liuianam, quæ suam quoque autoritatem tenuit, cui nihil è prima erat, sed omnia è secunda. Quæ posteriora verba ostendunt, non ita malè Turnebum y qui tres species ex Plinio inuehit, Hieraticam, ab Augusta & Liuia distinxisse, quem tamen vt & Ruellium, Guilandinus reprehendit,

A vnã eandemque statuens. Strabo & Hieraticam, non chartam, sed Papyrum appellat, præcipuè cultam in inferiore Deltae parte, eamque duplicem, alteram præstantiorem, viliorem alteram. Subiungit Plinius a chartarum vitia quatuor, Scabritiem, rebellem contumaciam, lentiginem, tæniam. Scabritia læuigatur dente, conchaue, sed caducæ literæ fiunt. Ostendere vult moderatione opus esse, ne vehementius exteratur: nam quamuis ea complanatione ac erugatione splendat magis, fulgenteque nitore oculis placeat, validiore tamen attritu, non sorbet atramentum, sed respuit, & si quæ literæ appictæ sint, instabilis & fugax scriptura non permanet. Rebellat sæpè humore incuriosè dato primis, quod malleo deprehenditur, aut etiam odore, cum fuerint indiligentiores. (Alterum vitium est rebellio. Rebellat humore nimio incuriosè dato, cum artificis opere & studio reluctatur pertinacius, nec omne corij spacium ex æquo rigat & oblitit, sed alicubi subsistit copiosior, alicubi parcior affunditur, vnde plagularum fit inæqualis & superficies & resiccatio. Nam cum probe curatam, subactam, tractatamq; chartam esse putat artifex, neque quicquam aliud operæ suæ præterea desiderare, tum, contra eius spem, vitium id detegitur, & tanquam recrudescit, quod eius diligentia negotium faciat. Itaq; retexenda charta, & eodem Labore domanda, atq; peruin endã quo prius. Malleo deprehenditur id vitium, aut quòd percussam laceret, aut quòd eminentiora tubera, depressioresque lacunas plagularum inæquali percussu tundat, & inuenusta deformitate tufas ostendat. Prodit eam labem etiam odor, charta præsertim negligentius prælo compressa & siccata, mucidus, foetidusque, putrescente ac situm olente humore, qui nec prælo est elisus, nec insolatu dissipatus.) Deprehenditur & Lentigo oculis: (Lentiginem Plinius hic appellat næuos, sordes, decolores punctorum notas, & maculosas velut aspergines, quæ fiebant dum coria compingentur, si quid impurius illaberetur, quod natium colorem inquinaret, aut si quid in schedis contortum aut conglobatum, chartam infuscaret. Oculis id cognoscebatur, vel conspecta statim charta, si maculæ in aperto forent, vel ad solem explicata, si altius insiderent.) Sed tænia medijs glutina-

\* lib. 32. pandellar.

x lib. 2. cap. 30. lib 9.

y Adversar. lib. 2. cap. 7.

z lib. ultimo.

a lib. 13. cap. 12.







& assum manducant, & succum deuorant: A stet. Papyri enim cinis siccatur quidem, sed manducamentum autem expuunt: (manducant crudum decoctumque, succum tantum deuorantes, Plinius *o*.) Dioscoridis *p* etiam fuit sententia, radici alimentum inesse, cui & Pierius in Hieroglyphicis subscripsit. Intelligit autem Iuncorum teneros partus è radice prodeuntes: nam radice inquit, incolæ pro ligno vtuntur. Equidem ante fruges inuentas, priscis Aegyptijs vsitatum & frequentissimum hunc cibum fuisse, ex Oro colligitur, qui scribit, Aegyptios B antiquissimam & omni memoria priorem, originem suam significantes, Papyri fasciculum pinxisse, quoniam eo primum vescerentur. Quod etiam *q* Herodotus expressit, vbi enim Aegyptiorum victum facilem proponit, scribit: Papyrum (Iuncum, Val-la vertit,) è paludibus vbi excerpere, superiorem eius partem amputare, quam in alium vsum conuertunt: quod inferius longitudine cubitali relictum est, id edunt pariter ac venundant: quo, si qui suauiter uti cupiant, in luculento furno torrefactum comedunt. Radicibus, ait Theophrastus & Dioscorides, pro ligno vtuntur: non *n* tantum ignis gratia, sed ad diuersi generis vasa (ad alia quoque vtensilia vasorum, Plinius) ex ipsa conficienda: materiam enim amplam probamque præstat. Papyrus *r* ipsa ad plurimam utilis, etenim ex ea nauigia (quod & Esaiam *s* intellexisse aliqui volunt) faciunt, (texunt Plinius,) & è libro vela tegetesque texunt, & vestem quandam atque stragula, D ac funes, aliaque plura. Refert etiam Plinius *t* ex Theophrasto, Antigonus regem, in naualibus rebus alijs funibus non vsum, quam inde, nondum Sparto communicato. Sic Herodotus *u* tradit Aegyptios naues fabricare, compages introrsum è biblo facere, ex Papyri vertice amputato, ex eodem & vela & calceos. Hinc Lucanus Conseritur bibula Memphitis cymba papyro. Sic Aegyptijs Sacerdotibus, calceos tantum papyraceos gestare licebat, quorum E Aristides *x* meminit, scribens in vlcere curatione Aesculapium sibi calceos Aegyptios dedisse, quibus sacerdotes vtuntur. Et Dioscorides vsitam papyrum (ex Scapo,) dum in cinerem redacta fuerit, depascentia vlcera, cum omnium partium, tum oris maxime cohibere, (si sæpius aspergatur,) scribit, quod tamen melius *o*  $\chi\alpha\gamma\epsilon\tau\eta\varsigma$  combustus præ-


stet. Papyri enim cinis siccatur quidem, sed infirmior est, Galeno, Aeginetæ & Oribasio *y*. At Plinio, charta quæ fit ex ea cremata inter caustica est: cinis eius ex vino potus somnum facit, ipsa ex aqua imposita callum sanat. Præcipuæ inquit Dioscorides, in medicina vtilitatis, ad laxanda fistularum orificia, (ad *z* laxandas siccandasque fistulas cum inaruit) si præparata fuerit, hoc est, liquore quoquam macerata lino fuerit obuoluta, (an hoc intellexit Celsus *a* Papyri intortæ nomine, cogitandum,) vsque dum inaruerit: ita enim coarctata atque immissa humore completur, & intumescendo fistulas (ad introitum medicamentorum,) aperit. Medullam intelligere oportet foliorum, vt recte Aduersaria & Alpinus: cum verò nostra Papyrus ad id inutilis sit, siquidem ita humorem imbibere non possit, citoque computrescat, in hunc vsum ad imitationem Dioscoridis, spongia assumi poterit, & hodie Chirurghi Itali, linamentis & turundis ex medulla Sambucina, aut spongia paratis, vtuntur: alij & Iuncea medulla. Galeno *b*, Papyrus per se in vsum medicum non venit, sed macerata, aut vsa utilis efficitur: Oxycrato vinouæ macerata, (imò & cinis,) recentia vlcera glutinat, maxime in circulum circumposita. Ex scapis recentibus, autöre Alpino, aquam destillant Aegyptij, quam ad oculorum suffusiones, caligines ac obscuritates maxime commendant. Sed & Theophrasto externis hominibus chartæ ( $\beta\iota\beta\lambda\iota\alpha$ ) notissimæ. At hodie nouo chartarum artificio circa annum CIO CCC. LXX. (quò tempore ex Gallia duo viri Antonius & Michaël in Germaniam & Basileam venerunt, & secum artem illam antea Germanis ignotam attulerunt,) inuento, dimissa Papyro, ad lintea rediere, quæ vsu attrita & flaccida, tam diu terunt, machinis aqua motis, donec in succum dissoluantur: hunc optime aqua dissolutum, non sine glutine, & conturbatum, cribris excipiunt, qui succi crassitiem retinentes paginam reddunt super stramenta ad hunc vsum parata, quæ ad prioris imitationem Papyrus quoque nominatur, eò quòd eundem nobis vsum præstet, quem olim Aegyptijs Papyrus præstabat. Verum & ante vsum chartarum, inter cætera etiam linteis, monumenta præsertim priuata, vt supra dictum, conficiebant. Nec verò combustæ

*o* lib. 13. c. 11. *p* lib. 1. c. 115. *q* in Euterpe. *r* Theophrastus & Plinius. *s* cap. 18. *t* lib. 13. c. 11. *u* in Euterpe. *x* lib. 8. sermon. sacror. monente Gwiland. *y* lib. 15. coll. *z* Plin. lib. 24. c. 11. *a* lib. 5. c. 28. *b* 8. fimpl.



nostræ chartæ cinis, idem præstare potest, quod chartæ, quæ ex Papyro fiebat, cum nostra inustione ferè penitus euanescat, etiã si quis magno cumulo comburat. Quare in medicamenta Græcorum *χαρην* recipientia, nostra assumi non debet: nec in pastillum, qui ex charta constat, aduersus Nomas, & describitur à Galeno *c*, Aegineta *d* & Oribasio *e*, qui aliam eius præparationem *f* quoque habent, quam Actuarius *g* imitatus est. Sicut etiam alia medicamenta, quæ ibidem apud Galenum, Aëtium & Aeginetam, chartam recipientia, habentur. Quamvis Ruellius *b* linteolarem chartam iisdem viribus, quibus & papyraceam pollere scribat. Consultius tamen Aduersarijs, in Papyri defectu cinis ex Cyperi vulgaris, aut Iunci magni aquatici medulla paratur.

PAPYRVS SYRIACA; VEL  
SICILIANA.



PAPYRVS SYRIACA, VEL SICILIANA: radicibus est subruvis, lignosis, crassis, geniculatis, numerosa sobola in obliquum tendentibus, Cyperi odore & sapore, sed infirmiore, ex quarum parte inferna multæ radiculae fibrosæ descendunt, ex superna autem frequentes scapi assurgunt, qui dum tenelli sunt, dulci succo constant: qui Cype-

ro fiunt longiores, crassioresque, sæpè cubitos quatuor excedentes, (etsi sex, interdum septem, dicat Pena,) angulis obtusis (triquetris, tomentitia medulla farctis, Pena.) Folia adimum breuia Cyperi aut Sparganijs, adultò scapo nulla: in cacumine coma lata, ex numerosis paruisq; iuncis triangularis constans: in quorum summis floccis rufi, apicibus prominentibus, in se collecti, quorum ortum foliola radiatim, vt in Cypero, ambiunt.

**Locvs.** In Sicilia palustribus prouenit, vbi vulgò Piperum vocant, inde in hortum Pisanum translata, Cæsalpino docente: non verò ex Aegypto illo delata, vt Aduersariorum autore, scribunt, qui beneuolentia Cæsalpini, florentem in prædicto horto legere. Hermolaus *i* autor est, & cum eo Ruellius *k*, haberi & in Aethiopia & Italia Papyrus, vel promiscuè Ciminio lacu plurimum, sed alterius fortè generis, nec ad chartas vtileni, quandoquidem Aegypto propria tribuatur.

**NOMEN.** Hanc Sari Theophrasti *l* censemus, quæ in aquis prouenit circa paludes; plana que, vbi amnis recesserit: habet radicem præduram, flexuosamque, ex qua, quæ Saria vocant exeunt, his longitudo duum cubitorum, crassitudo pollicaris: triangulum id quoq; Papyri modo & comam similem gerit: qui manducant, eius quoq; manducamentum expuunt. Radice fabri ferrarij vtuntur, carbonem enim optimum faciunt, propter ligni duritiem. Hæc Theophrastus. Hanc censemus Papyrus esse, quæ copiosè in Perusia crescere Strabonem *m* refert. Videtur autem hæc Papyrus à priore potissimum magnitudine distare. Hæc dicitur Biblios secunda, Eustachio: Papyrus, Cæsalpino: Papyri Niloticæ nomine Aduersaria pinxere, Tabernæmontanus & Gerardus imitati sunt: sic & Lugdunensis historia, quæ Papyrus Aegyptiam Penæ appellat. Germanicè dici potest, Papeyr riedt. Belgis, Papier riet. Anglis, Paper Reede. Nunc dicendum esset, quibusnam Chartis in nouo Orbe vterentur, vt sunt diuersarum arborum folia & cortices, sed quia institutum nostrum est, plantas forma siue facie externa similes, quantum fieri potest, iungere, hic solum nominare lubet, de his inter Arbores suo loco acturis: Sunt autem decem: I. Palmeta humilia, de quibus ex

*c* lib. 6. de compos. secund. gen. *d* lib. 7. cap. 12. *e* 3. Synopf. *f* 4. de curat. 129. *g* 6. methodi 8. *h* lib. 10. cap. 109. *i* *k* lib. 1. cap. 109. *l* 4. hist. 9. *m* libro 5.

*l* *m* *n* *o* *p* *q* *r* *s* *t* *u* *v* *w* *x* *y* *z*



Scaligero, Lugdunensis historia. II. Guaiabara in Insula Hispaniola, ex Ouiedo, Lugdunensis historia. III. Copey, ibidem apud eundem. IV. Tal, in Prouincia Mangi, Lugdunensi. V. Lantor, palmæ Indicæ genus, cuius folia viri longitudinem equant: historia Indiæ n Orientalis. VI. Ficus Indicæ folijs & Turcæ vtuntur. VII. Palmæ o nuces Indicas Cocos gerentis arboris substantiam plicatilem vsurpant. IIX. Arboris p folijs sex brachiorum longitudinem æquantibus, cuius folio extenso, tres quartorue viri, in itinere operiuntur, vt pluias non metuant: Ex Nicolai Costini itinerario, Lugdunensis historia refert. IX. Papyrus ex Iaua, est liber arboris tenuissimæ membranæ instar, vt ex Clusij notis, Lugdunensis historia proponit. X. Melt siue Magnei ex cuius folijs Mexicani Papyrum & Pergamenum conficiunt, Dureto de admirabilibus plantis autore.

A non vt reliqua radice numerosa adhæret: vtroque autem loco & in terra, & aqua Gladiolus, tipha, phleum, butomum exeunt: de tipha ambigitur: phlei, tiphæ, butomi- que pars tenera ab radicibus proxima est, vt quam pueri paruuli potissimum mandunt. Dioscorides i vero his verbis proposuit: τύφη foliū profert Cyperidi simile, caulem læuem, album, æqualem, qui in summo circumfusum florem habet densum, qui que in pappum soluitur, quem aliqui paniculam vocant. Apparet Dioscorides contrarius Theophrasto dum folium illi denegare videtur, at Dioscorides Cyperi folia tribuit: at Typham folia habere satis compertum est: quare k Dalechampius αἰτι τῆ ἀφυλλον ἀφυλλαυθες legendum censuit, nam flos non est folijs reliquorum modo stipatus, quod ἀφυλλαυθες voce designare voluit. Dein in textu Dioscoridis vocem λευκὸν album, omnes interpretes, Saraceno excepto, legunt: inquit enim se nec hanc vocem, nec aliam quæ ei respondet in Græcis exemplaribus, vti neque apud Oribasium reperire. Sic vocem ὀμαλὸν, quam æqualem vertimus, enodem Marcellus, planum Cornarus reddidit: qua voce æquabilem simul & enodem caulem Dioscorides significare voluit, vt ex Theophrasto colligere est. At cum tres differentias cognitæ habeamus, earum descriptiones subiungemus.

DE TYPHA PALVSTRI.

CAPVT XI.

CVM Plinium a inter Calamos aquaticos de Typha egisse censeamus, eius historiam subiungemus. Est autem Typha duplex: altera in aquaticis nascens, quam palustrem: altera in frugum genere, quam cerealem nominamus. Sunt qui solius literæ mutatione differentiam faciant, quibus cerealis b per ypsilon, palustris per iota scribitur, haud dubiè eam ob causam, quod Græcis locus palustris τύφη dicatur & per iota scribatur: vnde & planta hæc tanquam à loco natali nomen accepit: Alij c contrario modo: alij vt Theophrastus vtrumque per iota scribunt: quare Gorraeus perperam τύφη, pro τίφη scribi monet. Sed ad Typham palustrem quæ τύφη dicitur Dioscoridi d & Oribasio e, qui vnus meminere, accedamus.

I. TYPHA PALVSTRIS MAIOR: radice est obliqua, crassa, geniculata, Acori modo nodosa, fibrisque multis aucta, fungosa, intus candida, sapore dulci, maxime gemmæ eius, recens natæ siquidem quotannis novos oculos protrudit: folijs Cyperi æmulis, sed acuminatioribus, dorso eminentiore, triangulis, nonnihil asperis, longissimis ac flexibilibus: inter quæ caulis exurgit nudus, rectus, teres, glaber, & veluti perpolitus, æqualis & solidus, ternos cubitos, sæpè & hominis altitudinem, excedens: cuius cacumini spica primùm tenuis, muscosos flores proferens insidet, qua arida & decedente Iulio & Augusto, panicula clauæ similis, ex densa lanugine compacta, punicei & obscuri coloris, pollicis crassitudine, palmari aliquando & pedali longitudine succedit, quæ tandem in pappum cinereum ventis abrepta euanescit: quem etiam pueri

DESCRIPTIO. Theophrasti f: ἡ τίφη ἔχει ἕνα τῶν ἐλείων ἢ λιμναίων ὁμοίως ἀδίαφρακτῆ καὶ ὀμαλῇ, καθάπερ ἄσιν, hoc est, Tiphæ & quedam palustria & lacustria similiter nullo intercedente nodo & æqualia sunt, veluti iuncus g: αἰοζα sine nodis vt iuncus h: in lacu Orchomenio, huic hoc peculiare maxime ἔχει τὸ ἀφυλλον εἶναι, id est quod folio caret, &

n part. 4. cap. 3. & 6. pingitur fig 15. o part. 6. hist. Orient. c. 38. p part. 4. Oriental. c. 12. a lib. 16. cap. 36. b Gesn. in cat. Ruellius lib. 2. cap. 23. c Hermelaur lib. 3. coral. 561. d lib. 3. c. 133. e 12. Coll. f 1. hist. 8. g 1. hist. 11. h 4. hist. 11. i lib. 3. c. 137. k Saracenus Schultze in Dioscorid.



I. TYPHA PALVSTRIS  
MAIOR.



manu carpentes per aërem tanquam passer-  
culos mittunt. Aliquando *l* tamen, ad se-  
quentis anni æstatem, clauæ seu paniculæ  
remanent, in quarum lanugine nonnun-  
quam pediculi nati reperiuntur: admiratio-  
ne sanè dignum, quomodo caule arido è la-  
nugine adeò sicca, vt vento abripiatur, sub  
lanugine hac, eiusmodi animalcula, & nasci  
& viuere possint.

Locvs. Theophrastus *m* inter palustria  
& lacustria recensuit: quare Dioscoridi *n*  
in palustribus & stagnantibus aquis gigni-  
tur: fossis vrbium & iuxta lentè fluentium  
fluuiorum ripas: etiam teste Plutarcho *o*,  
dum quærit, cur semina, cœlestibus aquis  
magis quam profluëtibus, ad generationem  
& incrementum proficiant: disputans con-  
tra Laitum quendam, qui dicebat, cadentibus  
pluujijs aperiri terram, pulsuque illo a-  
pertam, citius ad radices per se aquam trans-  
mittere. Contraria ratione à palustribus  
plantis rationabatur, ad quarum radices, a-  
perta terra, imber non transit, inter quas  
Typham enumerat, his verbis: ἀλλὰ ἔλαθε  
τὸν Λαίτον, ὅτι καὶ τὰ λιμναῖα φυτὰ τὴν Τύφην, καὶ φλέως ῥύον,  
ἀναυξῆ καὶ ἀβλαστῆ μίσει.

NOMEN. Dicitur τύφη, cui turbinata pa-  
niculæ effigies, quasi *p* typhonis sese gyran-

Atis turbinem, aut gigantis staturam mina-  
cem signaret, nomen dedisse videtur. Vel  
potius τύφη, à τύφῳ, quod locū palustrem  
notat. Typha, Matth. Amato, Cornaro,  
Fuchsio, Turnero. Cordo *q*, Lacunæ, Lo-  
nic. Aduersar. Lobelio, Castori, Gerardo:  
Typha aquatica Trago, Lugdunensi: Ti-  
pha aquatica, Scaligero *r*, Typha palustris,  
Ruellio, Dodonæo, Tabernæmontano, Cæ-  
salpino, Portæ: Vlua, Anguillaræ. Nonnul-  
lis, Cestrum & Sceptum morionis. Ger-  
manicè folia dicuntur à victoribus, Eiesen  
& Knospen: panicula verò, Kolben / id est,  
Claua, à similitudine, Narrenkolben / Eies-  
kolben / Dietelkolben: & à natali loco, Mof-  
kolben / Wasserkolben / Weyerkolben. Belgis,  
Lischdodden, Donsen, Dullen, Polsen. Anglis,  
Catstale, Reede mace. Gallis, Masse de jonc,  
Marteau & Masses: appositè inquit Ruel-  
lius *s*, quòd sceptrum regum & clauas argen-  
teas, vel aureas, quæ ante primos magistra-  
tus gestantur, Massas vulgò dictas, perpoli-  
tus caulis, lanosa floccorum densitate, sum-  
mitate fastigiatus æmuletur. Italis, herba  
ipsa, Peuera: Samnitibus Guglia: Hetruscis,  
Schianza: paniculæ lanugo, Marza sorda,  
quòd eius lanugo auribus illapsa surditatem  
efficiat. Hispanis, Bohorde, Lunco amacorosa-  
do. Bohemis, Palycky. Vngaris, Gyeken: at  
claua sola, Baka, seu Haporya. Hanc Dio-  
scoridis Typham censemus, notis omnibus  
correspondentibus, licet Anguillara neget,  
qui Gramen tomentosum, supra inter Gra-  
mina descriptum, Typham Dioscoridis ita-  
tuit. An verò sit Theophrasti, dubitatur à  
Dodonæo: quia Typhæ *t* in lacu Orcho-  
menio nascentis, peculiare τὸ ἀφύλλον εἶναι καὶ  
τὸ μὴ πολύριζον dicit: quæ verba dubitandi  
causam præbuere Dodonæo. Etsi respon-  
deri posset, Theophrastum non omnem Ty-  
pham folio carere pronunciasse, sed eam  
quæ in lacu Orchomenio proueniat, cui  
hoc peculiare sit: attamen locum Theo-  
phrasti cum Dalechampio ita restituimus,  
τὸ ἀφύλλαιδες εἶναι, quod flos teres & tornatæ  
clauæ similis conspiciatur, nullis folijs reli-  
quorum more stipatus. Verum censuit Do-  
donæus, & cum eo Camerarius, cum Theo-  
phrasti *u* φλέω, nō spinosa stirpe, quæ eidem  
Stœbe etiam dicitur, sed quæ in lacubus na-  
scitur, plus similitudinis habere, (& certæ  
non desunt conuenientes notæ,) quod fo-  
lio dixit constare carnosio. Lacustris Phlei

*l* Dodonæus edis. post. *m* 1. hist. 8.

*n* Dioscorid. lib. 3. c. 133.

*o* de natur. caus. 2.

*p* Aduersarior. autorib.

*q* in Dioscorid. *r* in 4.

caus. Theoph. 1. *s* lib. 3. c. 62.

*t* 4. hist. 11.

*u* 6. hist. 5.



flos, αὐθίγη, (qua voce & Dioscorides ex aliorum sententia utitur,) seu panicula vocatur: quod πλακαυθῶδες, (placentaceum quoddam Gaza vertit,) molle & subrubens est, quo utuntur πρὸς τὰς κοίνας (ad lixiuum Gaza) ad opera tectoria: miscentes videlicet, (addit Dodonæus,) pappos siue lanuginem luto aut calci, sicuti nunc cæmentarij, pilos & consimile quidpiam admiscere solent, quò aut tenacius parietibus adhæreat, aut minus findantur disrumpanturue parietes cratitij, luto vel calce incrustati. B

Et quod Theophrastus fœminam ad nexus utilem, marem inutilem tradit: idem etiam in hac nostra Typha obseruatur. Siquidem folia eius quando caulem non promit, ad tegetes & storeas texendas, & doliorum commissuras iungendas, utilia sunt: vbi verò caulem protulit, inutilia sunt. De hac & Aristophanem x, vbi ranas lætantes & colloquentes introducit, quod totum diem inter Cyperum & Phleum saltantes consumpserint, loqui censent. At Lugdunensi botano, grapho, Phleos mas, est Sagitta: Phleos fœmina verò Sparganium: qua de re ijs in locis. Sic & Ouidium y Scirpum nominasse ex qua storeæ fiunt, quas Scirpeas matas nominarit. At dominus, discedite, ait, plaustroq; morantes Sustulit, in plaustro scirpea Matta fuit. Quòd verò aliqui Spatulam foetidam esse velint, nulla est ratio. Vlva Latinis dicitur, vt apud Virgilium z. Limosoq; lacu per noctem obscurus in Vlva Delitui. & alibi a Informi limo glaucaq; D exponit in Vlva. Sic & vulgaris versus: Alga creuit pelago, sed nascitur Vlva palude. Huius Typhæ folia priusquam ipsa in caulem exurgat, sub Papyri specie, Dodonæus b proposuit: quam figuram Lugdunensis historiæ autor assumit, & Iuncum asperum Dodongi, nominavit: addens Vlva grandioris genus quibusdam videri: alijs Iuncum Mariscum Plinij, ad texendas tegetes: alijs Bryon lacustre Theophrasti: alijs Caricem Latinorum.

II. TYPHA PALVSTRIS CLAVA GRACILI: folijs est multò quàm in vulgari angustioribus, clava gracili & ferè palmari, à maiore, pullo illo tomèto in clavam compacto, non differens: at supra clavam Iunio mense, florum spica oblonga, clava paulò breuior, tenui flauo polline respersa, enascitur.

A II. TYPHA PALVSTRIS CLAVA GRACILI.



Locvs. Monspeffuli collegimus hanc, quam delineari curauimus: verum & in Anglia, palustri quadam fossa ad Tyburn Sacellum, non procul ab eo loco, in quo ij sepeliuntur, quibus ob maleficia gula laqueo fracta est, primo ab vrbe Londinensi lapide, qua Occidentem spectat, copiosè nascentem vidit Clusius c, qui eam Typhæ mediæ nomine proposuit.

III. TYPHA PALVSTRIS MINOR: radice est repente: folijs striatis, angustis, acuminatis, aliquantum rigidis: caule cubitali, læui, enodi, & rigido: clava parua, angusta, sæpè duplici, quarum inferior minor rotundior, (contrarium Aduersaria obseruarunt,) superior verò maior, duabus vncijs ab inferiore distans & longior, cui folium triticeum aliquantum intortum, subijcitur, supernè aliquando caulis in biuncialem aciem abit.

Locvs. Ex Geneuensi agro, qua Rhodanus & Arar confluunt, habemus, & simplici & duplici clava: licet Aduersaria duplicis, at Tabernæmontanus simplicis clauæ meminerit, hicque in paludibus Comitatus superioris Catzenellebogen, notauit.


x in raris. Aff. 1. Scen. 5. v. 34. 35. ἡλαμειθα ἀπὸ κωνίαν, & θλίω. Nec nascas salcum frondes, Vlvaq; palustrem.

y 6. Fastor. 2 lib. 2. Aeneidos. a lib. 6. Aeneid. & Georg. 1. b edit. Gallica, c in histor. rarior.



## III. TYPHA PALVSTRIS

MINOR.



**NOMEN.** Dicitur Typha minor; Aduersarijs (quibus & Typhula,) Lobelio *d*, Lugdun. Tabernæmont. Typha minima, Clusio. Germanis, Klein Wasserföblin. Belgis, Cleyne Lischdodde. Anglis, Lyttle reede Mase. Gallis, Petite Masse. Italis, Marza sorda minore.

**VIRES.** Galenus, Aegineta ac Aëtius, nullam, quantum constat, fecere mentionem: D ipsorum enim Typha, cerealis est, nec commiscenda cum hac, vt in Calepinofactum. Theophrastus *e*, Typhæ partem teneram radicibus proximam, pueros paruulos potissimum mandere, scribit: quod de gemmis Typhæ nostræ dulcibus dici posset. At Dioscoridi *f* ambustis, Typhæ flos, vetere suo adipe loto, (aut lardo illiquato,) exceptus, (arcendo humorem & inflammationes, seri que vrentis collectiones,) medetur. Hinc facile colligitur, eam, præsertim florem, non euidenter calefacere, neque refrigerare, sed moderatum quoddam temperamentum sortitam esse, modicè abstergere atque exsiccare. Quod Matthiolus refert de Typhæ lanugine (& ex eo Lugdun. & Gerardus) cum Gladioli & Hypoglossi radici-

abus, folijsque Betonice, tenuiss. simul pulverifatis & ouorum luteis affatis excepta, quosdā feliciter ad enterocelas triginta dierum spacio, vti, quotidie ieiunis drachmam exhibendo, ita tamen vt optima ligatura & emplastra glutinantia etiam adhibeantur: id Hypoglosso & glutinatibus emplastris & ligaturis, non autem lanugini, cum hæc suffocationis periculum minetur, tribuendum: sic enim & mures enectos plebei norunt. Folia ad multa opera expetuntur, eò quòd sint **B** longissima, plana & flexibilia, quare ex ijs storeas, tegetes, sternendis hyeme cubiculorum pauimentis aduersus vim frigoris, Belgæ, Itali & Galli conficiunt: quas tegetes Belgæ, Mattas: Lutetiani, Nattes vocant, quibus & parietes muniunt. Sic & fedilia muliebria & puerilia texuntur: vitrea vasa & œnophora, conuestiuntur. Nonnullis in locis è lanosa floccorum densitate, præsertim vbi matura nigrescere, & in aurās abire cœperit, quod Augusto mense fit, suas culcitras **C** & puluinaria implent. Sic & puluilli eadem farcti, renibus, æstuantibusque lumbis subiecti, haud parum commodi adferunt. Quid quæso Plinius *h* aliud voluit? (licet Cornarus *i* eum velit Typham in simplicium censu præterisse,) dum inter aquaticos Calamos, inquit, cætero gracilitas nodis distincta, leui fastigio tenuatur in cacumina crassiore paniculæ coma, neque hac superuacua. Aut enim pro pluma strata cauponarum replet: aut vbi limosiore callo **D** induruit, sicut in Belgis, contusa & interiecta nauium commissuris, ferruminat textus, glutino tenaciore, rimisque explendis fidelior pice. Hæc ille. Hoc norunt Victores nostri, qui doliorum commissuris, præsertim vtriusque operculi, fideliter & tenaciter coniungendis, Typhæ folia adhibent, (quibus & nautæ aliqui vtuntur,) maximè eius quæ in caulem nondum exiit, cum alterius folia plerunq; crassiora & asperiora, quam doliorum commissuræ expetere videantur. Herodotus *k* Indos, qui in palustribus fluminis habitant, vestem φλοινης (id est ex φλω, ipse φλῆν nominat,) ferre scribit, (interpres è tegete vertit,) quam vbi è flumine messuerint inciderintq; plectentes in modum storeæ, tanquam thoracem sibi induant.

*d* in Iconibus.*e* 4. hist. 11.*f* lib. 3. c. 133.*g* Hinc Gallia nonnullis dicitur Ionc à faire listis. *h* lib. 16 cap. 36. *i* lib. 3. in *Diag. emb.* 120. *k* lib. 3.



## S E C T I O Q V A R T A .

TRITICVM, ZEA, HORDEVM, SECALE, AVENA,  
VSTILAGO, ORYZA, MILIVM, PANICVM,  
PHALARIS.

## D E F R U M E N T O I N V N I V E R S V M .

## C A P V T P R I M V M .

**F**RUGVM nomine generaliter A legumina fruges vocari: hæc Latinis, Cerealia semina: & Græcis, vt Galeno *σιτηρά* (à *σιτώ* nutrio) & *δημητρια σπέρματα* appellantur. Cerealia quidem à Cerere, à creando dicta, quæ peculiari epitheto, alma dicitur, quia nos alit: vel vt Cicero e tanquam Geres, à gerendis frugibus: siquidem frugum dea fuerit habita: ratio, quòd antequam illa agriculturæ vsum docuisset, homines nulla lege viuerent: siquidem Plinius f eam frumenta inuenisse, (hinc Varro suæ agriculturæ libri initio statim Cererē inuocat, quasi frugum inuentricem,) cum antea glande vescerentur, testetur. Quod etiam ex Virgilio g elicitur: alma Ceres, vestro si munere tellus Chaoniam pingui glandem mutauit arista. Et in Cereris sacris, messoribus querna corona tribuebatur, quod frugum inuentione glandium victum aboleuerit. Virgilius g Et Cererem clamore vocant interdicta: neque antè Falcem maturis quisquam supponit aristis, Quam Cereri torta redimitus tempora quercu, Det motus in compositos, & carmina dicat. Postea verò Cereris beneficio, frugum vfu monstrato, coeptum est de agrorum finibus, qui antea nulli erant vsui, disceptari: quam primam volunt fuisse legum & Iuris originem; hinc Cererem Tesmophoram (legum latricem,) vocant. Virgilius h Legiferæ Cereri, Phœboque Panique Lyæo. Hinc Cereales ediles duo dicti fuere, qui rei frumentariæ apud Romanos præerant, quorum creatorum C. Iulius Cæsar autor fuit. Frugum genera Theophrastus i Plinius k & Columella l recensuere. Verum de frumentaceis nobis sermo in presens erit. Sunt autem Frumentacea, quæcunq; geniculato culmo & Arun-

a lib. 5.

b 8. histor. 1.

c lib. 13. c. 7.

d lib. 1. aliment. c. 16.

e lib. de natur. Deorum.

f lib. 7. cap. 56.

g 1. Georgic.

h 4. Aeneid.

i 8. hist. 14. 4. caus. 8.

k lib. 13. cap. 7. 8. 10. &amp; 12.

l lib. 2. c. 6. &amp; 9.



dinaceis folijs constant (quo à leguminibus differre frumēta, Theophrastus *m* scripsit,) semenque panificio & pultibus aptum, in spicis, aut iubis producunt, ceu Triticum, Hordeum, Milium, Panicum, & quotquot his similia existunt. Dicitur frumentum (σῖτῶν Theophrasto,) à fruendo, id est vescendo. At Seruius frumenta dici putat, quæcunque ex se aristas emittunt, Varronem *n* secutus, cui in segetibus frumentum, quod culmos extulit.

GENERA Frumenti duo sunt prima *o*, B pro tempore satus diuisa. Hyberna, quæ circa Vergiliarum occasum (seu Nouembrem,) sata, terra per hyemem nutriuntur, vt Triticum, Far, Hordeum: Aestiuæ, quæ ante æstatem Vergiliarum exortu (circa Maium,) feruntur, vt Milium, Panicum, Sesamum, Horminum, Irius, Italiae duntaxat ritu. Verum in Græcia & Asia, omnia Vergiliarum occasu feri, Plinius *k* scribit: quædam autem utroque tempore in Italia: ex his quædam & tertio, Veris scilicet: aliqui enim C Verna appellant, Ottilium, Panicum, Lentem, Cicer, Alicam seu Siliginem. Ast Theophrasto *p* non Frumenti, sed sementis, duo plurimum tempora notantur, sed primum & potissimum quod circa Vergiliarum occasum accipitur, quod & Hesiodus & maxima ferè pars autorum secuta est. Quum cælo emergunt sublimi ab Atlantide natæ Pleiades, truncanda Ceres. Morientibus illis Mitte in aratra boues: quare tempus id per excellentiam Satum (σάτου sementem ἀπονομαστικῶς Græcia vocauit: Sementiua, Plinius,) appellarunt. Secundum quod Vere incipit post brumam. Sed non eisdem datur vtrumque: alia enim maturè feri desiderant: alia ferò, quod hyemem nequeant tolerare: non tamen desunt quæ utroque tempore satis commode, Hyeme scilicet & Vere proueniant. Maturè feruntur, Triticum, Hordeum, quod etiam maturius feritur: item Zea, Typha, Olyra, & si quid aliud Tritico simile: his enim omnibus idem penè E tempus ferendi statuitur. Sera, illorum factio est, quæ in genere discrepant, vt Tritici genus quoddam, & Hordei quod trimestre appellant, quoniam tanto tempore perfici possunt. Quod verò alia maturius feri desiderent, in ipsorum robur ratio referenda, vt quæ hyemem tolerare facile possunt: alia ob debilitatem aliud requirunt, vt clemen-

tia temporis incrementum sumere queant. Tertium tempus additur à Theophrasto, quod æstate fit, quod æstiuis tribuit, quo Milium & Panicum, & Sesamum feratur. Plura qui volet, is Catonem, Varronem, Columellam aliosque consulat. Erumpunt autem sata, alia celerius, alia tardius, Hordeum *q* atque Triticum *r*, die plurimum septimo, citius tamen Hordeum. Hæc communiter fieri intelligere oportet: nonnunquam enim & quibusdam locis etiam intra pauciores dies confici possunt, vt in Aegypto, tertio, quarto die prouenire affirmant: apud alios etiam pluribus opus: nec temere id euenit, cum & tellus & cælum discrepent: tumque maturius feriusue aratum est: etsi ea quæ superueniunt dissimilia sint. Tellus namque rara & leuis & benigno cælo subacta, celeriter ac facile reddit: lenta verò & ponderosa, tarde: & quæ squallet, tardius. Sic si hyems, aut squalores, serenitatesque nimie superuenerint, vel è contra imbres immodici, longè tardius prouenient: pari modo & si solum sit cultum fimoque referatum, vel si nihil eiusmodi actum sit: nam & ad maturè, feruè ferendum quoduis, loca differunt. Qua de causa nonnulli Græciae incolæ, maturè omnia ferere solent, propter sui tractus algorem, vt Phocenses, ne scilicet hyems herbas paruulas occupet. At feminibus his peculiare quid inest: non enim ab eadem parte radices in terram agere & germen videntur: sed radices quidem ab ea parte qua cor est, quod inferius sedet: germen autem, ab altera & exteriori, quod nullis alijs contingit: in reliquis enim seminibus, eadem particula principium est, tum radicis, tum germinis. At neque in frumentis huiusmodi particulæ verè distant, sed intra s corticem feminis corde latente, radix quidem inferius, germè autem superius emergens, ita vt alterum caput grani & quidem crassior pars in radicem, tenuior in herbam exeat, cortice in parte opposita diirupto: non enim semen biualue est, vt in leguminibus & cæteris plerisque, bina folia in ortu ostendentibus: nam in ijs tota nouella plantula, tanquam foetus è feminis cortice, vnica parte erumpit: in frumentis autem continetur intra corticem feminis corpulentia, vnde primum alimentum habetur, & tam diu nuper natæ plantule hæret, donec tota eius substantia in radices & germina abie-



rit. Quod aliquando & biualuis contingit, cum præ feminis crassitie & corticis duritiæ, binæ illæ feminis partes, in folia non erumpunt, sed statim proprium foliorum genus ostendunt: sic frumentorum genus vniuersum se habet: radicem non vnicam in altum demittit, sed statim plures fibras sine ramis spargunt: vel, vt Plinius, multis radican- tur fibris, sine ramis: ideoq; furculos non mittunt, caules ferunt simplices, geniculatos, & magna ex parte concauos, sine cortice, sed folij pediculus, circumquaque vestiens, corticis vicem gerit: caules hos culmos vocant & calamos: folia in longitudinem producta & indiuisa & neruosa, quorum quædam in tertio geniculo spicâ concipere incipiunt, quædam in quarto, sed etiamnum occultâ, & genicula sunt u Tritico quaternâ, Farri sena, hordeo octona: sed non ante geniculorum numerum spicæ conceptus est, que vt spem sui fecit, quatuor aut quinque diebus tardissimè Theophrasto u & Plinio t notantibus, florere incipiunt, flosculos edunt lanugineos, subflauos, vel pallentes, è folliculis erumpentes: totidem aut paulo u pluribus deflorescunt: posteaquam deflorere, cum plurimum infra dies quadraginta crassantur: at Varroni, fruges ex quo florere cœperint, quater nouenis diebus absoluuntur, & mense nono metuntur: semina aridis folliculis inclusa sunt, qui plerunq; in aristas, siue tenues & asperas festucas desinunt: eorum alia folliculis multipartitis includuntur, à quibus facile liberantur, vt Triticum, Far, Secale: alia vno eoque continuo folliculo inclusa permanent, vt Spelta, Hordeum, Avena. Et quæ hyberni u generis sunt, hyeme in herba sunt, verno tempore in stipulam fastigiantur, seu spicantur: & hæc spicis magis continent semina aristis munita: at Milium & u Panicum in culmum geniculatum & concauum: Sesama verò in ferulaceum. Denique frumenta non solum hominum, sed & iumentorum cibus maxime proprius, cuius gratia singulis annis feruntur: seminibus multa vis alendi inest: nec herba ipsa inutilis, cum illam tum viridem tum siccam, omne pecudum & iumentorum genus depascatur.

\* \* \* \* \*

DE TRITICO ET SILIGINE.

C A P V T II.

ETSI TRITICVM generaliter omne frumentum, quod ex spicis tritum ac trituratione repurgatum est, significet, vt ex Varrone colligere est, quo significato nonnunquam Iurisconsultus a vtitur, posteriores tamen peculiari frumenti speciei Tritici nomen tribuunt, quod cum apud Græcos omnes, tum barbarorum plurimos, semen hoc, Galeno monente, sit πολυχρησιμότατον καὶ πολυχρηστότατον & frequentissimum & utilissimum, ob quâ causam Naturæ benigna maiestas summam fertilitatem tribuit: quare imitati Dioscoridem & Galenum b, primo loco de Tritico agemus, quod πύρος Græcis: hoc verò Etymologico quasi πυρός pro πυρός, ἀπὸ τῆς πυρίνης, pro qua Etymologia facit, quod Herodianus scribit, à Syracusijs τὰς πυράς dictos fuisse πυράς, ἀπὸ τῆς πυρίνης. Quibusdam c πυρός dicitur ab acutie, aut à similitudine, quam cum nonnullorum fructuum gramis, vel gygartis, quæ πύριμα dicuntur, habet. Dicitur etiam σῖτος, quasi cibus: quæ vox vniuersis cerealibus conuenit.

GENERA Tritici duo Dioscorides d proposuit, alterum recens perfecte maturum, colore luteo: alterum τριμηνιαῖον trimestre, quod ab aliquibus & σιλάνιον appellatur. At Theophrastus e Triticum & vrbantum & syluestre dicit, sed temporis spacio cultum, mitigatumque & loci mutatione mutatum. Urbani plura genera apud Theophrastum f notantur, cognomina ex locis sortita, vt Africum, Ponticum, Thracium, Assyrium, Aegyptium & Siculum, quæ & colore & magnitudine, & specie & proprietate inter sese differunt. Quædam etiam aliunde quâ à terris cognomina pro suis viribus sortiuntur, tum alijs, tum vel maxime quæ ad cibum pertinent, vt quæ vocantur ei πυρός καρχηδίας ἐλεγγύς, ἀλεξάνδρεια. Nec absurdum fuerit, si & hinc differentiæ sumantur, quod aliud præcox, aliud serum: & aliud auctu amplum, multumque reddens, aliud quod parum augetur, parumque referens: & aliud spicam grandiozem effundens, aliud parvam: & aliud diu in folliculo manens, aliud aptum breui absolui, vt

c Plin. lib. 18. cap. 7. u 2. hist. 2. 4. caus. 8. a digest. de verbor. obligationibus. b 1. de alimen. c Porta lib. 11. c. 15. d lib. 2. cap. 107. e 2. caus. 21. f lib. 4. c. 6. f 2. hist. 4. Africum:



Africum: & aliud culmo tenui constans, vt A Lybicum: aliud crasso, vt Africum & Can-  
 chrydias dictū. Item quod aliud tunicis pau-  
 cis, aliud multis vestiatur, (ob nimia frigora  
 illius plagæ, Plinius,) vt Thracium. Item  
 aliud vnicalamum sit, aliud multicalamum,  
 & hoc quod plures paucioresque calamos e-  
 dat. In quibusdam est & trimestrium & bi-  
 mestrium genus, & si quod aliud pauciori-  
 bus diebus perficitur: quemadmodum ge-  
 nus quoddam esse aiunt in Eubœa, (circa  
 Thracium sinum, Plinius,) quod quadra- B  
 ginta diebus à satu augetur & perficitur, i-  
 demque & firmum esse & ponderosum, nec  
 trimestris modo, leue: furfuris non mul-  
 tum habere, (mirum nulli frumento plus  
 esse ponderis & furfuribus carere, Plinius,)  
 quamobrem famulis præberi: celerrimè ma-  
 turum, sed inuentū rarum. Sic quædam bi-  
 mestria ex Sicilia in Achaiam aduecta, quæ  
 parum fructificant, parumque fœcunda, sed  
 in cibo facilia & iucunda. Nascuntur & alia  
 bimestrium genera in Eubœa, præcipuè a C  
 pud Caristhum. Trimestria multa & ubique  
 habentur: leuia hæc & parum fœcunda, &  
 in ex ortu vnicalama, atque in totum infir-  
 ma. Leuissimum igitur Triticum Ponti-  
 cum (Gallicum g, atque è Chersoneso ad-  
 uectum, quippe non excedunt in modium  
 h vicenas libras, si quis granum ipsum pon-  
 deret: adiicit Sardium selibras: Alexandri-  
 num & trientes, hoc & Siculi pondus: Bœo-  
 ticum totam libram addit: Africum & do-  
 drantes,) grauissimum Siculum: hoc gra- D  
 uius Bœoticum. Leue satis quod in agro  
 Laconico conficitur. Causa & regionibus &  
 aëri adscribenda: nam & in Asia, trans Ba-  
 ctra, adeò grande frumentum fieri tradunt,  
 vt grana singula nuclei oliuæ magnitudine  
 sint. In Pissotis adeò firmum, vt si quis plus  
 comederit, disrumpatur necesse sit, & Macedo-  
 num ita plerosque interiisse aiunt. Et hæc  
 summam ex Theophrasto: ex quo Plinius  
 g hæc habet. Tritici genera plura, quæ fe-  
 cere gentes. Italico nullum equidem com- E  
 parauerim, candore & pondere, quo maxi-  
 mè decernitur: montanis modo compare-  
 tur Italiæ agris externum, in quo principa-  
 tum tenuit Bœotia, deinde Sicilia, mox Afri-  
 ca. Tertium pondus erat Thracio, Syrio-  
 que: deinde Aegyptio, athletarum cum de-  
 creto, quorum capacitas iumentis similis,  
 quem diximus ordinem fecerat. Græcia  
 Ponticum laudauit, quod in Italiam non  
 peruenit. Ex omni eodem genere graui præ-  
 tulit dracontiam, strangiam & selenusiam,  
 argumento crassissimi calami. Hæc fuere sen-  
 tentiæ Alexandro Magno regnante, quum  
 clarissima fuit Græcia, atque in toto terra-  
 rum orbe potentissima: ita tamen vt ante  
 mortem eius, annis ferè CXLV. Sophocles  
 Poëta i, frumentum Italicum ante cuncta  
 laudauerit, ad verbum translata sententia,  
 Et fortunatam Italiam frumento canescere  
 candido. Quæ laus peculiaris hodieque Ita-  
 lico est, quo magis admiror posteros Græ-  
 corum huius frumenti nullam mentionem  
 fecisse. Plinius Italicum, omnibus externis  
 antepōnit. Reges Persarum, ex Asso Troa-  
 dis triticum in panem sibi quærebant. Co-  
 lumella k minus scrupulose Tritici genera  
 tradidisse videtur: quippe ex pluribus quæ  
 cognouerat, tria tantum ferenda esse docuit.  
 Prima inquit & utilissima hominibus fru-  
 menta sunt, Triticum & Semen adorem.  
 Tritici genera complura sunt, (& tempore in  
 his primo differentiam facit:) verum ex his  
 maximè ferendum est quod Robus dicitur,  
 quoniam & pondere & nitore præstat: fe-  
 cunda conditio est habenda, Siliginis, cuius  
 species in pane præcipua pondere deficitur:  
 tertium erit trimestre, cuius vsus agricolis  
 gratissimus. Reliquæ Tritici species, nisi, si  
 quos multiplex varietas frugum & inanis  
 gloria delectat, superuacua sunt. Postero-  
 res, Tritici duo summa etiam genera fecere:  
 vnum candidum, alterum rufum: rursum  
 vtriusque duæ species, vna cuius species ar-  
 stis caret, & Spica mutica Varroni l dicitur,  
 altera aristas habet: & huius aliquot sunt  
 differentiæ. Quod autem Spica aliquando  
 aristas habeat, aliquando careat, quidam  
 frugis proprietati, quidam agri conditioni  
 tribuunt: ita vt candidum, in pingui & ster-  
 corato agro aristis careat: in macro & non  
 stercoreato, aristis horreat. Addunt & cœli  
 statum, quo seges adolescit, humidior ar-  
 stis carere, sicciore aristis muniri. Sunt qui  
 & ventis adscribant: si vehementiores flent,  
 aristas decuti, sin leuiores spirent, aristas spi-  
 carum collisu non frangi. Sunt denique qui  
 segetis densitatem, raritatemque ad id facere  
 velint, densiore segete spicas muticas, raro-  
 re vero cum aristis prodire. Sic etiam aliud  
 hybernium aliud æstiuum. Grana item,  
 non solum colore candido & subrufo variat,

g Plin. lib. 18. c. 7.

h Vide Budæum, in libro de Assæ, qui hunc Plin. locum diligentissimè explanauit.

i in fabula Tripolemo.

k lib. 2.

cap. 6.

l lib. 1. de re rustica. 48.



sed etiam quatenus alia rotundiora, alia oblongiora: grandiora quoque & minora, crassiora & tenuiora.

TRITICI forma est, quod radicibus multis & tenuibus est, & ex quolibet grano, gramen vnicum Secale tenerius virescens exsurgit, quod postea instar Graminis, super terram multiplicatur: quod sensim adolescens, circa Aprilem virescens, culmos Secale crassiores, rotundos, concauos, ex vna stirpe sæpe plures erigit, quaternis, aliquando ternis geniculis distinctos, qui primum, vaginis foliorum, circa geniculos iam quasi pubescentes, includuntur, ex quibus cum emerferint, frugem in spica fundunt, quæ apud Germanos circa festum S. Iohannis floret, eiusdem formæ cum reliquis frumenti generibus, (Auenâ excepta,) flosculis à spica instar fibrarum tenuissimarum dependentibus: quibus tot grana succedunt quot flosculi dependent: quæ si mutilata non est, vt Varro *n* loquitur, vt in Hordeo & Tritico, tria habet, granum, glumam, aristam. Spica autem quam rustici, vt acceperunt antiquitus Specam vocant, à spe nominata videtur, eam enim quod sperant ferre, ferunt. Granum dictum, quod est intimum solidum à gerendo, id enim feritur, vt spica frumentum, non glumam; aut aristam gerat: vt Vitis feritur, non vt pampinum, sed vnam ferat. Gluma folliculus est grani, quod à glubendo dictum arbitrantur, quod eo folliculo deglubitur granum. Arista, quæ, vt acus tenuis longa, eminent è gluma, sic dicta quod arefcit prima: vnde vt grani theca est gluma, sic apex arista. Illud autem quod in summa Spica iam matura, minus est quam granum, Frit vocatur: quod in infima spica ad culmum stramenti summum, item minus quam granum est, Vrunus appellatur. Plinius *o* ex Theophrasto excepit: Tritico genicula quaterna: folium arundinaceum: grana in stipula crinito textu spicantur: tunice frumento plures: culmus altior, quam Hordeo. At qui cupit cognoscere quale solum Tritico conueniat, & quo tempore ferendum sit, quomodo item metendum & collectum conseruandum sit, is Theophrastum, Varronem, Cassianum, Columellam, Plinium, & Portam consulat. Nunc nostris cognitæ differentias persequamur.

A I. TRITICVM HYBERNVN  
ARISTIS CARENS.



I. TRITICVM HYBERNVN ARISTIS CARENS: ex radicibus multis, tenuibus, culmi plures geniculati assurgunt: quorum tertio aut quarto articulo, spica aristis carens infidet, nonnunquam breuibus cincta, circa festum S. Iohannis florens: vbi defloruit, (nisi humida p tenellaque afflatu vehementer fuerit vexata, tum enim facile perit,) grana subrotunda succedunt, per quorum longitudinem rimula discurret, quæ alijs candida, alijs subrufa: alia rotundiora, alia oblongiora: grandiora quoque vel minora, crassiora vel tenuiora, lutea, sexaginta aut septuaginta, interdum pauciora, sæpe frequentiora, & ex ordine posita, glumis seu folliculis inclusa, ex quibus facile excidunt, & facile in area instar Secalis exteruntur, nec decorticatione, vt Zea, opus habent.

Locvs. Prouenit in omnibus ferè Orbis culti regionibus, solum lætum & pingue amans: pro terræ enim bonitate & diligenti cultura, mirè luxuriat. Quare Plinius *q* Tritico nihil fertilius esse scribit, quod ei natura tribuat, quoniam eo maxime hominem alat: vtpote, cum è modio, si & aptum solum, quale in Byzacio Africæ campo, centeni quinquageni modij reddan-

m Theoph. 1. hist. 19.

n lib. 1. de re rustica 48.

o lib. 18. cap. 7.

p Porta lib. 11. Villa cap. 2.

P Theophr. 4. caus. 14.

q lib. 18. cap. 10.



tur. Misit ex eo loco Diuo Augusto, procurator eius, ex vno grano (vix credibile dictu,) quadringenta paucis minus germina: misit & Neroni similiter CCCLX. stipulas ex vno grano. (Ob hanc Africae fertilitatem Imperatores Romani, qui ei prouinciæ præfuerunt, aut in ea res gesserunt, Africam signabant, capite obuoluto pelle elephanti capiti detracta cum promuscide, adiecta spica & subdito aratro cum cultro.) Cum centesimo quidem & Leontini Siciliae campi fundunt, alijque & tota Bœotia, & in primis B Aegyptus. Hoc forte Triticum est centigrantum Plinij. Et Tragus s refert, ex vno grano Tritici, triginta aut quadraginta quandoque spicatos culmos exiuisse. Matthiolus verò, in agro Senensi, maritimis locis, plantam vnã visã vigintiquatuor spicis: sæpe etiam modium vnum centum afferre, refert. Locis etenim maritimis, tractu amœniore & calidiore copiosius, licet fragilius prouenit. In Indiæ Orientalis prouincijs & regnis, copiose prouenit, vt in C Guinea t & Insula S. Laurentij: sic in Ly-ma u America, solum frumenti copia ita foecundum, vt vna Tritici spica, duplo plus Hispanicis spicis fundat: fruges etenim quotannis bis colligunt: ita nimirum, si agros viginti milliarium spacio in penitiore terra seminant, eodem tempore in parte altera maritima, frumenti messem faciunt. Vicissim si in Ly-ma agri conseminentur, tum in penitiore terra messis fit, ita vt frugibus ea regio summe abundet, ac panis in precio vilissimo sit. Colitur quoque in Lemno x insula, & in planitie circa Libanum y. Nec profecto aliud vult Saluator z noster parabola de semente, quæ in bonam terram cecidit, & alia centuplum, alia sexagecuplum, alia trigecuplum fructum fecit. At magis apricum & siccum, quam riguum amat: in sicco, vt Columella a, melius coalescit: in humido verò ac vliginoso degenerat: (Vnde Virgilius b præclare hæc de seminibus, Vidi lecta diu, & multo spectata labore De- E generare tamen, ni vis humana quotannis Maxima quæque manu legeret, sic omnia fatis In peius ruere, ac retro sublapsa referri.) & post tertiam sationem in Siliginem: quæ tamen rursus in Robum, seu præstantius Triticum biennio transit; si in conueniens solum trãslata, grauissima eius grana, etiam

A Plinio monente, serantur. Quod autumnò feritur, cæteris præfertur, etiam à Columella. Nobis Septembri, vel Octobri mense, Hybernum feritur: Trimestre, Martio. Floret Maio & Iunio: Iulio vel Augusto demittitur: nouem etenim mensibus in nostris agris, vt omnes agricolæ norunt, moratur. Trimestre, nostro in orbe non tertio, sed quinto demum mense legitur. Verum citius & serius, pro varia regionum temperie maturatur. Hinc Varro, quindecim diebus frumētum in vagina esse scribit, quindecim florere, quindecim arefcere. Post florem, inquit Theophrastus c crassescit, maturaturq; intra quadragesimum diem: cum tardissimè octauo à sattu mense plurima parte metitur: at in Aegypto septimo à satione mense Triticum metitur: hinc forte septimestre dici posset.

NOMEN. Dicitur πυρός Græcis: πρύνη Homero d (qua voce & cereales fruges & quoslibet fructus significari aliqui volunt,) οὐδὲ πρύνη οἰσας, οὐτ' ἀρ' φυτὰ μύρια φύσας. Neque triticum feres, neq; alias plantas produces. Latinis Triticum, Frumentum: Arabibus, vt Serapioni, Henta, Henca: Auicennæ, Hantha: Gloslographo Auicennæ, Mest: & Gloslographo Haliabbatis, Zemarum. Ipsius farinam, Dachich & Albamed nominant. Triticum, Brunfelfo, Dodonæo, Gesnero e Cordo f (cui & Triticum semestre,) Tabernæmont. Tritici primum genus, Trago, Fuchfio, Lonicero: Triticum spica mutica, Lugdun. Gerardo: Triticum aristis carens, Cæsalpino: Siligo spica mutica, Aduersarijs & Lobelio. Germanis, Weissen. Belgis, Teruue, Koren. Anglis, Vveete, Vvbite, Vvheate. Gallis, Blé, Froument. Italis, Grano, Formentone, Solina. Hispanis, Trigo. Bohemis, Pssenice. Polonis, Zbofe, Zutho. Vngaris, Buza.

GENERA huius tria sunt: PRIMVM quod durum solidumque est, & tam extrinsecus quàm intrinsecus in partes diuisum, rutilo est colore, quod πυρός, quasi πύρος, veteribus & Columellæ Robus (quibusdam Triticum robum,) dicitur, à colore, quem rubeum & robeum veteres appellauerunt: quod pondere (quo maximè omnis frumenti præstantia discernitur,) & nitore præstat. Hoc Dioscoridis & Galeni censemus. Hoc & aristatum & muticum habetur. Hoc ge-

r Vrsinus 38. p. 2. c. 12.

s lib. 2. cap. 20.

t 2. part. Oriens. 4. & 5.

z Matthæi 13. Marc. 4. Luc. 8.

a lib. 2. cap. 9. de hortis.

u 9. part. Occident. additam.

b 1. Georgic.

c 8. hist. 3.

f in Dioscorid.

x Bellon. lib. 1. c. 25.

d hymno in Apollinem.

y Rauvvolff.

c lib.



nus, vt Porta *g* refert, Apulia & Campania, *brondella* vocat, quòd ad flauum colorem inclinet, estque primæ dotis inter cætera præstantissimum: granum non ita tumidum, sed solidum, graue, flauum vel rubellum, siccum, mansue minimè mucidum & nitidum. Apuli præterea suis generibus vernaculis, à folliculorum & aristarum colore nomina imposuerunt: primum genus albo folliculo & nigra arista est: secundum, nigro folliculo, & alba arista: tertium, folliculo & arista albis: quartum nigris. Apulo *B* Tritico Varro *h* multum contulit. Sed in hoc ratione loci mutatio deprehenditur, nam in humido, nebuloso, tenuique solo, quale est in montibus Segusiorum, Robus nascitur deterior, subater, in panificio minus gratus, adeò vt panem ex Secali ibidem genito, pani ex eo Tritico parato, multi anteponant. Idem in Allobrogibus euenit, cum Robi præstantissimum genus, quod *Toufelle* vocant in agris montanis serunt, herbarij Lugdunensis autore referente.

II. TRITICVM SILIGINEVM altera species est: vt reliquum Triticum surgit, sed non tam multiplici stipula, nec culmo tam crasso, & spicam sine arista fundit: in spica granum mollius, læuius, extrinsecus nitidum, alibi rubellum, medulla laxiore & candida, farinam omnium candidissimam & leuem facit, cuius modius quindecim ferè libris minus pendet, quam reliquum Triticum. Nam *i* Plinio teste, siligineæ farinæ modius Gallicæ, viginti duas panis libras reddebat: Italicæ duabus tribusue amplius, in artoptitio pane: nam furnaceis binas libras in quocunq; genere adiiciunt.

Locvs. Loco aperto ab vmbra, vbi Sol quam diutissimè lucet, Cato *k* feri iubet: at Columelle *l* densa, cretosa & vliginosa humus, Siliginem non incommodè alit, & locis manantibus magis apta est, nec tamen ea longe nobis, aut magna difficultate requirenda est: nam omne Triticum solo vliginoso, post tertiam sationem in Siliginem *E* conuertitur. At Plinio *m*, Siligo in humidis tractibus præuenit, quales Italiae sunt & Gallia comatae, sed & trans Alpes in Allobrogum tantum, Aruernorumque agro pertinax: in cæteris ibi partibus, biennio in Triticum transit: remedium, vt grauissima quæq; eius grana serantur: præcellit in Italia,

A si Campana Pisis nota misceatur: illa etenim rufior, Pisana autem candidior, ponderosior verò cretacea. Fuisse autem in laudibus Campanam idem tradit, quam castratam vocabant: fuit item alia gregalis sine castratura, quin & Clusiana & Aretina. Addit, Siliginem in loco aperto editoque, qui Sole diutissimè torreatur, serito. Sed Plinius sibi contrarius est, qui modo loco aprico & edito Siliginem feri præcipit ex Catone, cum prius, ex Columella dixerit, vliginoso, & humidis tractibus ferendam esse. Causa hæc fortè, quod alia sit Tritici species Siligo Catonis & alia Columellæ. Matthiolus priscorum negligentiam accusat, quòd non solum in Italia, vbi summa diligentia circa gulæ cupedias homines fatigentur, sed & in Europa, tam excellentis frumenti speciem & propagationem neglexerint. Sed immerito, Porta *n* monente, cum circa Neapolim in tota Campania & locis finitimis, ad præstantissimi cibi vsum diligentissimè colatur: *C* & in Venusinis, vliginosis & depressis aruis, vbi reses aqua, satam vidit: vbi incolæ adduci non possunt, vt credant Siliginem Tritici vitium ex loci vligine, vel ex siccitate in Triticum verti, cum per se proprium genus prædicent. At quomodo feri debeat, Columella *o* docuit, cum qui volet consulat. Autor est Plinius *p* Siliginem nunquam pariter maturescere, nec vllam segetem minus dilationem pati, propter teneritatem, ijs, quæ maturuere, protinus granum dimittentibus: sed minus quam cætera frumenta in stipula periclitari, quoniam semper spicam rectam habeat: nec rorem, qui rubiginem faciat, continere: eandemq; sine arista esse, excepta ea, quæ Laconica dicitur.

NOMEN. Triticum candidum, Græcorum & Galeno *σιλιγυις* & *αβυγυις* Hippocrati: at eius *q* interpreti Tragus, siue Olyra: hæc fortè causa cur Hermolaus Barbarus *r* Ruellius *s*, Budæus *t*, & Calepinus voluerint, Siliginem Latinorum & Olyram Græcorum idem esse, haud dubie Theophrasti interpretem Gazam imitati, qui semper pro Olyra Siliginem vertit, quod & Dioscoridis interpretum aliqui fecere. At falli eos ex Plinio *u* colligitur, qui Olyram Græcorum & Arincam Gallorum idem fecit, à quibus Siliginem semper separauit. Etenim vbi frugum medicinas tradit, à Siliginis re-

*g* lib. 11. sua villa cap. 15.

*h* lib. 1. cap. 1.

*i* lib. 18. cap. 9.

*k* cap. 24. vide de Varronem lib. 1. cap. 9. & 33.

*l* lib. 2. cap. 9.

*m* lib. 18. cap. 8.

*n* lib. 11. sua villa cap. 15.

*o* lib. 2. cap. 9.

*p* lib. 18. cap. 8.

*q* 2. de ratione vrbium.

*r* Corollar. 101.

*s* lib. 2. c. 21.

*t* lib. 5. de affe.

*u* lib. 22. c. 25.



medijs auspiciatus est, eiusque grana com-  
busta & trita in vino oculis illita, epiphoras  
sedare. Et eodem capite, paulo post, ait:  
Olyram Arincam diximus vocari: hac de-  
cocta fit medicamentum quod Aegyptij A-  
tharam vocant, &c. quod tamen Dioscori-  
des ex Zea fieri dixit. Arincam x autem  
Galliarum propriam, scripsit, vocari: (&  
alibi y) ex eaque fieri dulcissimum panem,  
& spissiore quam far, & maiorem spica &  
ponderosiore: cuius grani modius raro  
non sedecim libras implet: exteritur in Gre-  
cia difficulter: ob id iumentis dari, ab Ho-  
mero z dictum: hanc enim esse quam Oly-  
ram vocitet. Columella a, qui Tritici spe-  
cies precipuas tres tantum se cognouisse tra-  
dit, Siliginem inter has secundam condi-  
tionem habere voluit: cuius species in pane  
praecipua, pondere deficitur: idemq; Tri-  
tici vitium esse affirmat: quae etsi candore  
praestet, pondere tamen vinci, quare eam  
non longe, aut magna difficultate requiren-  
dam esse. At Plinius (cui, vt & Varroni, Si-  
ligo quoq; dicitur,) Siliginem proprie Tri-  
tici delicias dici, tradidit, & candorem esse  
sine virtute, & sine pondere. Hic dissidium  
quoddam inter Plinium & Columellam vo-  
lunt, quando ille delicias Tritici, hic vero  
vitium Tritici Siliginem dixerit: ille sine  
virtute & sine pondere candorem tantum  
esse: hic secundas conditiones inter praeci-  
pua Tritica tribuit, pondere tamen vinci. Ex  
quibus aliqui b colligunt, parum hodie  
constare quid Siligo sit. Nam falsissimum, D  
quod quidam Grammatici volunt, esse, sci-  
licet semen illud quod a Plinio Secale voca-  
tur. Idem censent, tum ex dictis Plinij tum  
Celsi elici posse; Siliginem non semper, ab  
autoribus, dici granu delicatissimi Tritici,  
sed interdum medullam Siliginei grani, id  
est farinam puriorem a furfure secretam:  
quod ex Plinio c probare conantur, vbi ta-  
men Plinium de frumento Siligine dicto lo-  
qui censemus. At Celsi d verba haec sunt:  
ex Tritico firmissima fit Siligo, deinde Si-  
mila, deinde cui nihil ademtum est, quod  
αὐτόπυρον Graeci vocant. Arabibus Alehec,  
Selec, Selch, Seletb. Tritici genus candidif-  
simum, Caesalpino. Neapolitani, Grano ca-  
cosello e, quod muticam spicam ferat, vo-  
cant; nam carusum vulgo caput glabrum,  
& capillis vacuum nominant: alijs Italiae lo-

Acis, Caluisium, a grani caluicie, quod aristis  
vacet, nuncupatur. Hispanis, Trigo Candial:  
Sequanis, in quorum agris frequentissima,  
Ble blanc, id est, frumentum candidum di-  
citur: apud Allobroges, Blanchee, ob cando-  
rem: vel quasi Brancee: Sic enim Plinius f  
Galliae quoque suum genus Farris dedere,  
quod illic Brance vocant, apud nos Sanda-  
lum nitidissimi grani. Sandalum quoque  
inter Italos praesertim Hetruscos, veteris ap-  
pellationis vestigia retinet, Scandella. Apud  
Aretinos, incolae Galbigium vocant, Caesal-  
pino autore.

III. TRITICVM AESTIVVM: tertium Tri-  
tici genus facimus: nam & Columella g,  
Siliginis speciem & Tritici tertium genus  
fecit: cuius vsus agricolis gratissimus sit:  
nam quoties niues altiores, aut aquae afflu-  
xiones, maturam sationem prohibuerint,  
certissimum esse agricolis famis leuamen, in  
frigidioribus regionibus, & toto tractu al-  
pino. Hoc a Tritico & Siligine, non solo  
sationis tempore differt, siquidem vnico sit  
culmo, spica longiore, crassiore, & longio-  
ribus aristis ad Hordei similitudinem, gra-  
no quinetiam magis rotundo: & hoc vere  
feritur, & aestiuis mensibus ad maturitatem  
peruenit: vnde Trimestre quibusdam dicitur.  
Columella g nullum natura trimestre  
genus esse putat, vt multi crediderint, quip-  
pe quod idem autumnis fatum melius re-  
spondeat. At Plinius h posteaquam de bi-  
mestri, de quo & Theophrastus i egisset,  
Columellam falli dixit, qui ne trimestre qui-  
dem proprium genus esse existimauit, quum  
sit antiquissimum. Sane Columellae lapsus  
mirari subit, cum apud Theophrastum, ex  
quo permulta de frugibus transcripsit, tri-  
mestrium antiquitatem legere potuerit. Ve-  
rum trimestre Triticum nouimus, bimestre  
non nouimus: at in insulis quibusdam In-  
diae, iacta semina bimestri, trimestriq; spa-  
tio exire, aut etiam praecocius, quidam asse-  
runt. Veram esse Columellae sententiam  
E Porta k asserit: agricolae enim, si quando  
autumnus male cessit, hanc sationem pro  
subsidio commentos esse, ac optime proue-  
nire. Et apud Samnitas, quia Triticum hye-  
mis rigores & imbres nequaquam perferre  
possit, sationem in vernum tempus differri:  
non quod existiment, si alibi, vbi coelum in-  
dulgens sit, seratur, non prouenire, vel quod

x lib. 18. cap. 8. y lib. 18. c. 10. z Iliad. 5. a lib. 2. cap. 6. & 9. b Bruyer. de re cib. lib. 1. c. 4. c lib. 18. c. 9. d lib. 2.  
cap. 18. e (vel potius carusello) Porta lib. 11. villa cap. 18. f lib. 18. cap. 7. g lib. 2. cap. 9. h lib. 18. cap. 7. i 3. lib. 4.  
k lib. 11. villa, cap. 19.



proprium genus sit, sed solum quod omiffa A  
 tempeftiua autumnii fementis occasione, vel  
 per imbres, vel niues, aliaue incommoda,  
 huius ferotina fatiōe vtantur, quod felicius  
 longè proueniret, fi eodem tempore, quo re-  
 liqua genera humo mandarentur, etfi quæ  
 verno tempore ferunt, alibi autumnio feran-  
 tur, vberius proueniant. A nobis, inquit,  
 commune Triticum vere fatum tulit, sed  
 minima radice, imbecillo trunco & fpica:  
 sed nos ante brumam ferimus, vt firmiter  
 radicetur, & plures culmos ferat: nam fem- B  
 per & vbiuis gentium fatum prouenit, dum-  
 modo nimio calore vel frigore non intereat.  
 Sed diuerfum genus est Theophrasto: in-  
 quit enim l sua illorum fatiō est, quæ gene-  
 re discrepant, vt Tritici genus quoddam,  
 quod Trimestre appellant, quoniam per  
 tantum temporis perfici possit. Idem qua-  
 rit, cur non omnia congenera pari tempore  
 perficiantur, sed Triticum aliud Bimestre,  
 aliud Trimestre sit, & si quid aliud sit, quod  
 festinantius perfici possit. Sed Tritici Tri- C  
 mestris descriptionem ex Theophrasto l  
 subijciemus: Trimestre Triticum leue est  
 & parum fœcundum, vnicalamum atque in  
 totum infirmum, paucis radicibus, paucisq;  
 culmis consistit, quare continuo sursum ni-  
 titur, atque celeriter consummatur: nam  
 quod minus est facilius perfici potest. Hinc  
 etiam alterum large frutificat, alterum par-  
 ce, alterum facile, alterum graue, cum plus  
 alimenti & turbulentius trahat. Excursus  
 quoq; præproperè agitur, cum in conden- D  
 dis radicibus haud multum temporis con-  
 sumat. Si vere obseratur, velocius nascetur,  
 & in culmos pauciores spargetur, & spicam  
 paruam & parum fertilem geret. Si maturè  
 feratur, frigus tolerare non poterit, imbecil-  
 litatis suæ causa. Sic enim cætera minus ra-  
 dices agunt, sed sursum protinus tendunt,  
 atque ita celerius se perficiunt, quod in o-  
 mnibus ferè vitam breuem agentibus con-  
 stat. Huius genera aliquot recenset, vt su-  
 pra dictum fuit. Triticum Trimestre solo E  
 tenui melius fieri Theophrastus m tradit:  
 alimentum enim modicum subministrari  
 potest, hoc est leue leui. At Cato n, trime-  
 strem fementem quo in loco maturam face-  
 re non poteris, & qui locus restibilis crassi-  
 tudine fieri poterit, feri oportet. Plinius  
 montosis partibus dixit: attamen sæpius

crassa ac pingui terra fatum fœliciffime pro-  
 uenisse obseruatum fuit. Columella o, sed  
 & est, ait, altera fatiō cum cogit necessitas,  
 trimestrem vocant agricolæ. Ea locis præ-  
 gelidis ac niuosis, vbi æstas est humida & si-  
 ne vaporibus, rectè committitur: cæteris  
 raro admodum respondet: quam tamen i-  
 psam, celeriter & vtique ante æquinoctium  
 vernum, conuenit peragere. Si verò loco-  
 rum & cœli conditio patietur, quanto matu-  
 rius seuerimus, tanto commodius proue-  
 niet: & Plinius, totis Alpibus hoc notum  
 & hyemalibus prouincijs nullum hoc fru-  
 mento lætius. Porta, verò ita inquit tri-  
 mestre Triticum, non frigida & niuosa que-  
 rit, nam eius nuda forma tale non admittit:  
 sed frigidis locis, vbi Triticum autumnio fe-  
 ri non potest, vere, gelicidijs iam exactis  
 ferunt: nam Trimestre Triticum inuen-  
 tum, ob nimia frigora, niuib; terras deti-  
 nentibus. Id quoque Theophrastus con-  
 firmat: Trimestre si maturè feratur, frigus  
 tolerare non poterit, suæ imbecillitatis cau-  
 sa. Quare & Columella o Theophrastum  
 fecutus, si Trimestria bruma ferantur, fri-  
 goris incommoda non ferunt, his enim pro-  
 pter imbecillitatem vernum tempus debe-  
 tur: quare huius fatiōnem Februario non  
 esse alienam dicit, quamuis tepidis regioni-  
 bus melius per mensem Ianuarium admini-  
 stretur: & Plinio p, Februario Trimestria  
 ferantur. Sed genus Trimestre Theophra-  
 sti, vel Italiae (ait Porta q) incognitum, vel  
 Triticum pluribus annis vere fatum quod-  
 dam genus constituit, vt vberius vere fatum  
 iisdem in locis proferat, alibi verò fatum in  
 vernaculum degenerabit. Nam, vt Theo-  
 phrastus ait, continuatio vnus rei, mutat  
 naturam eius, vt genus diuerfum videri pos-  
 sit: vnde non specie, sed imbecilliore qua-  
 dam constitutione, hoc Trimestre Triti-  
 cum à vernaculo differt. Apud Gallos vbi-  
 que vulgatiffimum & notiffimum.

NOMEN. Græcis τριμηνον πικρὸς siue Tri-  
 mestre Triticum: τριμηνναϊον Dioscoridi &  
 Theophrasto (vnde Trimenon Plinio r)  
 quod tertio à fatu mense, in Græcia meta-  
 tur. Dioscorides s & Galenus nominant  
 quoque σιτάριον, à σῖτῳ, quod frumentum  
 significat: siue σιτάριον, vt Hippocrates t  
 & Orus u scribunt, quod, vt Galenus x  
 exponit; τῷ ὄν τῆ ἐνέσηκῶτ, ἔτης (σῆτης Do-  
 res dicunt)

l 1. histor. 4.  
cap. 19.

m 3. caus. 26.

n de re rustica.

o lib. 11. cap. 2.

p lib. 18. cap. 24.

q lib. 11. sue villa

r in glossis Hippocratis.

s lib. 18. cap. 7.

t lib. 2. cap. 107.

u lib. de articulis.

x apud Etymologicum.

y in glossis Hippocratis.



res dicunt) τῆς ἑσῆς, τῶ κατὰ τὸ ἔαρ ἐσπαρμένῳ, hoc est, Triticum huius presentis anni nempe vere satum: σῆτες enim hoc anno significat, quasi τῶ ἔαρ τῆς, teste Galeno γ, & Etymologico. Et licet Setaneum cum Trimestri Tritico reuera idem sit, attamen Hesyechius σητανίς πύρις, exponit καθαρὸς Tritica pura: itidemque Suidas σητανεῖον ἄριστον denominari dicit, παρὰ τὸ σηθῶ, τὸ κοσκινίζω, vt sit panis ex farina succreta. Setanum Atticè, quasi purum, vt Phocioni placet. Latinis Trimestre: Triticum trimestre, Portè: B Triticum aliud quod Vernellam vocant, Cæsalpino. Germanis, Sommer Weizen. Belgis, Sommerteruue. Anglis, Sommer vubete. Gallis, vt Parisiensibus, Blé de Mars, id est frumentum Martium: quod videlicet Martio mense satum, terno hinc mense plane maturescat atque metatur. Lugdunensium montanæ gentes & Allobroges Trimesia quasi Trimestria vocant, quod latissime & copiosissimè prouenit, agricolis & rusticis omnibus vtilissimum. Italis, Fariola C & Marzolo, siue grano marzolino, à sationis tempore. Hispanis, Trigo tremesino. Et hæc nostra opinione sunt tria genera Tritici Columellæ, Robus ponderosioris ac nitidioris grani: Siligo hyberna, siue Sementiua: & Siligo trimestris. Alia mox subiiciemus Tritici genera.

QUALITAS. Triticum foris impositum Galeno z primi est ordinis exalfaciētium, non tamen manifeste nec resiccat, nec humectat: habet etiam quiddam lentoris, obstructuentisque naturæ. Plinius siccare ostendit. Quare recentiores mediocriter calefacere & resiccare statuunt. E generibus autem Tritici, id quod recens & perfecte adustum est, colorem luteum refert, hoc ad secundæ valetudinis vsum optimū esse Dioscorides a dixit. Sic Galeno b inter Tritica plurimum alimenti habent, quæ densa sunt totamque substantiam adeo compactam habent, vt densibus vix diuidi queant: talia enim exigua mole, corpus plurimum nutriunt. Quæ vero dentibus facile franguntur, fractaque rara ac laxa apparent, magna mole exiguum alimentum reddunt. Quod si vtrorumque parem numerum ac modum pendere libuerit, quæ densa sunt multo grauiora esse comperies: hæc autem sunt colore etiam laxius flauiora. Explorare autem

A horum naturam non simpliciter oportet, superficiem externam duntaxat contemplando, sed diuidendo quoque & frangendo: multa enim quæ extrinsecus flaua ac densa videmus, postea pista fractaque, rara, laxa, albaque intus spectantur. Et Plinius c testatur, apud veteres ponderosissimo cuique Tritico præcipuam salubritatem perhibitam esse. Galeni pater d Triticum aliaque femina cerealia, legumina, foetusque arbores, aqua macerabat, atque etiam præcoquebat, vt scilicet probitatis, improbitatisue indubitatum experimentum haberet. Ea etenim quæ ocysus & amplius intumescunt, optima & electissima iudicauit: quæ autem tardius & parum attolluntur in tumorem, improba deterioraque. Præterea copia farinae naturam Tritici explorabat: etenim præstantius plus quidem, deterius minus farinae reddere affirmavit. Verum Triticorum, cæterorumque frumentorum, pondera, exacte scribere ponderosum foret: quippe in hoc varia discrimina contingunt, ob terrarum diuersitatem & naturam, ipsorum agrorum situm & soli genera. Quinetiam alimentorum varietate differentia fiunt: aeris enim duritia, nutrimentiue largitate grauitas prouenit, quod in Bœotico Tritico fieri Theophrastus e tradidit, quoniam & præpingue solum & cælum frigidius. Cæterum in totum dixisse oportet, Triticum quod in locis placide spiratis (vt cæteræ quoque fruges,) gracilibusque D enascitur, facilimum erit: quod vero pluuijs & gelidis, difficilimum, quia alimentum largius validiusque habeat, vt supra ex Plinio f ostensum. Alij Triticum commendarunt à calami crassitudine, à tenuitate vero improbarunt. Porro inter dotes Tritici iure refertur, si Lolio careat, aut melampyro, aut huiusmodi alijs seminum quisquilijs ac pestibus, quæ suauitati, atque salubritati panis haud parum detrahunt: quod etiam ab Vstilagine fit, quam Lugdunenses rustici in montanis sua lingua g Chambuclum, quasi ambustum appellant, quod alij in flore alij vero grano inchoato fieri volunt: ita, vt quis non male, abortiuam spicam & granum dixerit: etenim amplitudine inchoata, atrum cassum & inane manet: quod si digitis testatur, quasi semiputridum apparebit, odo-

y comm. 2. in lib. Hipp. de articulis sect. 41.

d 1. de alim. facili.

z lib. 8. simpl. c 8. hist. 4.

a lib. 2. cap. 107. f lib. 18. c. 7.

b 1. de alim. fac. c. 2. g Bruyer. de re cib. lib. 1.

c lib. 18. cap. 11.



ris graucolentis tetriq̄ue, & Tritici abortus est.

Vsvs. Inter omnia cerealia, tanquam præstantissimum, Triticum commendatur, non solum propter insignem nutriēdi vim, sed quod etiam aduersus multos morbos, & intrinsecus, & extrinsecus vtiliter vsurpetur: attamen Triticum primo propositum præferendum. Veteres qui Siliginem Tritici genus fecerunt, cæteris generibus candore ac leuitate (Hippocrati Tritico leuior,) præstare, scriptum reliquere, ex cuius farina optimus panis conficiatur. Quare Iuuenalis *h* carmine satyrico morem Romanorum diuitum taxans, qui alium sibi & deliciauiorem quam conuiuis panem apponi iubebant, panis siliginei meminit, vt laudatissimi & primarij. Sic enim venuste & eleganter Romanos, luxum & nitorem in pane quærentes, exagitat, Ecce alius quanto porrexit murmure panem, Vix fractum solidæ iam muccida frustra farina: Quæ geminum agerent non admittentia morsum. Sed tener & niueus, molliq̄; Siligine factus Seruatur domino. Sed hac de re inter Panes. Verum & Amylum ex ea fieri Plinius asserit. Triticum vero nigrum, vel spica cærulea, omnibus postponi debet. Sic *g* Trimestre Triticum leue est, quasi minus terræ in seminibus sit, propter temporis breuitatem: quæ enim terræ non multum attrahunt, sed leuiori pabulo vegetantur, vsus quoque cibarium leuiorem faciunt: hoc enim, vt Dioscorides monet, cibum leuiorem & reddi faciliorem præbet. Huius panificium raro in mensas procerum venit, sed rusticis tantum eius vsus & frequens & gratus est. Triticum vt alimentum Galenus *i* fusè explicauit, vbi de pane triticeo egit: sic & de placentis ex farina triticea confectis, quas Græci *πίμαλα* vocant. Apud Germanos non solum præstantissimus panis, de quo infra, è Tritico pinsitur, & ex pane triticeo & farina infantibus gratissimi cibi, cum lacte, aut sine eo parantur: sed nunc passim in culinæ eius vsus est: siquidem cum lacte coctum, non solum optime nutrit, verum etiam in canina appetentia & veneris defectu commendatur. Febri ardente laborantibus, cibus fit ex hoc in aqua macerato, & in iusculo gallinæ cocto, seminibus frigidis maioribus, conquassatis & expressis, ad-

A ditis. In Hæmoptoicis, farinam è Setanio Tritico, in modum glutinis decoctam delingendam Dioscorides *k* exhibet. In Phthisi, in lacte, præsertim asinino, oleo amygdalarum dulcium recentissimo, & Saccharo decocta exhibeatur, & in Pleuritide cum lacte amygdalato & saccharo penidio dulcorata. Tussi à frigore causatæ, si cum recenti butyro, vino albo veteri & saccharo coquatur, proderit. In faucium & pectoris affectibus, renum & vesicæ exulceratione, fluxionibus B alui, præsertim in Dysenteria, pulles ex farina & lacte vel iusculis, cum butyro confectæ, vtilis sunt. Lac nutricibus auget Triticum contusum cum lacte caprino & oleo amygdalarum dulcium, coctum & comestum: vt & eius farina, cum lacte & pinguedine anseris recentis. Idem præstabit, si leuiter contusum, cum sufficienti quantitate succi Betæ recentis & pinguedine anseris, coctum exhibeas. In fluore vterino grana integra circiter sedecim, aliquot diebus mane deglutita, aliqui commendant. Alij spicas immaturas & Tritici & Secales quoque, dum semina quasi lactea sunt, demetunt, colligunt, leuiter in furno torrent, (alij in Sole exsiccant,) postea spicas manibus terunt, quoad grana glumis excidant, quæ demum expurgata, in iure pingui carniū decoquunt & Petroselini vel Anethi herbam teneram, minutim concisam addunt: quo cibo etiam Nephritici & Gonorrhœa laborantes, vti possunt. Alij grana extrita D siccant, & ad vsus culinarios seruant. Ad ossium fractorum consolidationem, pulticula ex Tritico commendantur. Sane si aliter edatur, siue crudum siue elixum, succum insigniter crassum ac lentum generabit. Crudi Tritici esu, aluus inflatur, nec facile conficitur, & si qui ex voluptate dulcedineque plus comederint, disrumpuntur. Dioscorides & Serapio scribunt, crudum Triticum in cibo sumtum, teretes lumbricos gignere. Galenus *l* rusticos Asiæ plerosque Tritico elixato vsos testatur: quod tamen, concoctu difficile & crassi succi constanter, affirmat: vtpote qui in seipso huius rei aliquando periculum fecerit: quare cibis abdicandum præcipit. Olim *g* ex Tritico Ptisana celebrata, ad eadem ad quæ hordeacea commoda, sed valentioris materiæ, & maioris alimenti, & ad ciendas vri-

*h* satyr. 5.

*i* 1. de alim. facult. cap. 2. & 3.

*k* lib. 2. cap. 107.

*l* 1. aliment. facult. cap. 6.



nas efficacior. Sic ab Occidentis *g* populis A  
in potum resoluitur. Tragum ex Tritici se-  
mine fieri in Campania & Aegypto Plinius  
*m* scribit. Granae Triticeae confectiohem  
docet Cato *mm*, sic vocans ptisanam triticeam,  
pultemue ex ea paratam: selibram Tritici  
puri, in mortarium purum indat, lauet  
bene, corticemque deterat bene, eluatque  
bene, postea in aulam indat, & aquam pu-  
ram, coquatque: vbi coctum erit, lac addat  
paulatim vsque adeo, donec cremor crassus  
erit factus. Galenus *n*, apud omnes Triti- B  
cum in moletrinis antequam molatur riga-  
ri, testatur: elui vero, non apud omnes, sed  
plerisque tantum in Asiae vrbibus, idque eum  
in finem, vt farina purgatior euadat, si ri-  
gatio enim praecipue, fieri vt cum fufu-  
raceum omne excrementum grandiuscu-  
lum remaneat, simul cum farina excuti ne-  
queat. Molae etenim discrimen, hac in re,  
non parum momenti habere, ij putant, qui  
rerum naturae prudentes sunt. EXTRINSE-  
CVS. Ad visum debilem & obscurum & ma-  
culas delendas, Collyrium tale fit: Tritici  
contusi manipulus vnus cupreo vasculo im-  
ponitur, vinum album optimum affundit-  
tur, relicta simul per aliquot dies, dein per  
lintheum colantur: cuius guttae duae oculo  
indantur. Maculas etiam delet, succus ex  
Tritico, inter duos asseres compresso, ef-  
fluens, inunctus. Epiphoras sedant Siligi-  
nis grana combusta, in vino amineo trita,  
& oculis illita, Plinio *o*. Oculorum apo-  
stemata maturat, Triticum aestiuum masti- D  
catum & oculis impositum. Faciei rugas  
tollit farina, si mane cum aqua fabarum ca-  
lida abluatur: vel farina cum lacte & oleo in  
modum linimenti misceatur. Lentigines *p*  
ex aceto mulso tollit. Ad lichenes recentes  
in mento, siue alia faciei parte, Crispi ex Tri-  
tico medicamentum, Galenus *q* his verbis  
refert: Tritici grana multa in incudem im-  
ponito, deinde laminam aeris igne calefa-  
ctam Tritico superponito, & resolutum ab  
eo liquorem, calidum adhuc auferto, ac su- E  
per lichenas linito: hoc solo multos cura-  
tos scimus. Mammaram duritiem emollit,  
farina cum oleo mixta & in formam cata-  
plasmatis imposita: vel simul in aqua cocta,  
& oleo addito. Mammis dependentibus, fa-  
rina in aceto decocta imposita, eas constringit.  
Intestinorum inflationes, farina cum

Hyoscyami succo imposita, tollit. Ad al-  
uum irritandam, ex farinae partibus duabus  
& vna salis, cum albumine oui pasta confi-  
citur, in formam suppositorij reducitur, o-  
leo vel butyro inungitur, & ano inditur.  
Vteri doloribus, & eius commotioni, Tri-  
ticum conuassatum sacculo inditum, in  
aqua & vino parum decoctum & expres-  
sum, calidum, vmbilico impositum, mede-  
tur. Podagram curat: nam sextus Pompo-  
nius, Plinio *r* autore, cum horreis suis ven-  
tilandis praesideret, correptus dolore poda-  
grae, misit in Triticum sese super genua,  
leuatusque siccatis pedibus mirabilem in mo-  
dum, hoc postea remedio vsus est. Ad cu-  
ius exemplum quidam recentiorum iubet,  
hydropicum in arcam Tritico plenam sepe-  
liri, capite excepto: hocque medio curari.  
Pomponium non sine successu imitantur,  
qui Tritici farinam, cum fufuribus, in ace-  
to decoquunt, & in formam cataplasmat-  
is dolori podagrico applicant. Sic si Tri-  
ticum solum conuassatum, in vase ad ignem  
talescat, ei que pedes imponantur, podagrici  
dolores leniuntur & attuum humiditates  
exsiccantur. At praestantius, ad dolorem  
mitigandum, sequens cataplasma, si farinae  
Triticeae, a fufuribus non purgatae, vnciae  
quindecim, in aqua decoquantur, dein olei  
rosati, chamamelini, & cerae liquatae sin-  
gulorum vnciae sex, & tantundem amyli  
puluerisati, diligenter admisceantur, & ita  
applicetur. Ad omnes quorumcunque ar-  
tuum dolores mitigandos, valet cataplas-  
ma, ex farinae Triticeae & hordeaceae, flo-  
rum chamemeli & rosarum singulorum vn-  
cijs duabus, in aqua decoctis, dein olei cha-  
mamelini & rosacei singulorum vncia vna  
additis, ac in modum cataplasmat-  
is, calide parti impositum. Inflammationem *s*  
omnem discutit Tritici pollen, ex aqua mul-  
sa aut hydrelaeo decoctus. Apostemata he-  
patis, lienis, aliarumque partium, farina cum  
oleo mixta, vel cum aqua prius decocta, im-  
posita maturat. Inter pus gignentia enim  
referuntur farina Tritici (scilicet Similago,  
quae est flos farinae Fallopio *t*;) furfures  
Triticeae, micae seu mollities panis ex Tri-  
tico. Ad *u* vlcerum sinus, pedum & ma-  
nuum rimas, quas frigus excitauerit & ad-  
cutim asperam laeuigandam valet oleum,  
quod ex Tritici granis inter ferri laminas

*m* lib. 18. cap. 7. *mm* cap. 86. *n* com. 2. in Hipp. de articul. 43.  
*o* lib. 22. c. 25. *p* Dioscorid.

*q* lib. 22. c. 25.  
*r* lib. de humorib. c. 21.

*s* Diosc. & Plin.  
*t* Maspholus.

*u* s. compos. secundum locum.



calefactas exprimitur. Sic Plinio, Tritici A  
 grana ferro combusta, ijs quæ frigus vsserit,  
 præsentaneo sunt remedio. Contra panari-  
 tium digitorum, ex farinæ partibus duabus,  
 vitri Veneti tenuissimè puluerisati parte v-  
 na, cum lacte muliebri cataplasma, valet.  
 Neruorum x contractionibus, ex aceto co-  
 cta prodest. Commorsis y à cane rabioso,  
 Triticum crudum commanducatum & im-  
 positum auxiliatur. Contra venenatorum  
 ictus è Setanio Tritico farina ex aceto aut  
 vino (rubro Plinius) commode imponi, B  
 Dioscorides asserit. FERMENTVM: farina-  
 ceum fermentum (ex farina Tritici) cale-  
 faciendi extrahendiq; & maturandi vi præ-  
 ditum: priuatim callos in plantis pedum ex-  
 tenuat, & tum alia tubercula, tum etiam  
 furunculos, ex sale, maturat atque aperit,  
 Dioscoride autore. FURFURES: contra fur-  
 fures remedio erit, si loco lixiuij vtaris aqua,  
 in qua calidissima per diem & noctem fur-  
 fures steterint: maximè si ea quotidie caput  
 humectes & exsiccari permittas. Colli & C  
 faucium asperitatem & dolorem, tollit gar-  
 garisma ex decocto furfurum in aqua, si  
 illud colatum sæpe calidum vsurpetur: qua-  
 re Plinio, furfures, cum rosa, fico sicca &  
 myxis decocti, tonsillis, faucibusque, gar-  
 garizatione profunt. Contra strumas & du-  
 ricies colli, tumores glandularum sub axil-  
 lis, in inguinibus, valet, si furfures, cum  
 sulphure & terebinthina, in modum cata-  
 plasmatis, imponantur. Contra omnem z  
 inflammationem incipientem, (tumentium D  
 præsertim locorum & mammaram,) fur-  
 fures in aceto decocti, vtile cataplasma.  
 Pleuriticis, si furfures sacco inditi, in a-  
 qua decocti, omni humore expresso, calide  
 applicentur, punctiones mitigant, modo  
 saccus refrigeratus, in eadem aqua cale-  
 factus & expressus, sæpius applicetur. Ven-  
 triculi dolores mitigant, in vino decocti &  
 in sacco impositi. Mammæ turgentes,  
 (tumores mammaram post partum,) cocti  
 cum rutæ decocto, compescunt Dioscoridi: E  
 sed a vetus codex nō habet *μασςς απαρωνιας*  
 mammæ turgentes, vt omnes vulgares co-  
 dices, sed *χονδριωνιας*, id est instar cartilagi-  
 nis induratas. Ad tenesimum efficax reme-  
 dium, si æger frequenter calido sacco in-  
 sideat, cui furfures cum malua in aceto cocti  
 inditi sint, humore tamen, ante vsu, ex-

presso. Vesicæ, ad dolorem à calculo miti-  
 gandum, cum parietaria decoquitur, sac-  
 culo inditur, & maiore humiditate expres-  
 sa, pectini imponitur. Torminosi b & à  
 vipera commorsis cocti cum rutæ decocto  
 conueniunt. Luxatis membris c neruisq;  
 si ex aceto decoquantur, vtilissimum fomen-  
 tum præbent: ad quas affectiones nostri  
 Chirurghi agrimoniam adhibent. Quod si  
 manus frequenter cum ijs & aqua calida ab-  
 luantur, molles & albæ redduntur. Lepras  
 (serpigines, papulas, Plinius,) remouent  
 furfures, in acri aceto decocti, & calentes  
 adhibiti: Dioscorides. STRAMEN: capil-  
 lum flauum reddit, si lixiuio in quo Tritici  
 stramen decoctum fuerit, caput in sole pe-  
 ctatur & abluatur. PALEA: ad oculi tabem,  
 Tritici palea seu folliculi, in aqua decoquan-  
 tur & in eius decocto colato cælypum ma-  
 defacito, calidum oculo imposito, sæpius-  
 que foueto. Ramicum incommodis, eam,  
 vel etiam hordei, calidam imponi experti  
 iubent, quaque decoctæ sunt aqua foueri,  
 Plinius. Membra à frigore læsa, si earum  
 decocto lauentur, reficiuntur: sed si vlce-  
 rentur, tum Tritici grana in pala ferrea ad  
 nigredinem vsque torreantur, dein tenuissi-  
 me puluerisata, vlceribus ad mundificatio-  
 nem & curationem inspergantur.

## DE TRITICO RVFO, SEMINE

OBLONGO ET ARISTIS LONGI-  
 GIORIBVS.

### CAPVT III.

IV. TRITICVM RVFVM GRANO MAXIMO:  
 spicam fert muticam, granum maximum  
 & amplissimum, sed ad conficiendum pa-  
 nem minus vtile, ex quo decorticato cum  
 lacte puls fit, in cibo rusticis gratissima, qua-  
 re adeas delicias colunt. Haud procul Lug-  
 duno in pagis, monti alto, siue aureo, propin-  
 quis colitur, & ab incolis *Blé rume*, & *Gros*  
*blé* vocatur, vt historia Lugdunensis monet.  
 Sunt qui FAR siue ADOREVM esse credant,  
 ex cuius pulte Romanos diu victitasse Pli-  
 nius a literis sic prodidit: Ex omni genere  
 durissimum Far, & contra hyemes firmis-  
 simum: patitur frigidissimos locos & mi-  
 nus subactos, vel æstuosos sitientesque. Pri-  
 mus antiquis Latio cibus, magno argumen-

x Plinius.

y Dioscorid. &amp; Serap.

z Dioscorid.

a Lacina.

b Dioscorid.

c Trag.

a lib. 13. cap. 8.



to in Adoreæ donis: pulte *b* autem non pane vixisse longo tempore Romanos manifestum, quoniam inde & pulmentaria hodieque dicuntur. Pultiphagos ideo Romanos, Plautus *c* vocat. Non enim hæc pultiphagus opifex opera fecit barbarus. Fiebat autem puls ex æquis partibus farinae frumenti & fabarum, aut hordei: vel ex farina & aqua, additis interdum ovis, melle, vel caseo, quæ de re consule Alexandrum ab Alexandris *d* Cato *e* quoque conficiendi rationem docuit. At Aëtius *f* *πόλιον* (vetustioribus Græcis *κρέμνον*), pultum appellari ait, sorbitionem omnem, ex cerealibus granis in succum resolutis, confectam: quare Plinio *g* videtur puls tam ignota Græciæ fuisse, quam Italiae polenta. Sed hic monendum, Far duplex esse, aliud factitium, aliud naturale: factitium, quod ut Varroni placet, à faciendo vel frangendo dicebatur, quod in pistrino fieret, id est, præpararetur & contunderetur: siquidem apud veteres vsitatum, frumentum in pila missum frangere, cum apud ipsos molarum vsus non fuerit: quare apud Columellam *h* legitur, Far triticeum, pro Tritico: far Hordeaceum, pro Hordeo. Sed nomine Farris naturalis, certum quoddam genus frumenti intelligitur, quod à ferendo dictum, quod à terra proferatur: & quod primum ab edendo Edor, dein literæ primæ immutatione Ador, appellatum fuit, Festo autore, quod Far adorem dicebatur. (Licet aliqui velint Far generale nomen fuisse, ad omnia frumenti genera.) Sed & vocem Adorei veteres omnibus fructibus, omni proventui ex agris, tribuere: quare Sulpitius *i* plebei rura largiuntur Adoream. Plautus *k*. Qui præda atque agro, adoreoq; affecit populares suos. Nonius, Adorem dictum putat ab eo, quod cibi ora, id est principium far sit: alij sunt, Festo monente, qui ab adurendo dictum putant, quod torreri solet, antequam ex eo, mola salsa, in vsum sacrorum, conficeretur. Videtur & Plinius *l* Far, pro farris farina, siue pulte, siue grano decorticato sumpsisse, cum ex Verrij sententia scribit, populum Romanum Farris tantum è frumento CCC. annis vsus esse. Farris naturalis genera quatuor Columella *m* recensuit, Adorei (scribit,) plerumque videmus in vsu genera quatuor: Far, quod appellatur Clusinum, cadoris nitidi: Far, quod

vocatur Vennuculum rutilum, atque alterum Candidum, sed vtrumque maioris ponderis quam Clusinum. Semen Trimestre, quod dicitur Halicastrum, idque pondere & bonitate est præcipuum: quin & inter prima & vtilissima hominibus frumenta, triticum & semen adorem ponit. Io. Baptista Porta *n* vult antiquitus Far *ζεα* appellatum, & quidem Dionysij Halicarnassei testimonio, dicentis: vocabant prisca sacras nuptias, *Φάρρακια*, quia coniuges *Φάρρε* vescebantur, quod nos Græci Zeam dicimus: & Asclepiades apud Galenum *o*, ac Plinius *p* proponi Zeæ scribit, quia qui non habent Far, Zea vtuntur. Idem Porta, addit, Neapolitanis vulgo *Farro*, aliquibus Speltam dici, & speltæ similem videri, sed herbam crassiorē, spicam maiorem, rigidiorē & noxiō aristarum vallo cingi, ægrè è suis glumis educi, quibus nisi euoluatur, & vsui, & panificio, incommodum fieri. Semen adorem Cato *q* in creta & vligine & rubrica & agro qui aquosus sit, serit, quod ex Cato-  
ne Plinius *r* etiam refert: & Varro *s* loco humidiorē. Virgilius *t* Farris serenam hyemem, humidam æstatem optat: Humida solstitia, atque hyemes optate serenas Agricola, hyberno lætissima puluere farris. Rectè autem Columella *u*, Adorei genera propterea agricolis custodienda sunt, quod raro quisquam ager ita situs est, ut vno semine contenti esse possimus, interueniente parte aliqua vel vliginosa, vel arida. At Numma instituit Far torrere, quoniam tostum cibo salubrius esset, Plinio *x* monente.

V. TRITICVM RVFVM HEXASTICHVM: hoc spica est rigidissima & firmissima, sex ordinibus distincta, cum in alijs quatuor tantum reperiantur.

Locvs. Circa pagum Erium in Allobrogibus habetur, vbi *Ble rignet*, id est frumentum rigidum dicitur: alij *Froument à six quarres*, id est sexangulum vocant: & Tritici rufi genus alterum, in historia Lugdunensi nominatur.

VI. TRITICVM MULTIPlici SPICA: Tritici rufi genus est, cuius spica aristis circumuallata in alias finditur, & spicas minores adnatas, veluti ramos spargit, ita ut spica, alias spicas è lateribus fundat, & quidem modo paucioribus, modo pluribus occur-

*b* vide Valer. Max. lib. 2. cap. de instit. antiquis. *c* in Mosell. & prologo Pannuli. *d* lib. 3. c. 11. *e* cap. 85. *f* tet. 1. ferm. 1. *g* lib. 18. cap. 8. *h* lib. 8. c. 5. *i* apud Varronem. *k* in Amphitr. *l* lib. 18. cap. 9. *m* lib. 2. cap. 6. *n* lib. 11. cap. 22. villa. *o* lib. 9. comp. med. secundum loca. *p* lib. 18. cap. 8. *q* cap. 34. *r* lib. 18. c. 17. *s* lib. 1. c. 9. *t* lib. 1. Georgic. *u* lib. 2. cap. 6. *x* lib. 18. c. 2.



VI. TRITICVM MULTIPlici A NOMEN. A rusticis *Long gran*, id est  
SPICA.



Triticum longum, L. Ant. cly. 24

rit, ita vt Matthiolus viginti quatuor spicas obseruarit: in quibus grana grandiora sunt.

NOMEN. Hoc Triticum est ramosum, Plinio y: Tritici, inquit, fertilissima genera ramosum, aut quod centigranum vocant. Tritici quinta species Anguillaræ: Triticum multiplici spica, Lobelio z, Gerardo: Triticum spica ramosa, Cæsalpino, Portæ: Triticum tiphinum multiplici spica, Tabernæmontano. Germanis, *Weyhen mit doppel ähren*. Belgis, *Ghebaerde ter vve met dobbel aren*. Anglis, *Double eared Vvheate*. Gallis, *Ble qui truche*. Lugdunensibus enim *trucher* in ramos diuidi significat. Italis, vt habet Anguillara, *Gran del grasso*, id est, triticum racemosum: vel vt Porta, vulgo *Grano à racemi* vocant, vt spica spicata sit & maximè foecundum, quod Neapolitani, quibus familiare est, vt cætera genera serunt, & colunt.

VII. TRITICVM OBLONGO SEMINE: hoc Tritici genus grano est longo, exili, subatro, multis glumis vestito, quod deterrimum & strigosissimum est.

Locvs. Circa Matisconum in humidissimis Sebusianorum tractibus prouenit.

Longum granum vocatur, qui fame, vel egestate compulsi, panem ex eo conficiunt: alij suibus & gallinis edendum obijciunt. Videtur ad *βριζαν*, Brizam Thraciam Galeni a accedere, etsi & Zea monococcos, Brizæ huic correspondeat. Huic congener Frumentum quod in Gallia vulgus *Scourgeon* appellat: fermen est triste, macrum Hordeo simile, cuius granum folliculo haud ita facile deglubitur, nec vllis aristis vallatum est. B Vere non feritur, sed cum alijs frumentaceis ipso autumnno, frigora enim & coeli inclementiam non fert.

NOMEN. Scourgeon tanquam succursum, vel subsidium gentium Ruellio b & Bruyerio c, quia id vbi annona arctior premit, agricolis auxilio venit, famisque rabiem intollerabilem depellit. Forte Triticum optimum in hoc degenerauit, quare malum Triticum appellari posse censent: nam & Lolium ex Tritico, & Triticum ex C Lolio fieri. Alij volunt id agreste Triticum dici.

IX. TRITICVM LONGIORIBVS

ARISTIS SPICA COERVLEA.



IX. TRITICVM LONGIORIBVS ARISTIS SPICA COERVLEA: Spica est eleganti & magna,



& cùm maturuit, aristis densis, longis, horret, cœrulei aliquando coloris, secus quàm in alijs frugum generibus, quarum spicæ flauescunt: grana sunt magna, dura, atropurpureo colore nitentia, cuius coloris & farina.

Locvs. Apud Gallobelgas frequens est: in Sebusianis frequentissimum, in montosis, aridis & ventosis locis, quod nebulas, pruinas, gelu, aliasque cœli iniurias absque noxa tolerat, ventisque agitatum firmissimè granum retinet. Hoc cùm ea Farris ac Frumenti barbati, siue Bladi apud Ruellium *d* specie conuenit, quod agricolæ Frumentum rubrum appellant: partim etiam *Locar*, quasi loculare, quod pluribus tunicis, perinde quasi oculis inuolutum condatur: partim item Pullare, à pulligine, quia ex rubro in pullum colorem degeneret.

NOMEN. Triticum Loca vocatum alterum, & Triticum liuidum Gallobelgarum, Lobelio *e*. Triticum nigrum peregrinum, Tabernæmont. Triticum lucidum, Gerardo: *Tragus frumenti genus spica cœrulea, Lugdunensi. Germanis, Brauner Weizen. Belgis, Syverte oft bruyn blinckende ghebarde Tervve. Anglis, Brightvveate. Gallobelgis, Blé luyfier. Gallis, Blé turquet.*

VIREs. Haud multum alimenti præbet: & ex ipsius farina panis ater, crassus & concoctu difficilis, rusticisque & operarijs utilis conficitur.

IX. TRITICVM LONGIORIBVS ARISTIS SPICATA ALBA: priori simile, grano excepto, quod pulchrius est album, ex quo farina alba & delicata fit.

NOMEN. Ad Zeas quidam referunt: Farris Gallici siue barbati genus fortè Ruellio *f*, cuius granum candidius, quam Locularis quod Clusinum putatur. Robus siue Triticum, Insulans Gallobelgis, Loca vocatum, Lobelio *g*: Triticum typhinum quartum Tabernæmont. Triticum typhinum; Gerardo. Germanis, *Welscher Weizen, vund gebarter Weizen. Belgis, Ghebaerde tervve. Anglis, Flut Vvheate. Gallobelgis, Blé Loca.* Historiam Tritici concludamus, historia à Cicerone *h* proposita, vbi refert: Midæ Phrygio, cùm puer esset, dormienti, formicas in os Tritici grana congesisse, quare di-

AIX. TRITICVM LONGIORIBVS

ARISTIS SPICA ALBA.



tissimum fore, quod etiam euenit, prædictum fuit.

DE PANE ET GENERIBVS PANIS.

CAPVT IV.

HOMINES antiquitus ante frugum inuentionem, glandibus vsos esse Plinius *a* refert, quarum esum Arcadas *b*; Pelasgus rex docuit, vnde βαλανηφαγοι Arcades dicti, in oraculo Pythiæ Lacedæmonijs dato, πολλοὶ ἐν Ἀρκαδίᾳ βαλανηφαγοὶ αὐδρες ἕσασιν ὅτι σὲ δποκωλύσασαι, ἐγὼ δέπει ἐπὶ μεγάριον. At Cereis beneficio frumenta inuenta tradunt, eò quòd molere & panem conficere in Attica, Italia & Sicilia docuerit, quo nihil hominum vitæ vtilius præstari potuisset: & ob id Dea iudicata, & Simalidis *c* nomine apud Syracusios culta. Quare antiquitus in eius sacris placentæ, sesama, papauerum capita, & id genus alia, mysticis cistis inclusa, contrectabantur, & offerebantur, nulla animalium cæde: Sacris ijs qui initiabantur, hac formula religionem profi-

*d* lib. 2. cap. 17.

*e* in Iconibus.

*f* lib. 2. c. 17.

*g* in Iconibus.

*h* lib. de diuinatione.

*a* lib. 7. c. 56. & lib. 16. in proemio.

*b* Rhodigin. lib. 16. c. 3. Pausanias in Arcadiis.

*c* Hermol. & Ruall.



teri solebant: ἐπίστυρα, ἔπον τὸν κυκεῶνα, ἔλαβον ἐκ κίσης, ἐργασάμενοι ἀπεθέμεν εἰς κάλαθον, καὶ ἐκ καλάθου εἰς κίσην: quod fuit occulti & arcani eius mysterij symbolum, vt Hadrianus Iunius ex Arnobio & Eusebio *d* refert. Verum Pausanias *e* refert, Myletam Lelegis filium, in Alesia vico, molam primum reperisse, & eius vsum in molendis frugibus docuisse: indeq; dictum vicum eum Alesiam, quasi pistrinum, aut pistorium. Sic Rhodigino *f* referente, Arcas panis vsum monstravit. Verum relictis hisce Ethnicorum fabulis, elegantes tamen Allegorias sub se continentibus, cum autor & frugum & panis nobis cognitus satis sit DEVS OPT. MAX. modo satis a nobis prædicetur & collaudetur, Panis definitione proposita, ad eius & nomen & differentias accedamus. Etsi autem annonæ difficultate aliquando ex leguminibus, vt Faba, Piso, Oryza, panes conficiantur, vt etiamnum quandoque apud Bituriges Fabæ in panificia venire dicantur: attamen nobis de pane qui ex frumentaceis conficitur, nunc sermo erit. Panis cibus est ex frumentaceis molitis, aqua maceratis, pisitis & coctis apparatus. Dicitur Panis, vt Varro putat, a Pano: Messapij redundantiæ & saturitatem, πανίαν Athenæo *g* teste appellant, vnde Panis *h* nomen defluxisse volunt: at Nonio a pascendo: siue ab eo quod Græci πᾶν, omnè dicunt, quod omnibus pulmentis adhiberi possit & ferè adhibeatur, cum nullum obsonium insipidius faciat. Vel si maus, quod omnes homines maximè Panem, & expetant, & eo vescantur. Græcis ἄρτιον, ab αἶρω, significante προσφέρω, inquit Etymologicus, quasi ὁ καθ' ἐκάστην τῶν σωματικῶν προσφερόμενον: cui Etymo Eustachius quoque assentitur. Additur & alia ratio ab Etymologico, videlicet ἀρτὸν αἶρον καὶ κρῆζειν τὴν δύναμιν. Dicitur Lycophroni ναρός, quo nomine & Aristophanes *i* vsus: dicebatur enim sic panis quidam, vel placenta, è melle, vis passis, alijsque condimentis densior & constipatior. Panis differentiarum plures sunt, quibus pro materiæ diuersitate & cocturæ modo, sua nomina antiquitas dedit. A materia frugum, vt Triticeus, Similagineus, Olyrinus, Tiphinus, Secalinus, Zeaceus, Hordeaceus, Auenaceus, Miliaceus, Paniceus, &c. & quidem qui vel ex omnibus farinæ partibus, citra vllam

A detractationem constat, inter furfuraceum & similagineum medius, furfure tantum leuiter succusso fit, qui *πύραυλος* siue *αὐτοπυρίτης* dicitur: qui, vt Galenus ait, fieri solet, quoties triticum generosum non est: generosum autem vocatur, quod similaginis plus habet, quàm furfuris: quem *συγκόμισον* etiam dici censent, id est, confusaneum, qui castratus non est, sed omnia simul tulit, furfures, vtriculos & simulam: vtriculos id volunt, quod furfure melius est & simila deteriorius. Vel qui ex farina nigriore conficitur, & *ἀγελᾶι* gregarius & cibarius dicitur, siue *ἀγοραῖ* id est forensis, quem Galli panem grossum & panem bisum, id est crassum & nigrum appellant. Vel etiam paleas festucasque permixtas habet, & *ἀχυρώδης* acerofus (quia Græci paleas *ἄχυρα* dicunt) nominatur, fortè id genus, quod ab aliquibus armatum vocatur. Vel ex polline constat & *γυρίτης* nuncupatur. Vel vniuersos furfures capit, quos *πίτυρα* vocant: hinc *πύριτος* vel *πύριτος* furfuraceus, furfureus aut furfurosus: & Pacuio canicaceus a canum cibo, vt Festus annotat, dicitur. Hisce & is adnumerandus venit, qui olim ex polline frumenti tenuissimo, ad molæ parietem adhærescente, indeque multis cum sordibus deterfo, vt verius pulueris quàm farinæ nomen mereatur, confiebat. Alij, a cocturæ modo, nomina sortiuntur. Athenæo quidem, furnaceus, clibanites siue testaceus & artopticus Plinio *k*, furnaceus, vel artopticus, aut in clibano coctus, non pridem etiam è Parthis inuectus, quem aquaticum vocant, quoniam aqua trahatur, a tenui & spongiosa inanitate, quem alij Parthicum nominant. At artopticum a clibanite & furnaceo discrepare Athenæus *l* vult: quod ille fermento duriore imbuitur, splendidusque est atq; siccatus facile manditur. Quod si molliore & laxiore fermento confletur, is quidem leuis erit, sed minime splendidus: hic vero semper fermento tenuiore gaudens. Fuit autem artopta, cuius ex Plauto Plinius *k* meminit, vas in quo panis tostus siue Artopticus coquebatur. Hoc autem vas cum in Quiritum edibus esset, argumentum est, ipsos sibi panem coxisse. Etenim coquantur aut in clibano, aut furno, aut in craticula, aut sub cineribus, aut alio modo. In clibano coctus,

d lib. 6. cap. 23.

e in Latoniis.

f lib. 16. c. 9.

g lib. 3.

h Ruell. lib. 2. cap. 14. Porta lib. 11. tit. 16.

i in Plutone.

k lib. 18.

l lib. 3. vbi de differentis panis est.



Galeno & alijs veteribus κλιβανίτης, ἢ κριβανίτης A (quod enim κλιβανον Græcorum vulgus, Attici κριβανον appellant,) monente Athenæo I κριβανίτης Polluci: Varroni m, testuaceus, quod in testo calido coqueretur: testum autem Latini, quod Græci κλιβανον dixerunt. Notandum clibanitem apud Galenum & alios non furnaceum, vel in furno coctum interpretandum esse: siquidem clibanus, instrumentum placentis potius & id genus cibis, quam panis coquendo dicatum fuit, quod antiquitus ex testa, seu opere figulino, postea B etiam ex ferro, vel ære, fieri solebat. Differt autem a furno, quod clibanus minor sit, ut quocumque visum fuerit transferri possit, cui prunis suppositis placentæ incoquantur: furnus verò, maior & immobilis est. Qui in furno cocti sunt, ἰπνίται furnacei: at qui super craticulam assantur, ἐχαρίται dicuntur. Est autem eschara, ferreum instrumentum, duabus veluti plagulis constans, craticulæ figura latius & altius incisus, quæ disparari & rursus adduci proxime C possunt, ut se contingant. Hæ, cum igne propemodum candent, inferiori, panis materia statim iniicitur, & admota appressaque superiore, coquitur quod satis est, utrumque sæpius ad ignem obuersando. Germani Goffren/ Galli Gausfres, (fauos quidam curiosiores dici putant) vocant. Gorræus n coniectatur a veteribus eum significatum, quem nebulas a candore & tenuitate (ex tenuissima & mollissima farina coactum) nunc vocant (alijs panis obelius, nobis Oblaten & D Hyppen) olim sub finem cœnæ, teste Athenæo, conuiuis apponi, & passo intingi usque ad ebrietatem legitimam solitum, qui Atheniensibus inuolutus & calens maximè placebat. Varijs autem modis panis hic parari solet: lautissimi enim, ex tritici medulla, aqua vinoque albo diligenter macerata & agitata, dein ouorum luteis pluribus adiectis, sale modico, & saccharo fiunt: ferramenta oleo vel butyro illinuntur. Hoc o pane, Franciscus Galliarum rex, plurimum E delectatus fuisse, fertur: quare instrumenta, quibus coquantur, ex argento conflare, iussit. Nostrates & lac, quo cibus delicatior sit, & aliquid piperis, addunt, ad gulam ad potum irritandam; cum sub finem cœnæ, vel intermedijs partibus adponantur. Sic o apud Gallos, ex farina triticea aqua macerata

& diutius agitata, quo crassitudinem acquirat, & salis modico infriato, ferramentis oleo nucum iuglandium illitis & feruentibus imponunt, ac foco moderato coquant, quo cibo agricolæ famem leniunt. Qui hoc genus panificij lautius expetunt, ferramenta habent non tam profunde exsculpta, sed tantum in fauorum rudimenta. Sic apud Germanos & Gallos, tempore quadragesimæ, triticea farina, a furfuribus diligenter secreta, & cum butyro diligenter subacta, ouorum luteis additis, in panificium redigitur: in figuram rotundam vel triquetram pistores fingunt: nostri Rûchen id est placentas, Galli Gasteaux vocant. Plura alia, apud nos vsitata, quæ ex purissima ac tenuissima farina, ouorum vitellis & butyro conficiuntur, & Rûchlein vocantur, præterea. Hic lubet aspergere quod Bellonius p de pane Armeniaco refert: in Achara, inquit, Armeniæ minoris oppido, plerique vitam sustentant, panem recentem & calidum vendendo, qui musto maceratus editur, quem ita conficiunt: magna vasa fictilia habent, quæ ad dimidiam altitudinem in terra recondunt: cumque in imo perforata sint, canalem orbicularem ad latus in terra faciunt, qui imo fictili respondet: fictili autem transfuersim iacente, & canalem ad imi latus habente, lignum siue carbones in imo repositi, flammam facile concipiunt, ac vas vndique calefaciunt. Pistor, qui farinæ massam fermentatam habet, tenues placentulas facit, eas in tegete curua & foramen æmulante, reponit: dein manum in tegetem imponens, placentulas fornici fictilis iam feruidi applicat, sicque placentulæ pendentes facile coquantur: coctam ubi ademit, alteram eodem loco coquendam reponit, & sic multæ simul; ex vasis fornice propendent, & eas pistor furcula vnci modo incurua apprehendit. Hæc ille. Est & alius, qui super feruentis foci pavementum aut cineres, assatur, qui ἐπ' αὐτῶν Athenæo dicitur, omnino noxius, præcipue eo nomine, quod per summa immodice torretur, intus autem crudus existit. At qui cineribus obductus coquitur, ut olim Iudæi solebant, quod de Sara q, Abrahami vxore, & alijs r in Sacra scriptura legimus, ἐγκρυφίας siue ἐγκρυφίας subcinericeus dicitur: cuius & Nicostratus s & ingeniosus obsonator Archelstratus me-

m 4. de lingua Latina.

n in definit. medicis.

o Bruyerim. de re cibor. lib. 6. gum 19.

p lib. 2. obs. 715.

q Genesios 18.

r 3. 20.



minere : hic videtur carbonarius Diocli Carystio *t* dictus, quem inquit super carbonibus fieri, velut is, qui apud Atticos sub cineribus fiebat. Et Cratinus *u* Agropyriam nominavit panem, qui supra carbonem coquitur, & hic cocturae ratione omnium maxime improbat, quia inaequaliter torretur. Praeterea Plinius *x* & alias differentias addit, quod alij ab obsonijs appellati sint, cuiusmodi sunt Ostrearij panes: alij à delicijs, vt Artolagani: alij à festinatione, vt Speustici. Quin & Iulius Pollux *y*, panis species colligit, vt & Athenæus *z*. Sic apud veteres erat *διπυρέτης* siue *διπυρ*, qui ignem bis erat expertus, qui delicatus fuisse traditur: cuiusmodi etiamnum, tam apud Germanos, quam Gallos & Italos, conficitur, & in fine prandij, coenæue, aut in commessationibus apponitur, & à quibusdam Biscoctum appellatur: quem aliqui etiam Aniso condiunt, quod & Plinius *a* panis crustis inferioribus subditum scribit: quo modo in Alexandria *b* panis qui istic pinsitur, in placentas planas efformatur, cui Melanthij legitimi semen adspergitur, quod ipsum gratisime panes condire idem Plinius *a* monet. Insuper panis quoque militaris celebratur, cuius etiam sunt differentiae. Quidam, genus quoddam Buccellatum vocarunt, inter militaris annonae genera connumeratum: qui vt perduret, minusque situm sentiat bis coqui debet: eum fermento nullo contineri sunt qui existimarunt. Nauticus huic iungendus, qui *ναυλικός*, rubidus forte à Plauto dictus, qui & *δισεφί* ac Biscocti nomine donatur, quo praecipue vincti, atque ad scalmum adacti, in triremibus vtuntur: quin etiam in longis navigationibus & nautae & milites nauigijs impositi, vesci coguntur. His addere oportet panes *ἀλαρίτης* apud Athenæum dictos, hoc est ex farina confectos, farina aqua marina subacta: quos plerosque in locis maritimis facere, Plinius tradit, occasione lucrandi salis vilissima: nec alia de causa corpora morbis oportuniore existere. Insuper & sine & cum fermento & sale panis conficiebatur. Fermentum, quod feruendo crescat dictum (Græcis *ζύμη* & *ζύμασμα* vocatur,) est *c* farina quæ subigitur ad pultis modum decocta, priusquam sal addatur & donec acescat relinquatur, ac ad dies plus minus quindecim

A feruari potest, vltra vero vitiatur. Vulgo vero nec sufferuefaciunt, sed tantum pridie asseruata materia vtuntur: palamque notum est acore fermentari. Fermenti autem conficiendi modum sic Plinius *c* porro recensuit: Milij praecipuus ad fermenta vsus, è musto subacti in annum tempus. Simile fit, ex Tritici ipsius furfuribus minutis & optimis (à farina nondum omnino secretis,) è musto albo, triduo macerato, subactis, ac sole siccatis. Inde pastillos in pane faciendo, dilutos cum similagine seminis (eius frumenti ex quo panis conficitur,) feruefaciunt, atque ita farinae miscent, sic optimum panem fieri arbitrantur. Græci, in binos semodios fermenti, satis esse besles fermenti, constituere. Alij, cum mustum in dolijs effertescit, quod eructat spumofum, cum farina Milij subigunt, & exacte tundentes in pastillos cogunt, qui sole siccati, ad vsu, in loco humentiore feruantur. Et hæc quidem genera vindemijs tantum fiunt. Quo libeat vero tempore, ex aqua hordeoque bilibres offæ feruenti foco, vel fictili patina torrentur, cinere & carbone, vsque dum rubeant: postea operiuntur in vasis, donec acescant: hinc fermentum diluitur: hæc Plinius. Cornelius Tacitus *d*, panem Iudaicum, nullo fermento detineri, prodidit. Certum est apud Iudæos religione vetitum, quibusdam diebus anni, panibus fermentatis vesci: qua ratione forsitan motus, putauit omnem panem Iudaicum infermentatum fuisse. Sic Didymus *e*, panem iucundissimum, citra fermentum, nitro adiecto, parare docet: etenim nitrum panes friabiles reddit, velut etiam carnes. Alij panem absque fermento sic faciunt. Vvas pridie quam panem faciant, in aquam conijciunt, & sequenti die vbi panem facere volunt, innatantes tollunt & exprimunt, ac humiditate effluente pro fermento vtuntur, sic panes iucundiores, suauiores & lautiores fieri existimant: panes quoque sine fermento ad vnerem efficacissimos, Porta *f* asserit. Qui fermento caret *ἀζυμ*, alio nomine *ἀσπρί* à Nicandro *g* Colophonio (Hesychius *ἀσπρί* habet) appellatur, vt Athenæus tradit. Quemadmodum fermentatus *ζυμῆτης*; quibusdam *νασός* dicitur: quanquam *νασός* plerisque plantæ genus sit. Quamuis autem Celsus panem sine fermento *h* stomacho i-

*e* lib. 1. salubrium.  
lib. 2. obseruas. 19.

*u* in mollibus.

*x* lib. 18. cap. 11.

*y* lib. 6. cap. 11.

*z* lib. 3. cap. 15.

*a* lib. 20. cap. 17.

*b* Bellonius lib.

*c* Plinius lib. 18. cap. 11.

*d* Historiar. lib. 5.

*e* lib. 2. agricultur. cap. 31.

*f* lib. 11. villa cap. 16.

*g* οὐ τῆς γλαρίας.

*h* lib. 2. cap. 24.



doneum, fermentatum vero *i* alienum, & facilius intus corrumpi velit, Galenus *k* tamen cæteriꝫ medici Græci, panes qui plurimum fermenti capiunt, facillime concoqui prædicant: eos vero qui sine fermento finguntur, nemini omnino vtilis esse, constantissime affirmant: quare validiora corpora esse quæ pane fermentato aluntur, Plinius *l* autor est. Quinetiam inutiliores fieri, si caseus admisceatur. Quod genus panificij, & fuisse, & adhuc, apud Gallo-Belgas, in frequentissimo vsu esse tradunt. Sed in fermenti quantitate, modus omnino statuendus est: quippe modicum fermenti, vt in sacris *m* habetur, totam massam corrumpit: contra, panes si non acceperint tantum fermenti, quantum necesse est, plurimum gratiæ amittunt: sed hoc pistorum industriæ committitur. Scythicæ etiam gentes aliorumque terrarum, non solum in pane, sed etiam in potibus suis conficiendis, fermento ad quendam acorem gratum conciliandum vtuntur, quod Virgilij *n* carmen elegantissimum ostendit. Hic noctem ludoducunt, & pocula, læti fermento atque acidis, imitantur, vitea, sôrbis. Pistores *l* autem Romæ non fuerunt ad Persicum vsque bellum, annis ab vrbe condita super quingentis octuaginta. Ipsi panem faciebant Quirites, (haud multis annis post imperium conditum, Alex. ab Alexandro *o*) mulierumque opuserat, sicut etiam nunc in plurimis gentium. Vxor Catonis, autore Plutarcho, pinsendi munus à sua dignitate alienum non putabat. Hinc Plutarchus *p* quid est, quod veteri more vxores nec molere, nec coquere permittebant? An veteris aduersus Sabinos fœderis memoriam colentes? Nam post filias Sabinas raptas, facta pace & societate finita, in fœdere nominatim exceptum est, vxorem viro Romano nec molere, nec coquinariam facere. Tostum panem lautioribus coquebant: & eos tantum pistores nominabant, qui Far pinsabant, Capitone Atteio teste. A Platone *q*, Thearion pistor commendatur. Optimos panum magistros Cappadoces esse Athenæus *r* refert. Farina quam Homerus per translationem *μυλήφασον* dixit (quasi molendo occisum & confectum) Latinis à farre dicta est, hanc Græci *ἀλεγον* appellarunt, ea ad panificium præstantissima est, quæ non

A nimis molita, neque recens, neque vetus, neque crassi furfuris fuerit. Nam quæ nimis molita est, furfuraceos panes facit: quæ recentior, adscititiam molæ caliditatem retinet: vetus puluere, situ, carie, aut viroso aliquo odore, labefactatur. Hæc deinde optimæ aquæ permiscenda, quæ ex laudatissimo fonte fluxerit, quæ pellucida sit, quæ neque cœnum, neque limum redoleat. Præterea, fermentum ex ea farina quæ subigitur addendum, non vetus, mediocris quantitatis, ne ex eius copia panis acefcat: iniiciendum & salis albi parum, vt panis gustui gratior reddatur. Sunt, qui vt panem leuiorem laxioremque reddant, Lupulum aquæ cum qua pinsunt incoquunt. Quidam spuma cereuisiæ concreta pro fermento vtuntur. Optimus panis ac saluberrimus, qui concoctu facilis est: talis autem est, mōnente Galeno *s*, qui plurimum est fermentatus, & pulcherrimè subactus, quique in clibano, igne moderato, fuerit assatus. Nam ignis immoderatus, primo statim occurrente, superficiem externam circumurens, in restæ modum indurat. Sic duplici nomine prauum panem fieri accidit: priori quidem, quod partem internam crudam atque illaboratam: posteriori vero, quod externam siccam præassatam & testaceam habeat. Porro ignis moderato remissior, panem minus belle elaborat, sed ipsum crudiorem relinquit, & maxime omnem eius partem internam. Qui autem in igne moderato, longiore spacio, per totos seipfos (vt ait Galenus) æquabiliter assati fuerint, ij tum bellissime in ventriculo concoquentur, tum ad cæteras actiones, quæ coctionem consequuntur, accommodatissimi erunt. Pessimi autem panes ij sunt habendi, quibus nihil antè memoratorum adest. Puri panes, fermento copiosiore indigent, omniumque maxime subigere eos oportet, nec statim post fermentum & subactum coquendi sunt, diuturniorem tamen coctionem postulant: contra furfuraceis paucum fermentum, leuis subactio, breue interuallum, breuiorque coctio sufficit. Sic Athletis panis is accommodus, qui neque bellissime assatus est, neque multum fermenti habet: priuato autem & seni, qui bellissime quidem in Clibano assatus est, fermenti autem multum habet: at qui fermento omnino caret, nemini prorsus

*i* lib. 2. cap. 25. *k* lib. 1. de alimentor. facultat. *l* lib. 18. cap. 11. *m* Paulus epist. 1. ad Corinth. cap. 5. v. 6. & ad Galatas cap. 5. v. 9.  
*n* lib. 3. Georgic. *o* libro 3. cap. 11. *p* in problemat. *q* in Gorgia. *r* libro 3. cap. 15. *s* lib. 1. de Alimentor. facultatibus.



est accommodus. In summa panis optima commendatio constat Tritici bonitate, iustaque eius, molitura ac pistura: cribri tenuitate mistione plurima frumenti, salisque modico: dein apparatu, subactioneque exacta, & proba coctura. Panum differentias alias, ex coquendi ratione Galenus s subiungit: (nam veteres panes suos torrebant feruenti loco, vel fictilibus patinis, cinere & carbone, nondum clibanis furnisque inuentis.) Omnium optimi sunt (longe magis viribus pollentes & sanitatis vsu praelati, cum succum probum creent) Clibanitæ ad eum modum tum assati, tum ad assationem præparati: proximi ipsis sunt Ipnitæ (εφεξής ἢ αὐτῶν οἱ ἰπνίται τὴν αὐτὴν ἐχρησάμενοι δηλονότι, ὡς ὁ σκεδὼν: interpretes reddunt, proximi autem ipsis sunt, qui in minori furno assantur ἰπνίται nuncupati, eodem videlicet quo prædicti modo præparati) sed quia in profundo non similiter assantur ut Clibanitæ, ob id ab ipsis relinquuntur. At qui super craticulam, aut cineres calidos, aut foci pauimentum ceu clibanum assantur, prauissimi omnes sunt, ut qui inequaliter se habeant: nam partes ipsorum extimæ supra modum assatæ, intimæ autem crudæ sunt. Cæterum ijs quos propter ea quod cineribus tecti assantur, subcinericios nuncupant, cineres ipsi prauitatem aliquam aspergunt: quapropter omnium panum hos, quod ad assandi saltem modum attinet, propemodum dixerim esse deterri-  
 D  
 mos. Labet & hoc monere, non solum optimo pane assumpto, optimè hominem nutri-  
 triri, verum etiam solum calido pane, egros qui cibum fastidiunt, si diu frequenterque olfecerint, & spiritu & corpore refici: tam enim præfens est alimentum, ut solo eius recentis ex furno odore Demetrius Cydonius, multorum dierum famem facillè tolerauerit: & eius ac mellis odore cocti, Democritus iam moriturus, vitam, donec Thesmophoria Cereris sacra finirentur, rogantibus mulieribus, Arsenio & Laërtio autoribus, prorogauit. Refert enim Diogenes Laërtius t Democritum centum & nouem annos natum, vitam solo odore panis (Athenæus u solo melle vixisse dicit,) in triduum prorogasse, quemadmodum in Democritum se lulisse ait. Καὶ τις ἐφυ σσφός ὡδε τις ἐργον ἐρεξε πσῶτων, ὅσων ὁ παρλοδὰς μήνισε Δημόκριτος; ὅς ἰανάλου παρέοντα τρεῖς ἡμέρας δώμασιν ἔχε, καὶ

A θερμοῖς ἀρίστων ἀδύμασιν ἐξένισσε. Et Hippocrates x dixit, & Galenus approbavit, vbi vires citissima recuperatione egent, odoribus esse recuperandas. Qua de re plenius Conciliator y inquirensnum odores tantum alterent, an etiam alant: sic & Manardus z. Nunc ex qua materia panis fiat ostendemus: fit ex Tritico, Zea, Secali, Typha, Olyra, Alica, Hordeo, Avena, Oryza, Milio, Panico, ex semine Sefamo simili in Aethiopia, Polluce & Athenæo monentibus. Aiunt in Lithuania rusticorum panem nigerrimum atque ingratisimum, ex Secali Hordeoque vna cum furfuribus polline confuso: sed nobiliorum & magnatum candidissimum ex medulla Tritici esse. Medi, ut autor est Strabo ex Amygdalis tostis panes faciebant. Andreas Medicus panes quosdam in Syria ex Moris fieri scriptum reliquit, quibus vescentes capillorum defluxum patiebantur, eodem Athenæo a autore: apud Rhætos è Castanearum farina panis paratur, quo & C Genuensis littoris incolæ melioris defectu, Bellonio b monente vescuntur. Loti Aegyptij semen quoque ad panificium accipiebatur Aëtio autore c. Oritæ apud Indos, nullum alium cibum nouere, quam piscium, quos vnguibus dissectos sole torrent, atque ita panem ex his conficiunt, ut ex Clitarcho, Plinius d refert.



DE PANE IN INDIA VSITATO.

CAPVT V.

PANEM in Peru, TANTAM, in alijs locis pro ratione materiae ex qua conficitur aliter appellant: quem a nostro pane, quoad substantiam & qualitatem diuersum esse, Iosephus Acofta a scribit: asserens, sibi nullatenus compertum, quod aut Tritico, aut Hordeo, aut Milio, Auenæue, aut granis alijs Europæis familiaribus vtantur, (cum tamen Plinius b referat, præcipuum apud Indos panem ex Hordeo confici,) sed granorum radicumque peculiare genus habere, comprimis Mays dictum, quod in Castilia Triticum Indicum, in Italia Frumentum Turcicum appellant: ipsis enim Indis Mays pro pane est, quo plerunque cocto vescun-

t in vita eius. u lib. 20. cap. 3. x lib. de aliment. c. 6. Epid. sect. 8. aph. 14. a lib. 3. cap. 18. b de neglect. cult. stirp. probl. 12. c setrab. 1. sermon. 1. y diffar. 155. z lib. 18. Epistol. 6. d lib. 7. cap. 2. & Strabo lib. 15. a lib. 4.

tur,



tur, quemadmodum infra peculiari capite A monebimus. In nonnullis Indiae locis, vt in Insulis S. Dominici, Cuba, Puerto riuo, Iamau & nonnullis finitimis, cum in his locis, nec frumenti, nec Mays prouentus sit, & licet ferantur, ad frugem tamen non veniunt, idcirco ex radice *Yuca* dicta *c*, panem conficiunt, quem *Cazani* vocant & radicem ficcatam panis loco esitant. In quibusdam regionibus *Papas* radix *d* panis vicem supplet, & panem inde confectum *Chunno* vocant, quo solo in hac regione vtuntur. *Po-* *puli e* Tinitiuas agriculturæ non student, sed contenti sunt eo quod terra ipsis sua sponte producit, quare ad panem conficiendum *Palmites* vsurpant. In Insula Virginea *f*, in panis penuria, & nonnunquam varietatis causa, radicibus *Okcepenauk*, cum piscibus & carne vescuntur. Sic ex *Tsinavv* radice concisa, contrita & succo cum aqua expresso, fit apud eosdem panis. Quemadmodum etiam ex *Cocoushavv* radice, in farinam trita panis bonus atq; suaue pulmentum fit. *C* In Terzera insula, incolæ ex radice panem conficiunt, de qua suo loco, has enim radices Anno CI. I. C. XX. à D. Albino Hamburgo accepimus. In Moluccis *g* panis quo victitant, ex radicibus arborum pinsitur, qualis est Brasiliensium: quem panem *b* *Sagu* vocant, & ad res viliores emendas vtuntur: nam apud Brasilianos, Io. Stadio *i* referente, consuetudo, vt singulis diebus, aut ad summum alternis, radices recentes effodiant, ex quibus farinam molant, ac *li-* *ba* pinsant. *Idem k* ex *Mandioca* radice, panem conficiunt. In Florida *l* ex farina radicum quæ *Hatle* dicuntur, in annonæ penuria panis fit: apud quos & alia radix, ex qua farina, ad panem pinsendum adeò idonea fit, vt ex ea panis præstantissimus conficiatur, ob quam radicem eius insulæ inquilinæ, à vicinis magnas opes acquirunt, cum non nisi magno precio ea radix ab ipsis redimatur. Habent *m* quoque Indi aliam radicem, quam *Agem* appellant: quæ potius *E* tosta decoctaq; editur quam in panificia cogatur. In Ternate insula *n*, arborem quandam findunt, quam contundunt, vsq; dum farina decidat, lignorum segmentis similis, quam sua lingua *Sagge* nominant, ex hac panes valde candidos, quadrilateros,

magnitudinem manus habentes, pinsunt: quibus etiam pleraque sua commercia perficiunt: nam quicquid vendunt emuntque, per panes fit: hanc Arborem fariniferam *Clusius o* vocat, de qua suo loco. *Congiani p*, ex medulla quæ in venis quibusdam putaminum nucum Indicarum habetur, panem optimi nutrimenti parant. Apud eosdem ex semine quodam, quod *Lucum* vocant, Cannabis grana, nisi quod paulò maius sit, referens, mola manuarum subacto & pisto, panis candidus, Triticeo non inferior, conficitur. Verum etiam apud Indos *q* *Oryza* panis loco est: & Iosephus Acoſta scribit in insulis Philippinis, *Oryzam* panis loco haberi, cum illic, vt & in China copiosissimè nascatur. Aethiopes similiter ex farina seminis Sinapi similis, quæ *Nachani Garzias r* vocat, panes orbiculares, Secales sapore conficiunt, qua de re capite de Secali. De reliquis, tam seminibus, quam radicibus, ex quibus apud Indos panes pinsuntur, singillatim suo loco dicetur.

## DE PANE TRITICEO.

## CAPVT VI.

QUEMADMODVM Triticum omnibus frumentis præfertur, ita ex eo confectus panis, *πύρον* Triticeus (pro quo *πύρον* apud Homërum *a*) dictus, præ reliquis commendatur: cuius genera quinque Galenus *b* facere videtur, quæ quidem à Triticeæ farinae partibus varijs, diuersa nomina acceperunt: Triticeæ namque farinae partes quædam sunt tenuiores ac puriores, quædam crassiores ac impuriores: est etiam quæ omnia simul commixta habet, totaque farina dicitur. Tenuissima purissimaq; ea est, quæ à furfuribus exactissimè repurgata est: Græci, voce à Latinis mutuata, *σιλίγιον* vocant, quam vocem nec Græcam esse, nec aliter se exprimere posse Galenus *b* testatur. Latini Florem, nonnulli & Siliginem, nomine Tritico candidiori proprio, nominant. Alij *γύριον* vt Dioscorides *c*, ac *πυρίδιον*, vt Galenus *d* appellat: etsi Hesy chius *γυρίδιον* *ἄριον*, idem quod *αὐτόπυρον* esse velit, & *πυρίδιον*

*c* Acoſta: etiam Benzo, in 4. part. Ind. Occident. 18. *d* Acoſta lib. 3. c. 20. *e* part. 8. Ind. Occident. *f* in hist. Virgineæ parte 1. Ind. Occident. *g* part. 2. Ind. Orient. cap. 8. *h* part. 8. Ind. Orient. *i* part. 3. Ind. Occident. lib. 1. c. 4. *k* lib. 2. c. 11. *l* 2. parte Ind. Occident. *m* Bruyer de re cibar. lib. 6. c. 9. *n* 5. part. Ind. Orient. *o* lib. exotic. 3. *p* part. 1. Ind. Orient. lib. 2. c. 1. *q* 4. parte Ind. Orient. 4. *r* capite de Lycio. *a* Odyſſ. 5. *b* 1. de alim. facult. *c* lib. 2. cap. 107. *d* lib. 2. comp. medicament. secundum loc.



Hordei & Milij, non farinae, tenuissimum: A  
& hanc farinam ἀλευρον λεπτον vocat. Polli-  
nem aliqui appellant. Plinius e verò inter  
Pollinem ac Florem discrimen facit: Polli-  
nem, inquit, appellant in Tritico, quod Flo-  
rem in Siligine. Quare videtur Plinio pol-  
len idem, quod flos hodie in farina vocatus,  
ἀλευροποις quibusdam, minutissimus Græcis  
farinae pulvisculus, aut tenuissimum fari-  
nae: quæ farinae lautitia cribrorum tenui-  
tati debetur. Verùm Celsus f per Polli-  
nem, impuriorem ac furfuraceam farinae B  
partem intelligit, siue crassiorem farinam  
cui nihil pollinis incerniculo demtum est,  
quæque furfures cum polline confusos ha-  
bet: ex quo panes cibarij infirmissimi fiunt,  
quod ex Paulo g, & Athenæo h desumptis-  
se videtur: at Marcelli i sententia minimè  
probanda, qui Pollinem vult esse tenuissi-  
mum pulverem & subtiliorem farinae par-  
tem, qualis circa molas frumentarias ple-  
rumque & loca in quibus panis pinsitur, ac  
subigitur parietibus hærens inuenitur, quæ C  
farina volatilis quibusdã, vulgus Gallicum  
alibi follam farinam, alibi volantem ac vo-  
laticam vocant, ex qua peculiariter librarij  
tenacissimum gluten faciunt: at ex eo pol-  
line farinam fieri, nusquam legimus. Cæ-  
terum Similago k quæ & Simila Latinis,  
Græcis antiquo vocabulo, Σεμιδαλις dicitur  
(σπυρί το ὄρω, τὸ καθύρω, ἢ τὸ ἄλις, τὸ λεπτομε-  
ρέστατον) à Cerere, vt quidã arbitrati sunt, quæ  
Syraculis Σιμαλις appellabatur Athenæo au-  
tore. Est autem farina delicatior, siue flos D  
ac deliciae farinae Triticeæ (licet, quidam ve-  
lint, medium esse, inter florem & farinam  
confusaneam,) cuius Martialis m meminit.  
Nec dotes poteris Similæ numerare nec v-  
sus, Pistori toties cum sit & apta coquo. In-  
numeros quidem & præclaros ad vsus men-  
sarium & conuiuiorum vsurpabatur: lautif-  
sima enim panificia, placentæ & bellaria  
multiplicia ac iucunda, ex ea fingeantur:  
qui mos adhuc in Gallia durat Bruyerino n  
scribente, imo etiam apud Germanos, qui E  
Semmel nominant. Hæc autem, vt ex Plinij  
lectione intelligitur, è Tritico laudatif-  
sima fit. Romæ erat Triticum Aphricũ sum-  
mæ autoritatis, ex cuius farina cribro te-  
nuissimo electissima Simila, à polline secer-  
nebatur, ita vt ex polline restante, secunda-  
rium veluti similem elicerent, & crassiorem

rursus pollinem à furfuribus laxiore incer-  
niculo secernerent. Certum n est optimam  
Similagine, ex Tritici bonitate & mole  
æstimari, ac cribri tenuitate constare; cum  
incerniculorum alia spissioribus, minutio-  
ribusque foraminibus constant, crassiuscu-  
lum farinae & furfurosum retinentia, lau-  
tiorum tantum ac delicatiorum transmitten-  
tia: alia vero rarioribus & patentioribus fo-  
raminibus pertusa, furfuraceum quidpiam  
vna transmittunt: quibusdam vero, vel tota  
B furfurosa moles excernitur, solo tantum a-  
ceroso & festucis retentis. Quare panificij  
differentiæ præcipuæ, non ineptè à cribro-  
rum ratione sumuntur: ita tamen vt gene-  
rosæ fruges, cribriq; exquisitissima tenui-  
tas, opera pistrinarum laudatissima præ-  
stet. Omnia itaque panificum & pistorum  
cura atque diligentia insuper curari debent.  
Budæus Similam cum Siliginea farina con-  
fudisse videtur, nulla inter eas constituta  
differentia, Similagine vsu fere Gallis Celtis  
C ignoto. Succedit secundaria crassior pars,  
ex qua flos excussus est, Pollen Celsi: & tan-  
dem Furfures, sunt pelliculæ à frumento  
inter molendum abscedentes, πίτυρα Diosco-  
ridi o & Theophrasto (alijs ἀφαιρέματα) qua  
tamen voce, cortices frumenti, vel Hordei,  
quibus grana ipsorum integuntur, Hesy-  
chius significauit: veteres eo quod canes his  
pascerentur, Canicas, teste Festo, nomina-  
runt: at Creturam, Palladius: alij vtriculos  
Tritici dicunt: nonnullis κρηθια, quæ Ga-  
D lenus p Furfures, & Hordei purgamenta in-  
terpretatur: at Hesychio & Suidæ sunt ace-  
ra & glumæ Hordei, quæ decidunt, dum a-  
qua maceratur: vel cum ipsum in clibano,  
aut Sole torretur: alij fabarum cortices, sic  
& farinam è milio κρηθια vocant. Farina  
inter hæc media est, quæ omnes frumenti  
partes continet, quam Græcorum ἀλευρον,  
quidam farinam confusaneam nominant.  
Panis Siligineus, nonnullis panis, nunc qui  
ex purissima farina fit, apud Romanos,  
E vt etiam apud alios propemodum omnes  
σλιγίτης Siligineus, nonnullis panis, prima-  
rius & panis candidus dicitur: interdum  
etiam καθαρὸς q quasi purus, vt Athenæo.  
Qui ex Similagine illi proximus σεμιδαλίτης  
q Similaceus, Latinis secundarius nuncu-  
patur, quippe qui alendo secundas ab illo  
teneat. Qui tertium in alendo locum obti-

e lib. 18. cap. 10.

f lib. 2. cap. 18.

g lib. 1. c. 78.

h lib. 3. cap. 18.

i lib. 2. in Dioscoridem cap. 77.

k Plinius libro 18. cap. 10.

l Etymologico.

m libro 13.

n de re cibarij. lib. 5. cap. 5.

o lib. 2. cap. 107.

p in Lexico Hippocrat.

q Hippocrat.

libro 2. de dieta.



nuit Græcis interdum μέσος, quod inter hos A  
 medius, alias αὐτοπυρίτης ἢ seu αὐτόπυρον dicitur, quod, vt Galenus c monet, ὁ αὐτὸς ὁ πυρὸς ἀπὸ τῆς ἀρτοποιίης, quod totum ipsum  
 Triticum, nullā sui parte adempta, in panificium cedat. Idem Dioscoridi συγκόμισος, quod ad ipsum conficiendum, tota farina, nusquam a furfure & vtriculis seiuncta, συγκομίζεται, hoc est comportetur. Hunc πύρνον Philemon t, ἀνέρεκτον Hippocrates u nūcupauit: at Phrynico, ἀλδορίτης: ἕξ πλοῖτης Ameriæ & Timachidi: γυρίτης Helychio. B  
 Qui ex furfuracea farina quartum locum obtinet, ὑπάρδος (quem aliqui cum priore eūdem existimant, Paulus x tamen vtrumq; separat: ) Cibarius seu ater & sordidus Apuleio, pro eodem enim posuit, de descensu Psyche ad inferos loquēs: gregarius ac sordidus, qui Festo acerofus, pauperum ac seruorum olim cibus. Quintus est πυρίας, vel πυρίτης, Athenæo γ, qui Caniaceus panis dicitur, quod in canum fere gratiam confici soleat, & hic ex Tritici extis constat, quæ C Latini furfures, canicæ & apludas vocant. Ex nouo etiam Tritico trimestri fiebat panis Colloborus dictus, sicut in Auge Philyllius declarauit. Inter hos panes scribit Dioscorides ζ Semidalicem, e similagine scilicet cōfectum, plenius alere τὴ συγκόμισον, seu cibario: qui vero e trimestrium farina, leuius alimentum præstare, facileq; in membra digeri: Galeno a Siligineus plurimum alimentum præstat: post ipsum autem Similaceus: tertio loco medius: quartum post D hunc est sordidorum genus: in quibus furfuraceus est postremus, minimumque omnium nutrit, & omnium maxime per aluum subsidet. Galenum imitatus est Aegineta b, primam laudem in alendo σιλιγιτή: quem scribit τῶν ἀρτῶν τροφικώτατον, hoc est, plurimum præ cæteris alimenti præstare: secundum bonitatis locum σεμιδαλίτη Similagineo: tertium ei qui συγκόμισος appellatur: quartum ei qui ὑπάρδος sordidus dicitur, tribuit. Sordidum autem panificij genus E multiplex quoque: nam & cibarium nonnulli ex eorum numero esse censent, quem gratissimum Neroni fuisse, in annalibus traditum: hic, Cicerone teste, Ptolomæo Aegyptum peragranti atq; esurienti datus, iucundissimus visus est: quem Celsus in ratione alimēti infirmisimum censet, vt mox ipsius verba docebunt. Sunt qui in panificij generibus postremæ notæ esse velint. Plinio c Siligine laudatissimus panis, piltrinarumque opera laudatissima: & vt idem, panis summa laus Siliginis bonitate, & scribri tenuitate constat. Sic Celso d ex Tritico firmissima siligo, deinde simila, deinde cui nihil ademptum est (quod αὐτόπυρον Græci vocant) infirmior est, ex polline infirmisimus cibarius panis: (minus enim alit, spiritum siue flatus creat, nec ægre membratim digeritur, siccatus tamen replet & difficiliter in corpus permeat.) Philistion Locus quoque vt Athenæus e refert, panum differentias fecit, primum ex similagine confectos, hosque corporis robur firmare tradit: post hos ex chondro, deinde ex farina triticea confectos ἀλδορίτης vocat: postremo εκ γυρεως ἀρτες, id est, ex polline panes. Aristoteles f cibum triticeum, corporibus nostris hordeaceo vtiliorem esse, eo quod mediocrem lentitiam habeat, quam cibus habere debet, cum corpori adherere & conglutinari oporteat, refert. Sunt qui simillam triticeam, adiecto melle aut saccharo subigunt, quibus postea cinamomum, piper, zingiber aliaque id genus addunt, & panificium quadrangulare, rotundum, aliorumque figurarum fingunt, nostri Letfuche/Specianum Galli vocāt: quod in biennium aut triennium durat. Sic animo delinquentibus, panem cum vino, & cum eo chondri valde exiguum dare, Trallianus g iubet. De pane loto egit Galenus h, qui πλωτος & πλωμασίος, elotus dicitur, hic minoris alimenti cibum præbet, sed etiam obstructionis noxa carentem: siquidem succum habeat minimum crassum ac lentum, vt qui ex terrestri aëre sit factus: qui aquæ iniectus supernatat & non submergitur. Ex cuius panis mica, mulierculæ, varias pulles cum iusculis carniū, vel lacte, quæ multum nutriunt, conficere norunt, hemoptoicis & phthisicis cum amygdalato vtilis, tabidis cum lacte caprino, febricitantibus cum Hordeo. Aquam & vinum ex mica Tritici conficiunt hoc pacto: ad aquam quidem accipiunt Micæ panis, furno modo extracti, vncias sex vel octo, Sacchari vncias quatuor, Aquæ fontanæ mensuras quatuor

r Hippocras. lib. de internis affectionibus. s lib. 1. de alimentor. facultatibus. t lib. 2. de variis oraculis. u de affectionibus. x lib. 1. cap. 78. y libro 3. ubi panis genera recensentur. z lib. 2. c. 107. a lib. 1. de alimentorum facultatibus. b libro 1. cap. 78. vide & Orisium 1. Collectaneor. 8. & 9. Actuarium de spiritus animalis nutritione cap. 5. c lib. 18. c. 10. d libro 2. c. 18. e libro tertio, agit de variis generib. panis. f 21. problem. 2. g lib. 12. c. 3. h libro 1. de alimentorum facultatibus. cap. 5.



affundunt, quæ ubi horis octo steterint, per manicam colant: hancque in febris ad sitim sedandam, caloremque febrilem mitigandum pro potu exhibent. Vinum ex pane hoc modo paratur: Micarum panis similaginei, recens furno extracti, vncijs sex, Sacchari Maderensis vncijs quatuor: Cinnamon electi crasse contusi, drachmis duabus, Vini veteris mensura vna affunditur, & post duodecim horas, per manicam eodem modo, quo vina aromatica parantur, colatur: quo clarius reddatur, lactis parum in percolando, affunditur: huius usus, in ijs qui cibos fastidiunt, & qui ob diuturnitatem morbi corpore sunt absumto. Aqua ex mica elicita in balneo Mariæ, in diarrhæis, quomodo de Secalina dicitur, commendatur. Sunt i qui ex furfuribus edulium parant, quod profamiliari medicamento alio molliendæ apto consulunt: rationem parandi huiusmodi indicant: Furfur, in aqua tepida, per horas plus minus octo, macerare iubent: exemptum sedulo exprimunt, atque percolant: deinde amygdalarum dulcium liquore candido admisto, lento igne coquant, & quando cocturam exactam pene adeptum fuerit, saccharum secundarium, & salis momentum adiiciunt. Hoc edulium quam thoracem, pulmonesque à viscidis lentisque succis liberare promittunt: sed crudum, supra quam credibile, aluum solueret. Certum est furfur vires absterforias obtinere, quibus intestina si intus sumatur, ad deflectionem stimulantur. Quinetiam furfur ipsum integrum infectumque in ventriculo manet, quemadmodum neque foris dissoluitur, in aqua madescens. Quamobrem panes furfuracei maiorem stercoreis copiam conficiunt, quam celeriter subsidere necesse est, propter multitudinis grauitatem, vimque furfurum absterforiam. EXTRINSECVS. Capitis dolores, mica panis cum oleo amygdalino, maxime cum oleo florum papaueris subacta & imposita, mitigat. Faciei lioures cum melle tollit: maxime si micis lac caprinum affundatur, ac destillatione aqua eliciatur, vel prius in oui albumine conuassato macerentur & simul destillentur. Oculis lacrymantibus & rubentibus, aqua stillaticia, si guttæ aliquot infundantur, prodest. Lichenes inueteratos, panis recens, muria maceratus & impositus, sanat. Alui

profluuia panis vetus & aridus, tum per se, tum quibusdam admixtus, sistit. Articulorum dolores in aqua sedi, aut solani, mitigat. Inflammationem k omnem, panis tum crudus tum coctus, ex aqua mulsa impositus demulcet, quippe qui plurimum emolliat, & quadamtenus refrigeret: maxime verò si succis quibusdam, herbisue ad id accommodatis, commisceatur. Galenus l scribit cataplasma ex pane factum magis digerere, quam quod ex Tritico fit, eo quod panis, salem & fermentum adiuncta habeat: fermentoque inest vis attrahendi, digerendi; ea quæ in alto resident.

## DE TRITICO TIPHINO ET DE TYPHA CEREALI.

### CAPVT VII.

TYPHA CEREALES MULTIPlici FOLLICULO: Τίφη, Tiphæ seu Tiphæ Latinis, ab alijs Tiphæ cerealis, ad differentiam alterius Tiphæ, quæ inter Arundines locis humidis prouenit. Theophrastus a inter frumentacea, & quidem inter ea, quæ Tritico & Hordeo similia sunt, Zeam, Tipham, Olyram recenset, eamque Tritico perquam similem affirmat, sicque describit b: radicem numerosam habet, vt Triticum & Hordeum, & omnium leuissima est: simplici culmo assurgit, solo tenui contenta, nec vt Zea pingue & lætum desiderat: & ex c vtroque extremo germinat, vt Triticum & Hordeum: mature a feritur, & postquam d defloruerit, crassatur, & vt plurimum intra dies quadraginta perficitur, vti de Hordeo & Tritico dictum: multiplici vero e folliculo includitur vt Siligo & huiusmodi. Dioscorides omnino de ea tacuit. Galenus probat, Typham non inepte Triticum exile appellari posse, cum & colore & conuassatoria vi, illi proximè accedat. Typhas tamen flauiores volunt: alij vesum Triticum esse dicitant. Mnesitheus, autore Galeno f, Typhas tertio loco post Triticum & Hordeum numerat: cum satis alat, nec magno negotio conficiatur, & Zea præponit. Diocles post Hordeum ac Triticum facultatibus omnium maxime Olyras ac Typhas sequi dixit. Sed Mnesitheus, hoc Tiphæ genus duplici no-

i Ernyer. de re cibaria lib. 6. cap. 4.

k Dioscorid. lib. 2. c. 107.

l 8. de simplic. Aegineta lib. 7. Oribas. 14. collectaneor. 37. & 2. de virtutib. sim-

plie. Asine ustrab. 1. serm. 1.

a 8. historia cap. 1. b 1. hist. c. 2.

c 8. historia cap. 2.

d 8. hist. cap. 3.

e 8. historia cap. 4.

f libro 1. de alimentor. facultatibus cap. 13.




mine insignitum putat, quod alijs  $\tau\acute{\iota}\phi\eta$  alijs  $\text{A}$   $\alpha\lambda\upsilon\rho\alpha$  dicatur, Olyram & Typham eandem rem esse putans, quem ob id Galenus reprehendit, quod inter Olyram & Tipham discrimen non nouerit: vtrumque enim in Asia frequens esse, & potissimum in regione que est supra Pergamum, adeo vt rustici ipsi, panibus ex ipsis factis, semper vtantur, propterea quod Triticum omne in oppida cōportent. At Theophrastus  $g$  Tiphas ab Olyris distinguit, vt & Diocles apud Galenum: & Plinius  $h$ , Aegypto ac Syriæ, Cili-  $\text{B}$  ciæque & Asiæ, ac Græciæ peculiare, Zea, Olyra, Tipha: Idem  $i$ , ex Tiphe fit in nostro orbe Oryza, (id est, ptisana Oryzæ similis.) Galeno monente, Tiphæ semen habet extrinsecus corticem, velut Olyra & Hordeum: verum decorticatum in panes congeritur, vsuique omnino est accommodatum. Insuper Theophrasto, Tipha è genere Tritici est, & Tritico aspectu  $g$  simillima, tantaque inter ea affinitas, vt nullum frumenti genus inueniri possit, quod tam  $\text{C}$  facile in aliud transire queat, quam Tipha & Zea siue Semen. Nam si pista  $k$  & purgata seratur Tipha, in Triticum (in frumentum Plinius  $l$ .) transit, sed non protinus, verum anno tertio. At Triticum  $m$ , quod ex Tipha & Semine fit, paratum, atque arte consistit, sicut etiam ea quæ præmacerata fructus dulciores afferunt: verum non solum Tipha in Triticum, sed etiam Triticum in Tipham transit. Quod simile ferè fit, atque cum semina ratione locorum permu-  $\text{D}$  tantur: nam ea quoque singulis in locis, pari ferè temporis spacio, atque Tipha, mutantur, cuius rationem Theophrastus  $n$  reddidit: quale namque semen redditur, tale generat, vnde si alteratum committitur, facile commutatur: Si pars aliqua Tiphæ semini desit, affici oportet, vnde mutari necesse est, nec eandem paleæ altitudinem retinet: præterea sua imbecillitate semen nil tolerare potest. Sic de panibus Tiphinis & Olyrinis non pauca habet, Galenus  $o$ , hos illis præferes, at si Olyrini ex vitioso semine facti sunt, Tiphinos eis inferiores non esse: sic panes calidos ex laudatissima Tipha factos, Olyrinis longè præstantiores esse, asseruatos verò, deteriores se ipsis euadere vult. Cum enim massa illorum tenax sit ac ductilis, maiorem in modum desantur, & maximè cum  $\text{E}$  negligenter parati fuerint, adeo vt qui panem huiusmodi, post vnum aut duos dies, ac multo magis sequentes aliquot comederit, putaturus sit lutum ventriculo suo inesse: cum verò calidior adhuc est, ab ipsis etiam vrbani expetitur, ipsumque cum cafeo quodam mandunt, quem vernaculo nomine Oxygalacium vocant. Porro hunc quoque tenerum esse oportet, & ipsum panem calorem clibanì adhuc retinere: qui in hunc modum assatus est, non rusticis modo, sed & vrbani hominibus, in delicijs habetur. Qui verò trium quatuorue dierum est, vel ipsis rusticis qui mandunt, insuauis est: præterea concoctu est difficilior, & tardius per aluum subducitur, quæ calido minime accidunt, qui tametsi Hordeaceo, quid ad deiectiones pertinet, multum vincitur, non tamè propter id, adeo vt Miliaceus, est vituperandus. Quin etiam corpus admodum nutrit dum calidus est, vt penè Triticeo symcomisto par sit. At Aetius  $p$  panes Tiphinos succum melancholicum parere autor est, quemadmodum & alios, qui ex vitiosis & improbis seminibus fiunt, quorum & Tryphon Alexandrinus  $q$  meminit. Semen quoque ipsum, à cortice, velut Olyra & Hordeum, liberatur, ex eo pinfito, panes fiunt, ac vsui omnino accommodatur, etiam ex aqua elixum manditur, haud aliter ac vocatus à rusticis Apothermus, defruto aut sapa iniecta: nonnunquam etiam cum sale, vt Triticum elixum, esitatur. Denique ad Oly-  $\text{D}$  ræ temperamentum & vires Tipha accedit, sed Olyra deterior est, etiam Galeno monente. At, quam nam frugum nostrarum speciem reuera referat, adhuc incertum esse arbitramur. Alij Triticum Italicum, de quo mox, censent: Porta s Græcorum Tipham, Secale esse credit, addens maiorem partem autorum, qui apud eum alicuius autoritatis sint, Tipham Zeæ speciem facere: sed Theophrasti Zeam à Tipha valde differre. Cæsalpino, Spelta vulgò dicta, Tipha Galeni videtur. Et hæc Tipha est Cerealis Theophrasti & Galeni: Tiphe Plinij.

TRITICVM TIPHINVM SIMPLICI FOLLICVLO: hoc culmo, spicis, atque granis, Tritico communi maius: spicis sane longioribus, plenioribus, rotundioribus, magisque in vnum coactis: aristis longis, & asperis,

$g$  s. historia cap. 9.  $h$  lib. 18. c. 8.  $i$  lib. 18. c. 10.  $k$  2. historia cap. 4. idem ferè 8. histor. cap. 8.  $l$  lib. 18. cap. 10.  $m$  4. causer. capite 6. & 5. eiusdem operis cap. 7.  $n$  lib. de causis plantar.  $o$  & Orisaf. 1. collect. 13.  $p$  resrabibl. 1. sermone 2. cap. 246.  $q$  libro de plantis.  $r$  Galeno & Orisaf. loci citati.  $s$  lib. 11. villa c. 20.



TRITICVM TIPHINVM SIM-  
PLICI FOLLICVLO.

semene duro, denso, fuluo, folliculo  
vincto incluso, Tritici simili, quod facile è  
glumis exeritur. Sanè cum Tiphā magnam  
similitudinem habet, differt tamen in hoc  
quod semen maius sit, & simplici folliculo  
includatur: cum Tiphā grano sit minore &  
multiplici folliculo includatur: forte Triti-  
cum hoc ex Tiphā degenerata ortum duxit,  
cum, vti ex Theophrasto *t* ostendimus,  
Tritico similima Tiphā sit: quam ob causam  
Triticum Tiphinum nominant.

Locvs. Italis familiare est: seritur in  
Germaniæ regionibus, idque locis potissi-  
mum montolis, præsertim vbi apri fruges  
depascuntur, nam ab hoc vno ferè absti-  
nent, quod eius aristis durioribus offen-  
dantur.

NOMEN. Tritici tertium genus, Trago,  
Fuchsio, Lonicero: Triticum, Matthiolo, **E**  
Lacunæ, Castori, Lugdunensi: Tiphā Do-  
donæi & Fuchsij in historia Lugdunensi,  
quoad iconem: Tiphā cerealis, Ruellio &  
Dodonæo *u*, Triticum Romanum Tragi,  
Eidem *x* dicitur. Triticum aristis muni-  
tum, Cæsalpino: circumuallatum, Gerar-  
do: Triticum tiphinum, Tabernemontano.  
Germanis, *Welscher Weizen / Weizenkolben*.

**A** Belgis, *Roofsche terwe*. Anglis, *Beardet  
vtheate*. Gallis, *Ble barbu*. Censuit Dodo-  
næus Tiphā esse eam frugem, quam Galli  
*Meteil* vocant, quem falli in historia Lugdu-  
nensi asseritur, neque enim (inquit autor)  
Gallorum *Meteil*, non vbiq; noti, seu pe-  
regrini Tritici species est, sed partim ex Tri-  
tico, partim ex Secali miscellanea seges,  
quam Lugdunenses *de la Mesle* vocant.

TRITICVM TIPHINVM HISPANICVM: hoc  
si cum priori non sit idem, saltem quam  
**B** similitum: quod sic describunt: quod sit  
Tritico nostrati, calamis & grano vtcunq;  
simile, tenuioribus ac breuioribus stipulis:  
spica horrida: duris ac longis aristis instar  
Hordei: grano duro, denso, fuluo, quod fa-  
cilè glumis suis exeratur. Hoc inquiunt,  
frumentum cum Tiphā conuenit, quod ca-  
lamo tenui ac simplici surgat: quod semen  
gignat leuissimum, exile, paruum, densum  
tamen & coactum, Tritico magis rufum:  
quod aristæ duræ ac longæ spicam muniant:  
**C** differre autem, quod Tiphæ granum, mul-  
tiplici folliculo inclusum, difficulter decort-  
ticetur: huius autem, minus tritum semen  
facilius eximatur: & quosdam putare, esse  
Triticum in Tiphā soli vitio mutatum:  
Huius frugis granum, Phalaridis semini ex  
Hispania & Insulis Fortunatis aduecti, per-  
mistum reperiri.

NOMEN. Triticum Tiphinum, Dodo-  
næus & Lugdunensis historia nominant:  
& sub Tritico aristis circumuallato, Lobe-  
**D**lius proposuit.

## DE TRITICO SYLVESTRI.

## CAPVT IIX.

TRITICVM SYLVESTRE CRETICVM: Etsi  
**T**Io. Baptista Porta, Secale, Triticum  
sylvestre esse credat, aliud tamen quod in  
Creta reperitur, proponemus: Herba est  
Tritico similis, folia & caules Tritici ferens:  
spicasq; aliquantulum asperas, nigriores &  
aristas breuiiores: cuius grana, Tritico sa-  
tuo minora sunt, & altera parte obtusa, ita  
vt Secales grana potius, quam Tritici æ-  
mulentur.

Locvs. Frequentissimè in Creta inueni-  
tur, & negligitur. Huius semina Honorius

*t* s. historia cap. 9.*u* edition. Gallica.*x* edition. postrema.



Belli misit: quare non absque ratione Cre-  
tenses Diodoro Siculo *a* referente, sibi per-  
suaserunt. *Triticum* primò à Cerere in Cre-  
ta inuentum fuisse. Hinc itaque patet, non  
in sola Sicilia Triticum syluestre oriri, què-  
admodum Poetæ tradiderunt. Clusius *b* si-  
bi felicissimè & abundanter plantam hanc  
natam scribit, sed antequam caules proferre  
inciperet, ab eo, cui horti repurgandi curam  
dederit, pro inutili herba euulsam & abie-  
ctam fuisse.

NOMEN. Agriostari, quod Triticum syl-  
uestre significat, Honorio Belli ad Clusium:  
Agriostari siue frumentum syluestre Creti-  
cum Ponæ *c*, qui eius figuram exhibuit.

~~~~~

## DE CHONDRO ET ALICA.

### CAPVT IX.

**X**ΘΝΑΡΟΝ, Galeni & aliorum Medico-  
rum ferè omnes interpretes, Alicam in-  
terpretantur, idem esse putantes: fortè le-  
ctione Aëtij moti: is enim frequenter hæc  
duo vocabula χόνδρος & ἀλικα iungit, cum  
tamen χόνδρος & ἀλιξ inter se differant, vt  
infra ex Aegineta ostendemus. Hinc recen-  
tiorum aliqui probare conantur, Græcorum  
χόνδρον & Latinorum Alicam, idem esse, &  
ideò Aëtium vtrumque nomen iunxisse, vt  
non differre ostenderet: forsan suis tempo-  
ribus, vulgò à Græcis sic dicebatur, siqui-  
dem Aëtius & Aegineta, multa nomina ve-  
teribus inusitata, scriptis suis inseruerint,  
commoditati potius, quam vocabulorum  
proprijetati inseruientes. Quare vt Latino-  
rum Alicæ, ita & Græcorum χόνδρος vox æ-  
quiuoca est. Nam & frugem Tritico simi-  
lem ita dictam ea voce significare certum  
est: & confectionem præterea, quam Ali-  
cam Latini & recentiores Græci, mutuata à  
Latinis voce, interdum ἀλικαν, alias coniun-  
ctim χόνδρον ἀλικος nominarunt, videlicet fa-  
rinam, quæ ex Zea dicocco fiebat. Frumenti  
speciem hoc nomine denotari ex Galeno *a*  
ostenditur, qui τον χόνδρον Tritici speciem  
esse innuit, scribens, τὸ γένος τῶν πύρων ἐστὶν ὁ  
χόνδρος, quæ verba Galeni, licet Dodonæus  
velit nihil aliud sonare, quàm ex Triticeo  
genere Chondrum confici, non quod Tri-  
tici, aut alicuius frumenti aliquod genus sit:

A hinc quidam medicorum Triticeam ptifa-  
nam Chondrum vocitarunt, alij ptisanæ  
confectionem, nonnulli ex Chondro ptifa-  
nam. Sed alius Galeni locus *b* obstat,  
ὅτι τὰς τῆς λινῆς ἐκ τῶν ἰκανῶς ξηραίνοντων, ἐπιπέσει  
ἔλαιον καὶ τῆς τοῦ σπέρματος, id est, proinde quidam  
ex genere admodum exsiccantium esse, &  
hoc semen autumant. En Galenum, qui  
σπέρμα appellat. Suidæ χόνδρος πυρῶν πύ-  
ρασι· γλιχρὸς δὲ πλεονέκειν. Obstat & Pli-  
nius *c*, qui non solum Alicam palmam fru-  
gum appellat, sed etiam alio locò *d* inter  
æstiuas fruges non obscure enumerat, sed  
etiam similem facit milio, panico, lenti, ce-  
ceri, frugum hæc genera vernâ, quod vete-  
serantur, appellans: & paulo post scribit:  
tunicas frumento plures esse, Hordeum ma-  
ximè nudum & Alicam, sed præcipuè Ape-  
nam: sic ex Chondro panem cōfectum fuisse  
ex Galeno & Athenæo in fine capitis osten-  
demus: quæ sanè declarant, χόνδρον cum Ali-  
cam vertunt, certæ frugis nomen esse. Sic  
& Celsus *e* Alicæ sæpius meminit, eamque  
inter genera frumenti retulit & elotam in-  
becillissimis adnumerari scribit: fieri ex ea  
quoque sorbitiones & pulticulas. Nec ob-  
stat quod nec Theophrastus, nec Diocles,  
vel nominis solius mentionem fecerint: nec  
Galenus, vel Plinius, quid sit satis expresse-  
rint: cum rarissimum sit nomen τὸ χόνδρος  
apud antiquos Medicos, vt memoriæ pro-  
didit Galenus, quoniam communi Tritici  
appellatione veniret. At apud Athenæum  
inuenitur, Aristophanem & Nicandrum  
Colophonium, Chondri meminisse, eiusque  
vsum docuisse. Hinc quorūdam alia est sen-  
tentia, τὸν χόνδρον & Alicam fruges quidem  
esse, & pro frugibus accipi, dicique apud au-  
tores non proprio quidem nomine, sed mu-  
tuato ab ea re, in quam protinus transire de-  
bet: itaque Alicam pro Zea dici, ex qua Ali-  
cam fieri notum sit: cui non obstat Galeni  
sententia, qui χόνδρον genus Tritici, non  
Zææ dixerit, quoniam Zea pista sataque di-  
catur tertio ferè anno in frumentum dege-  
nerare, Theophrasto *f* autore: ex quo, præ-  
sertim in Africa, Alicam fieri Plinius *g* au-  
tor est: dein significare χόνδρον rem factitiã,  
quæ ex quarundam frugum farina fiat, quæ  
primum ex frumento siue Farre; cui Alica  
nomen, fuerit confecta: postea tamen ma-  
gis receptum fuisse, vt ex Zea fieret: sic Palla-

*a* lib. 6. sua bibliotheca.  
simplicium facultatib.

*b* in epist. 5. Belli.  
*c* lib. 18. c. 11.

*d* in histor. Italic. Baldi memio.  
lib. 18. c. 7.

*e* lib. 2. & lib. 3. cap. 6.

*a* lib. 1. de alimentorum facultatib. cap. 6. *b* 3. de  
*f* 2. historia cap. 5. *g* lib. 18. cap. 11.



dius *h* ex Hordeo confici docet. At Triphon Alexandrinus apud Athenæum, Chondron ex Hordeo fieri negat: quare aliqui suspicantur titulum de Alica, qui apud Palladium præfixus, fortè de polenta scribendum. Non enim inuentum est nouum (licet Plinius *i* Alicam rem Romanam esse scribat, & non pridem excogitatam, alioquin non potius potius laudes scripsissent Græci, inquit: & nondum Pompeij Magni ætate in vfu fuisse credit, ideoque vix quicquam de ea scriptum ab Asclepiadis schola:) siquidem Dioscorides *k* & cum eo Oribasius *l* τὸν χόνδρον ex Zea, quam δικόκκον appellant, Theophrastus etiam ex Hordeo syluestri, fieri scripserit. Differunt autem inter se χόνδρον & ἀλιξ, non quidem toto genere, sed quodammodo veluti genus & species, inquit Dodonæus: aut potius vt vnius generis duæ species. Nam Halica siue Alica, Latinis ac Plinio generalius est nomen, Græcorum tum χόνδρον tum ἀλικα ipsis peculiariter nominatâ, sub se continens. Si namque vt rectè Gorræus *m* genere & materia discreparèt, neutiquam Aegineta *n* dixisset Alicam Chondro in alijs persimilem esse, si diuersa materia constare credidisset, sicut Bromum, Tragum, & Pisanam. Nisi velis eatenus in materia discrimen cum existimasse, quasi χόνδρον quidem è Tritico fortassis, ἀλικα verò è Zea confici existimauerit: vel in ipsa præparatione, sic vt ἀλιξ nomine, Alicam propriam & genuinam intellexerit, quæ simpliciter parabatur: χόνδρον vero, eam quæ ex D

A tributorum, qui tamen Latinus à Latinis eam videtur accepisse: Is his verbis retulit: Zea tundenda (seu decorticanda) & in feruentem aquam iniicienda, atq; exprimenda: deinde gypsum album tundendum, & in tenuem pollinem redigendum, (alij tenuissimo cribro transmittendum,) & arenæ albissimæ ac tenuissimæ quarta pars, cum gypsi parte, paulatim miscenda Zeæ, quæ iterum tunditur, (alij denuo probe repurgatur:) præparatur autem in diebus canicularibus, ne acefcat. Vbi verò rursus tusa (alij per purgata) fuerit, per cribrum densius excutiat. Plinius *q* omnes conficiendi modos exequitur. Alica, inquit, fit è Zea, quam semen appellauimus: tunditur granum eius in pila lignea: nam lapidis duritia conteritur. Nobilius, vt notum est, pilo vincitorum pœnali opéra: primori inest pyxis ferrea: excussis inde tunicis, iterum iisdem armentis nudata conciditur medulla. Tria eius genera ex Zea facta, ex contusionis varietate, atq; etiam cribri farinarij per quod succernuntur, maiore minoreue angustia distincta: siquidem Constantino & Plinio testibus vnum est, minimum idque primarium in minutissima grana tufum, (quod per cribrum angustissimum excutitur:) secundarium quod crassiuscule contusum est: grandissimum, maximæ inter ea molis, grano ferè tantum exuto sua tunica, nec minutius trito, vnde etiam ἀφαίρεμα *r* à cortice videlicet siue tunicis ablatis est appellatum: vel quod tertium hoc genus sit, tanquam reiectum purgamentum superiorum, quæ longè præstantiora sunt. Sic & Constantino *r*, optima quæ primum excussa est: secundum locum quæ succedit habet, deterior autem tertia est. Alia Alicæ genera pro materie ex qua fit diuersitate, Plinius *s* statuit his verbis: Alica adulterina fit maximè quidem è Zea, quæ in Africa degenerat. Latiores eius spicæ, nigrioresque & breui stipula: pinsunt cum arena, & sic quoque difficulter deterunt vtriculos, fitque dimidia modij mensura, (dimidio maior quam si prorsus nudatum esset,) posteaque gypsi pars quarta inspergitur, atque vt cohæsit, farinario cribro subcernunt. Quæ in eo remansit, exceptitia appellatur, & grandissima est: rursus quæ transit, arctiore cernitur & secundaria vocatur. Item cribraria, quæ simili modo

*h* in Iulio tit. 12. X. cap. 19. 39. 62.

*i* lib. 22. c. 5.

*p* lib. 3. cap. 7.

*k* lib. 2. cap. 118.

*l* 12. collect.

*q* lib. 18. cap. 11. & Porsia lib. 11. villa cap. 23.

*m* in definit. medic.

*n* lib. 1. c. 73.

*o* lib. 3.

*s* lib. 18. cap. 11.

*r* Constant. siue Castian. lib. 3. cap. 7. de agricult.



in tertio remansit cribro angustissimo & tantum arenas transmittente. Alia (addit) ratio vbiq̄ adulterandi: ex Triuico candidissima & grandissima eligunt grana, ac semicocta in ollis, postea arefaciunt sole ad initium, rursusq̄ leuiter aspersa, molis frangunt. Ex Zea pulchrius quam ex Tritico fit granum, quamuis id Alicæ vitium sit. Candorem autem ei, pro creta, lactis incocti mistura confert. Ex his Plinij verbis colligitur, Alicam ex Zea tum vera, tum degenerante, itemq̄; ex Tritico fieri. Addit: illud mirum dictu, Alicæ admisceri cretam, quæ transit in corpus, coloremque & ténertatem adfert: inuenitur hæc inter Puteolos & Neapolim, in colle Leucogæo appellato. At Constantinus non cretam, sed gypsum inijcit, quod etiam in Alicæ adulterina inspergi ex Plinio diximus: de quo tamen mirandum, Græcos Medicos alimentorum facultatem studiosè perscrutantes, tacuisse. Nam vt fortè creta, ad detersionem glutinosi lentiq̄e humoris, quem *χόνδρον* habet, contulerit: at gypsum vehementer nocere videbitur, quod obstruat, & emplasticum sit, & ventriculo eiusque ori valde aduersum. Merito ergo plurimum dubitat Gorraeus, num simplicior fuerit Græcorum *χόνδρον*, Romanorum Alicæ, eoq̄; inuicem discreparint, quod hæc gypso constaret, ille nihil gypsi haberet. Fit inquit Plinius, sine dubio & in Aegypto, sed admodum spernenda. In Italia verò pluribus locis, sicut Veronenſi Pisanoq̄; agro: in Campania tamen laudatissima conficitur, qui negant Alicam confici sine eo metallo posse. Quod si *χόνδρον* Græcorum metalla eiusmodi in consortium admisisset, vix credibile tam celebrem apud omnes futurum fuisse, vt alimentum nullum esset in arte medica, tam multis abundante & luxuriante remedijs, quod in febribus tertianis & continuis, in calidis & siccis naturis, atque etiam stomachicis frequentius exhiberetur. Scribunt omnes eiusmodi farinas aqua aspersas, postea exsiccatas fuisse, quæ in grumos grana concredebant, ad vsum reponebantur, à quibus *τὸ χόνδρον* nomen fortè inditum, cum *χόνδρον* granum significet, & quod ex continuo aliquo seorsum concreuit, vt salis frusta, & thuris micæ seu grana, quæ *χόνδρον λιβαίς* à Medicis nuncupantur, & de qua nunc

agimus Alicæ, quam & granum ob eam causam Plinius videtur appellasse. Ac quamuis quicquid in granum coaluit, vocari possit, velut *τῆς αἰγῆς* & *βρωμῆς*. ex Zea tamen, granum id sibi peculiariter nomen vendicasse, Gorraeus videtur: sicut Hordei apparatus, *τῆς πλισσῆς* nomenclaturam, quamuis τὸ πλισσῆν multis frugibus commune sit, quæ perinde atque Hordeum, tundi & deglubi solebant. Verum cum creta gypsumque, citra periculum ac noxam in corpus assumi non possint, vt ea ab Alicæ separarent, diligentissimè, priusquam coquerent, luabant, baculo variè in aqua agitantes, deinde quod in aqua supernatauerat residere sinentes, coquebant, autore herbarij Lugdunensis monente, qui id Galeni x autoritate comprobat, vbi tamen Galenus de Tritici hornotini farina elota agit. Vnde mirari subit, cur à Plinio tanta Alicæ salubritas perhibeatur, cui creta admisceretur. Cæterum duobus modis veteres τὸ χόνδρον utebantur, interdum integro, interdum loto. Illud *χόνδρον* simpliciter, vel *χόνδρον πλισσῆν*, id est Chondrum pitifanè modo comparatum: vel vt Dioscorides & Philotimus *πλισσῆν πνεύματι*: hoc verò *χόνδρον πνεύματι* appellabant.

**VIRES.** Alicæ Galeno y valenter nutrit, (vnde Alicæ dicta est Sexto Pompeio apud Festum, quod corpus alat,) adeo vt victus plenus dici mereatur, vt Galenus z scripsit: imò ex Dioscoridis a mente, potentius Oryza & alit & aluum cohibet & stomacho longe mitior: &, vt Aegineta b Chondros ex frumentaceis probè nutrit & succum viscosum generat. Quare cum succum lentum habeat & obstructionibus aptum, hoc vt præcauerent, varijs modis condiebant, in aqua cum mulla coquentes, quomodo etiam apud Romanos edi solitum, Martialis c hoc disticho ostendit: Nos Alicam, mullum poterit tibi mittere diues, Si tibi noluerit mittere diues, eme. Aut vino dulci (vt esset arteriacum medicamentum & tabidis vtile,) aut etiam astringente (ad compescendas alui fluxiones,) panici grana etiam miscebantur: interdum cum oleo & sale frixa, sumebatur: nonnunquam autem & acetum ad faciliorem distributionem illi inijciebatur. At quoniam *χόνδρον* nihil in se habet detergens & tenue, si ex eo forbitio-

t lib. 3. agricult. 7. cultas. cap. 6.

u in definit. medic. z 1. aph. 4.

x comment. in Hipp. de articulis in curatione fracturæ maxillæ.  
a lib. 2. cap. 118. & Oribas. 12. collect.

b lib. 1. cap. 73.

y lib. 1. de aliment. factis in xenis.



volebant, non Anethi modo, sed & Porri quidpiam, vel Pulegij, vel Calamenthi, vel Hyssopi incoquebant, Piper insuper si misceretur, insigniter iuuaret. Sed de forbitione ex Alica, vide Oribasium *d*. Verum iucunditatis gratia Alica etiam cum lacte coquebatur, lac enim cum aliquo crassi succi eculio coctum, flatuositatem deponit, & magis nutrit, & alui fluxionibus, & tenuibus ex capite in pectus destillationibus conuenit, Actio *e* ex Galeno docente. At *χόνδρος πολυτός*, Alica lota, inquit Galenus, succus ipsius est aquæ commistus, qui coctionem plurimam postulabat, ipsum namque præparantibus, quasi satis coctus esset, imponebant: ægrotos verò non minimum lædit: celeriter enim quod instar glutinis lentus sit, concrefcit ac densatur. Oportebat ergo ipsum multa aqua admixtum supra carbones plurimum mouendo coquere, quoad exacte coctus foret, tum verò salis quidpiam etiam iniiciebant: interdum & oleum statim in initio miscebant. Quod si quando *f* ob vehementem vètris mordicationem, siue ob bilioli humoris multi transitum, siue ob aliud id genus, forbitione egerent, ijs Alicam plurimum coctam vsque dum extabuerit, deinde colatam, atque ita comparatam, ut ptisanæ succo colato esset persimilis, forbendam tum exhibendam, inquit Galenus *f*, addens, eandem & lotæ Alicæ parandæ rationem esse. Celsus *g* Alicam elotam febricitantibus dat, si firmior stomachus est. Plinius *h* suam Alicam eximie vtilem scribit, siue elota detur ex aqua mulsa, siue in forbitiones decocta, siue in pulte. Eadem in aluo sistenda torretur, dein fauorum cera coquitur: peculiariter tamen longo morbo ad tabitudinem redactis subuenit, ternis eius cyathis in sextarium aquæ sensim decoctis, donec omnis aqua consumatur: postea sextario lactis ouilli aut caprini addito per continuos dies, mox adiecto melle, (hoc præcipue conuenit in tabe, quæ morbis pulmonis succedit,) tali forbitionis genere emendantur syntexeis. Panes quoque ex Chondro conficiebantur, qui *χόνδριον* à Philistio nominantur, ijs secundus locus tribuitur apud Athenæum *i*. Galenus *k* refert, se dixisse *l*, panes ex Alica factos plurimi alimenti esse, sed minus subsidere: præterea similaginem: ac Alicam coctam, valentis ac multi alimen-

ti, sed crassi & lenti succi esse: proinde huius vsus multum vitandum esse, & potissimum ijs quibus iecur facile obstruitur, aut renes ad calculos gignendos dispositi sunt. Psellus, curcutim à rusticis Chondron appellari tradit, viresque alere & pituitam parere, si ad satietatem edatur, vel stomachi crudam redundantiam. Quare Galeno *m* Chondrus, ut medicamen, emplasticæ facultatis est, temperie Tritico similis, plus tamen illo viscosus, ideo illo etiam plus nutrit. Dysentericis dolore vexatis, eius decoctum infusum idoneum est. EXTRINSECUS. Chondros ex numero est potius concoquentium, ut & Triticum, quæ minimè profecto desiccant. At ob exsiccantium medicaminum admistionem, cum, quod ex illis compositum est, exsiccatorium sit, Medicorum complures in errorem deducti sunt, ut falsò putarent desiccationem Chondro acceptam ferendam, ijs quæ admista erant præteritis: est itaque ceu materia *n* quædam idonea excipiendis aceto, aqua marina, muria & id genus alijs valenter exsiccantibus. Aegilopis incipientibus medetur, lepras tollit & vngues scabros pellit, Chondrus in aceto decoctus & illitus, Dioscoride *o* tradente.

~~~~~

## DE TRAGO.

### C A P V T X.

**T**RAGO *c* Dioscoridi *a* & Galeno, *τράγυς* Hippocrati *b*, quibusdam Alica Olyrina: rectius *τράγος σιβάνης*, Tragus cerealis, ad differentiam plantæ maritimæ, quæ etiam *τράγυς* dicitur. Dioscorides *a* formam Chondro similem habere scribit: Galeno, Tragus semen Chondro simile: quare alij frugum speciem, alij rem factitiam, quæ Chondri similitudinem ac figuram gerat, significari volunt. Plinius *c* inter externa frumenta, Oryzæ similia, & ab Oriente deducta reposuit. At rem factitiam esse, ex Galeno probatur, cui nunc *d* Olyræ ptisana, nam ex nobilissima Olyra decorticata, Tragum confici prodidit: nunc Zeæ ptisana, id est, Alica quæ ex Zea fit, cuius vtique species est Olyra (vel ipso Dioscoride teste.) Ptisanam, alibi *e* inquit, rectè præferunt frumentaceis edulijs, pani, Chondro, & Zeæ,

*d* lib. 4. collect. cap. 2. & 3.

*e* retrabibl. 1. ferm. 2. cap. 97.

*i* lib. 3. *k* 1. de alim. facult.

*l* com. in Hipp. de diata.

*f* lib. 1. de aliment. facult.

*g* lib. 4. cap. 6.

*h* lib. 22. c. 25.

*a* lib. 2. cap. 115.

*b* 2. de diata.

*c* lib. 18. c. 16.

*d* 1. de facult. alim. 13. & Oribas. 1. coll. 13.

*e* Gal. lib. 1. & Oribas. 15. collect.

*o* 1. 2. c. 118.

*om. in 1. de ratione victus in acutis.*



ex qua Tragus fit. Ipsi vero Plinio *f* ex ipso A etiam Tritici semine dum decorticatur Tragus fit, in Campaniâ duntaxat & Aegypto. Differt autem à Chondro & Alica, potissimum præparatione: siquidem Chondrum, gypsum & arena perficiunt: Alicam creta emendat. Tragus, sola aqua maceratus excorticatur. Præparatio talis à Casiano in Geoponicis *g* traditur: frumentum Alexandrinum appellatum maceratur & decorticatur, & in sole calido siccatur: deinde idem rursus fit, donec & pellicula & quicquid fibrosum est in frumento dilabatur, atq; hoc modo etiam Tragus siccatur & reponitur, qui ex generosa Olyra conficitur. Quidam autem, vt Galenus habet, semen hoc genere quidem, non tamen specie cum Olyris idem esse affirmant. At Græci rei rusticæ scriptores Tragus ex Chondro generoso fieri, tradiderunt. Ex his colligere est, omnia frumentorum genera ptisanæ modo decorticari & præparari solita, eorumq; atque rerum quæ ex ipsis conficiuntur ad alendum corpus, nomina inter sese confundi. Hoc Oribasius *h*, far crassius appellat, nec ineptè quidem: quandoquidem à veterum farre factitio, quod cum Dioscoridis *κελευω* quodammodo conuenire videtur, eo solo differt, quod hoc mola in partes confringeretur, ille integer repurgatus asseruaretur. Trago vsi sunt veteres cum lacte coquentes, vt Aetius *i* scribit: alij primum *k* in aqua decoquentes, deinde ea effusa, sapam, aut vinum dulce, aut mulsam affundunt, ac nuces pineas aqua maceratas, donec plurimum intumuerint, superiniiciunt. Sed multo minus, vt ex Dioscoride Galenus refert, quam Zea nutrit, quod acris multum habeat: quare ægrè quoq; conficitur, aluumq; magis mollit: *μαλακτικὸς* vt Dioscorides, *μαλακτικώτερος* *l*, vt Galenus habet. Ex Trago & panes conficiebantur, crassos succos gignentes, Oribasius *l* autore.

~~~~~

## DE AMYLO.

### CAPVT XI.

**A**MYLVN *ἀμυλον* dicitur, quod *χωρίς μύλας*, id est sine *a* mola paretur, Dioscoridi *a* & Plinio *b*, *ἀμύλιον* Hippocrati *c*.

Amulum, Catoni. Officinis vnica litera immutata Amydum, quibusdam farina Amylea. Auicenne, *Nesastegi*, *Alnesastegi*: Haliabati, *Eneri*. Germanis, *Amelmed*, *Drassmedel*. Belgis, *Ameldonck*, *Styssel*. Gallis & Hispanis, *Amydon*. Italis, *Amido*. Conficitur autem ex Tritico, Galeno & Aetio *d*, cui ex Hordeo *e*: optimum ex Tritico trimestri, natione Cretico aut Aegyptiaco, Dioscoridi, eidem & ex Zea: Catoni ex Siligine: Plinio *b* ex omni Tritico ac Siligine, sed optimum è trimestri, scilicet Tritico: vel, vt alij, Siligine. Germanorum aliqui, ex frumento Amyleo, quod Zeam amyream vocamus, at nostri ex Tritico conficiunt. Inuentio eius, autore Plinio, Chio Insula debetur, & laudatissimum suo tempore, inde esse ait: post Chiuni, maxime laudari Creticum, mox Aegyptiacum. Rationem conficiendi Dioscorides *a* & Oribasius *f* proposuere. Triticum trimestre purum quinquies die, ac si fieri potest etiam nocte, aqua perfunditur, atq; vbi emollitum fuerit, sensim aqua citra agitationem effundenda, simul vtilior succus effluat. At vbi molli-  
simum factum fuerit, diffusa aqua pedibus calcari oportet, deinde affusa alia iterum calcare: tandem innatantes furfures incerniculo (hoc est, cochleari crebris foraminibus peruiio, quod incerniculi vicem gerit,) tollendi: reliquum verò colo traiiciendum, mox vt excolatum fuerit, super tegulis nouis, ardentissimo sub sole siccari, densariq; oportet: nam si paulisper vnum manserit, acescit. Cato *g* paucis etiam complexus est: Amulum scribit, sic facito: Siliginem purgato bene, postea in alueum indito, adde aquam bis in die: die decimo aquam exsiccato, exurgeto bene, in alueo puro misceto bene, facito tanquam foex fiat: id in linteum nouum indito, exprimito cremorem in patinam nouam, aut in mortarium: id omne ita facito, & refricato denuo: eam patinam in sole ponito, arefcat: vbi arebit, in aulam nouam indito, inde facito, cum lacte coquat. Et Plinius *h*, madescat dulci aqua, ligneis vasis, ita vt integatur, quinquies in die mutata: melius si & noctu, ita vt misceatur pariter emollitum, prius quam acescat. Linteo aut sportis siccatum, tegulae infunditur illitæ fermento, atque ita in sole densatur. Verum idem Dioscorides *i* refert & ex Zea

*f* lib. 18. cap. 3. *g* sine Constant. Cas. lib. 3. c. 8. *h* 3. cuporist. *i* tetrabibl. 1. ferm. 2. cap. 97. *k* Oribas. 1. collect. 13. *l* 4. synopsis 2.  
*a* Dioscor. lib. 2. c. 113. Aetio tetrabibl. 1. ser. 1. Oribas. 15. collect. *b* lib. 18. c. 7. *c* lib. 2. de morb. mulier. *d* tetrabibl. 1. ferm. 1. Orib. ser. 15.  
collect. *e* tetrabibl. 2. ferm. 3. cap. 87. & c. 104. *f* 11. Collect. Aegineta lib. 7. *g* cap. 87. *h* lib. 18. cap. 7. *i* lib. 2. c. 123.



macerata & elota, ad vnum aut alterum diem, & massæ vel faring triticeæ in modum (σαλιος habet, at Hermolaus *k* *σαλια* legisse videtur, siquidem adipis modo interpretetur,) manibus subacta, tandemq; feruentissimo in sole, vti dictum est, exsiccata, Amylum ad vsum medicum ineptum, ad reliqua verò idoneum, parari scribit. Ex Zea amylea sic parant: Zea probè mundata & lota frigidam affundunt, quinque diebus continuis, quotidie refundendo & nouam affundendo, sæpiusque in die agitando: post diem quintum aquam citra agitationem effundunt, ita tamen vt quod vltimum aquæ reseruent: dein Zea contunditur, per pannum exprimitur, tantillum aquæ prædictæ affundendo, quo rectius cremor transeat: expressum vasi conuenienti inditur, sub sole eodem calidissimo exsiccatur, & si quid aquæ innatet semper effunditur. Simili modo ex Simila & omnibus leguminibus subidentiam confici Oribasius *l* ostendit: Similam quam pinguis simam capimus, leuiter maceratam lauamus, linteo ex copiosissima aqua percolamus, collam, vt maximè fieri potest, auferimus, in vase fictili subidere permittimus, aquam deinde percolamus, aliamque eodem modo affundimus: cum ita faciendo, vsq; eo permutamus, dum id quod excolatur purum sit: postremò verò subidentia extrahimus, atque in vase fictili ad solem, donec perfectè sicca sint, exsiccamus. Probatur, inquit Plinius *m*, leuitate & læuore, atq; vt recens sit.

QUALITAS. Amylum, Tritico *n* frigidius & siccus est: vere *o* ac propriè emplaasticum, partes exasperatas læuigandi vim obtinet & similem, inquit Galenus *p*, panibus lotis facultatem habet: nam vt illi minus, quam panes non loti corpori alimentum præbent: ita & Amylum mediocriter refrigerat & siccatur: inter *αλυγότροφα* ascribitur, & non quidem mali succi, sed crassioris esse affirmat. Celsus boni *q* succi esse testatur, lene *r*, sed crassiorem *s* pituitam facere: ac Plinius *t* oculos hebetare, & gulæ inutile, vltra quam credatur, scriptum reliquit.

VSVS. Apud veteres placentæ & mazzæ ex eo conficiebantur, quæ & simpliciter *αμυλαι* dicebantur, vt apud Aristophanem

& Theocritum habetur: & Athenæus *u* Amylum inter placentæ genera recensuit, Paulus *x* *αμυλον αρται* habet, nam non solum eius in medicina vsus est, verum & lacti & obsonijs admiscetur. Sanguinis *y* reiectiones potu cohibet, & fauces exasperatas lenit: quare etiam eclegmatibus additur. In defluxionibus à capite & faucibus exasperatis, pulmonum & thoracis affectibus calidis, pulcullæ conficiuntur: Exempli gratia, Amylum subtiliter contusum, cribroque transmissum in aqua leuiter coquatur, cremoris amygdalarum sextuplum affundatur, & butyri recentis parum addatur, quæ simul in pulcullæ modum sensim coquantur, dein sacchari quantum placebit vel imisceatur vel inspergatur: ad renum & vesicæ exulcerationes & Gonorrhœam etiam valet. Tenuioris fortunæ homines, cum lacte vaccino, modo febris absit, decoquunt, quemadmodum & Galenus fecit, Actio *z* monente. Phthisicis cum lacte caprino, amygdalato & saccharo penidio: Hæcticis cum hordeato exhibeatur: in alui fluxionibus cum lacte, aut in iusculo coctum detur. Oribasius *a* Amylinas forbitiones, ijs quorum in febribus aluus profluit, aptas tradit: quibus in lacte quoq; vti licebit, etiam aqua admixta: fluxionibus quoque quæ tussi excitantur conueniunt: ita verò præparetur, vt decem eius drachmæ, in aquæ heminis quatuor coquantur. \* Plinius *b* cum ouo exhibet, his qui sanguinem reijciunt, & in vesicæ dolore, semiunciam Amyli cum ouo & passi tribus vncijs, sufferuefactam: alij tribus ouis legunt, intelligentes quantum vacuo trium ouorum putamine capitur. In ardore vrinæ commendant, si cum Tragacantha exhibeatur: vel si cum recenti lacte calidum virgæ infundatur. Gravidæ crudum esitant: vidimus Generosam gravidâ, quæ pro foetus corroboratione, quotidie sepius selibram comedit. EXTRINSECVS. Aëtius *c*, in ocularibus medicinis, Amylo ex Hordeo confecto vtitur, (vt in collyrio Athanasia dicto videre est:) imitatus Dioscoridem, qui contra oculorum fluxiones (epiphoras Plinius,) cauulcera (etiam oculorum, si tenuissimè puluerisatum inspergatur, vel cum lacte muliebri mistum, applicetur,) & pustulas, (cuiusmodi albæ in

*k* Marcell. in Dioscorid. *l* 4. collect. 8. *m* lib. 18. c. 7. *n* Gal. 8. de simpl. Aegin. lib. 7. Oribas. 2. virt. simpl. Aëtius, 2. serm. 1. Oribas. 2. *o* Aëtius l. 1. Fernel. 6. meth. 3. *p* lib. 1. de facultat. aliment. cap. 8. Aeginas. lib. 7. *q* lib. 2. c. 20. *r* ibid. cap. 22. *s* ibid. cap. 23. *t* lib. 22. cap. 25. *u* lib. 14. *x* lib. 2. cap. 73. *y* Diosc. lib. 2. cap. 115. *z* iatrabil. 1. serm. 2. c. 97.

*a* 4. collect. 7. *b* lib. 22. cap. 25. *c* iatrabil. 2. serm. 3. cap. 104.



ore infantulorum sæpè conspiciuntur, & A tunc, cum aqua rosarum, in linimenti formam redactum, vtile erit: quemadmodum etiam in papillarum fissuris,) efficax. Fluxiones sanguineas sistere, & genas duras emollire, scribit Plinius. Infantum partibus attritis, sub axillis, collo, alijsque partibus vtiliter aspergitur, cuius loco aliqui farina Auenacea, alij carie lignorum vtuntur. Galenus d aliquando Siligine seu purissima Tritici farina pro Amylo vtitur. Vt concludam, mulieres gluten ex Amylo B Triticeo, ad sua pepla & collaria inalbanda, induranda, rigida ac plana reddenda, conficiunt.

~~~~~

## DE ATHARA, PVLTE ET

GLVTINE.

### CAPVT XII.

**A**ΘΗΡΑ Dioscoridi a: ἀθήρα Galeno b: C vox est Aegyptia, Plinio c scribente: estque sorbitio ἀραιὴ πύλαρον ὕδατον, instar liquidæ pultriculæ: vel pultrícula liquidior & sorbilis, ex Tritico Zeaue (è d Zea molita, aut è frumento, alijs,) molitis inque tenuissimam farinam redactis, confecta. Quæ sorbitio tempore Dioscoridis ex Zea tenuissimè molita parabatur, sed non ex sola Zea Athera seu Athara fiebat: nam & ex Amylo eam constare Actius prodidit. Iulius verò Pollux, ex Miliacia farina: Plinius, ex Olyra, inquit, decocta fit medicamentum (pulmētum fortè,) quod Aegyptij Atharam vocant. Verùm ex quauis etiam puriore farina, velut Secales, Hordei, coqui potest: quare, Dodonæo mōnente, frequentissimè apud Belgas ex Tritico, cum tenui cereuisia, vel alio liquore permixto coquitur. Edulium hoc infantibus e conueniens & f vtilissimum: dicamus & senibus, nam Galenus refert, multos apud Alexandriam inter alia ἀθήρας edere, cito enim concoqui, facileque nutrire. Capite dolentibus ex tenuissima Hordei farina, vt dolorem mulceat, & somnum prouocet, exhibetur. Cataplasmatibus g dolorem sedantibus & pus mouentibus, adhiberi potest: & adultis h illinitur: vel vt aridiora corpora humectet, vel vt eorum sordes abstergat.

**P**VLS, πύλαρον Græcis, illo cibo spissior est: edulium esse videtur, quod Galenus i ex multa Tritici farina lacte permixta fieri scribit: Dioscoride & Actio autoribus ex farina crassiore, Crimno dicta, conficitur, quibus nec Galenus k contrarius, scribens, sorbitionem ex Crimno confectam πύλαρον vocari, quæ & ex Zea fiat: nostrates ex Zea farina parant. Actio πύλαρον appellatur sorbitio omnis, ex cerealibus granis in succum resolutis, confecta. Est autem puls antiquissimum cibi genus, quo quondam Græcia pariter & Italia pro pane vsa est: id quod Plinius l manifestè testatur, pulte, non pane, longo tempore vixisse Romanos dicens: & primum ex farina & aqua conficiebatur, vt etiamnum à pauperculis fit, dein ex farina & lacte, quo cibo nostrates suos infantes, modo natos, primisq; annis, cibare solent: quo & adultiores vtuntur aliqui ex farina secalina, alij ex fegopyro cum lacte: addunt quandoque & oua, nam & veteres interdum oua, mel, vel caseum addebant, & panis vice vtiebantur. Ex siccis etiam panibus, puls, apud Actium m, apparatus. Sane puls ex Tritico, vel Zea lacte admixto, eibus boni succi & multi alimenti est, (nonnulli saccharū iniiciunt vt salubriores sint: alij quoq; oua adiiciunt,) quare edentulis vtilis: sed eius vsus assiduum obstructiones parere, & calculos in renibus gignere, Galenus n agens de edulij, quæ à rusticis in Asia parantur, asserit. Idem alibi o, πύλαρον ex Zea factum leniter ventrem sistere, ac magis si frigatur, scripsit. Sed infantibus eibus commodissimus, hic enim à lacte matris primus & vtilissimus est. Hinc Aristoteles p docuit, nos posse diutissime citra fastidium cibarijs ex farina Triticea atq; Hordeacea vesci: causam adfert, ea quæ secundum naturam pro cibo homini deputata sunt, semper appeti. Itaque ratione naturæ fit, quod earum quoque vsus assiduum, minus quam suauiora fastidire possimus.

**G**LVTEŃ, κόλλα Græcorū, ex simila q & polline: vel ex similagine aut polline: vel ex farina Tritici confectum, pulte crassius adhuc & solidius est, quo chartæ iunguntur, cuius in sanguinis excreationibus, propter vim suam obstruentem, vsus esse potest: emplasticam enim vim, (siue r melius obducentem,) & concoctricem repræsentat.


d 7. de comp. medicament. secundum loca. a libro 2. cap. 114. b 2. ad Glaucōm. c lib. 22. cap. 25. d Aegin. lib. 7. e Dioscor. & Aegineta. f Plinio. g Dioscor. lib. 2. c. 114. h Plinio. i 1. de facultat. aliment. c. 5. k lib. 7. de simplic. medic. facultatibus. tit. de Crimno. l lib. 18. c. 8. m retrahibil. 2. form. 1. c. 45. n 1. de anim. facult. c. 5. o lib. 7. de simplic. facult. p 21. Probl. 13. q Aegin. l. 7. r Act. i. c. 1. jerm. 1.







## ZEA DICOCCOS S. MAIOR.



glumis difficilè exteruntur, nam tribulis se  
exteri non patiuntur, sed in mola, Hordei  
instar, deglubi volunt.

Locvs. Hæc multis quidem Italiae locis  
proueniebat lætissimè, sed præcipue s in  
Campania laudatissima erat. Solo quali-  
cunq; etiam humidiorè, cum folliculo (vt  
Columella) sic firmiore & duriorè proue-  
nit: læto tamen pinguiq; & diligenter cul-  
to melius proficit. Frumentum Germaniæ  
notissimum, quod maturè sicut omnia Tri-  
tico similia, Septembri vel Octobri seri-  
tur, & Iulio demetitur. Quod si pista ac pur-  
gata seratur, (cum sit degener Plinio t,) an-  
no tertio in Triticum, (Frumentum Plinio)  
transire Theophrastus a asserit. Sic  
Zea x in Auenam, licet difficulter, cum va-  
lida sit, immutatur. Quemadmodum y  
Cambaie regnum Siligine ex se abundat:  
& China z feracissima est: & Saponensis a  
terra fert: sic Spelta in regno y Congiano,  
omnium frumentorum, quæ habent, vilif-  
simum est, coq; porcos alunt.

NOMEN. Hæc Zea est Theophrasti &  
Galeni: Zea dicoccos, Dioscoridis: quam  
antiquissimi etiam Far vocauerunt, vt Ascle-  
piades apud Galenum affirmat, φαῖρος b,

A ὁ καλῶσι ζῆαν, id est, Farris, quod appellant  
Zeam. Et, vt Dionysius Halicarnasseus,  
nominabant antiquissimi Romani suas nu-  
ptias vocabulo suo φαῖρος, quod coniu-  
ges vescerentur eodem φαῖρος quod nos Gre-  
ci ζῆαν dicimus. Dodonæus, (& cum eo Ta-  
bernæmontanus, cui Zea Ador,) censuit  
Far istud esse Adoreum, & semen Ado-  
reum, (de quo supra) dictum. Hic notare  
conuenit, quid Far sit, hodie parum con-  
stare: quidam enim Galeni interpretes, in-  
B ter quos Linacer est, Chondrum Far ver-  
terunt. Ruellius c scribit, duo Farris ge-  
nera in Gallia feri concauis tractibus, qui fa-  
cilè rubiginem sentiant: vnum rutilo colo-  
re, quod agricolæ rubrum frumentum vo-  
cent: alterum candidius, quod clusinum pu-  
tetur: vtrumque communi vocabulo bar-  
batum frumentum, seu potius bladum, vul-  
gus vocare. Sic Columella d Adorei qua-  
tuor genera in vsu esse dixit: sed de his po-  
stea. Hinc patet id, quod vulgo Far voca-  
C tur, non vnum semen esse, sed aliud apud  
diuersas gentes intelligi: communiter e ta-  
men Far vocant, quodcunque semen, quod à  
cortice mundatum & confractum in cibum  
elixatur: in Sicilia, ex Hordeo parant: & in  
quibusdam Appenini locis, quoddam genus  
paruum Hordei habent: alibi Spelta pro  
Farre vtuntur: at in Gallia Cisalpina, semen  
est proprium. Arabibus, vt Serapioni,  
Hais: Auicennæ, Hareoman & Herthaman:  
ijsdem & Hels, Halca, Hartentum, Ielben, &  
D Iulben. Zea Brunfelfo, Cordo f, Dodo-  
nao g, Lonicero, Tabernæmont. Gerar-  
do: Zea primum genus, Fuchsio, Turnero:  
Spelta prima, secundum descriptionem, &  
secunda ratione figuræ, Trago: Typha, An-  
guillare: Far primum Casalpino. Zea al-  
terius nomine, Matthiolus aristis armatum  
expressit, quem Lacuna & Castor imitan-  
tur: & Zea maioris seu dicocci nomine,  
Lugdunensis historia exhibet. Zeam vtram-  
que ad Hordei familiam sunt h qui referant.  
Germanis, Spelta Dinctel. Dinctelkorn, Zwen-  
forn nostri Korn vocant. Belgis, Spelte.  
Anglis, Spelt corne. Gallis, Espeautre. Italis,  
Spelta, (a pulte sic dicta Casalpino i videtur,)  
vel Speutria, plerisque Pirra farra, quod ex  
ipsius deglubitis granis, vt veteres ex Farre,  
Alicam conficiant: Hetruscis, Blada, id est,  
frumentum: Insubribus, Alga, quasi Ali-

s Plin. lib. 18. cap. 2.

t lib. 18. cap. 10.

u 2. hist. cap. 5.

x Theoph. 4. caus. 6.

y part. 1. Ind. Oriental. lib. 2. c. 1.

z ibid. cap. 25.

a ibid. cap. 28.

b 9. secund. loca 7.

c lib. 2. cap. 17.

d lib. 2. cap. 6.

e Casalp. lib. 4. c. 43.

f in Dioscorid. g edd.

Gall. etiam Latin.

h Renodius de mater. med. lib. 1. sect. 5. cap. 32.

i lib. 4. cap. 44.



ca, ad imitationem veterum, qui decortica-  
tam Zeam, Alicam vocarunt. Hispanis,  
*Spelta*. Vngaris, *Tenkoly*. Bohemis, *Spálda*.

*ZEA SIMPLEX*, à Matthiolo, Anguillara,  
Lacuna, Castore, siue Zea minor & Mono-  
coccus, à Lugdunensi proponitur; quæ tam  
culmo, quam spica, est minore, in qua sin-  
gula grana, singulis folliculis includuntur:  
quam Speltam vulgò appellari, Zeamq; sim-  
plicem Dioscoridis esse, & Tiphæ Galeni  
videri, Cæsalpinus scribit. Hæc num eadem  
sit cum nostra Monococco dubitamus. Si-  
quidem Dioscorides k Zeam ἁπλοῦν, ori-  
gram dicat, & Theophrastus l Zeæ fru-  
ctum leuissimum & cunctis animalibus ad-  
modum iucundum scribat: at ex nostra  
Monococco, panis confectus, insipidus &  
concoctu difficilis fit, nisi fortè, ratione loci  
hanc differentiam obuenire, quis statuatur: sed  
nostram subnectamus.

*ZEA BRIZA DICTA, S. MO-  
NOCOCCOS GERMANICA.*



*ZEA BRIZA DICTA, VEL MONOCOCCOS  
GERMANICA*: culmis est & spicis dicocco  
breuioribus, angustioribus, tenuioribus &  
depressis: spicis duplici ordine, Hordei mo-  
do digestis, aristis subasperis armatis: semi-  
nibus multò minoribus, singulis vtriculis,

A (qui leues, candicantes & modicè depressi,) inclusis, à quibus in mola, non in area, exu-  
tur. Aliquando culmo, glumis, aristis, to-  
taque substantia punicans, etiam Trago mo-  
nente, at in Belgio, Tritico aut Hordeo co-  
lore satis similis, autore Dodonæo, proue-  
nit.

Locvs. Amat solum tenue & aridum,  
quare apud Germanos, cum stercoretam  
terram non expetat, locis asperis & monto-  
sis, longo tempore vomerem non expertis,  
seri consuevit: licet autè Septembri feratur,  
tardissimè tamen omnium, & subinde Se-  
ptembri demum mense, maturescit.

NOMEN. Hæc Zea est Mnesitheï, Typha  
sua deterior: Galeni m Briza, vbi suspicatur  
Mnesitheï Zeam, conuenire cum Briza Ma-  
cedonum ac Thracum, frumentum Typhæ  
Græcorum, quæ in Asia nascitur, non ari-  
sta modo, sed & tota planta similitimum: in-  
terrogante namque Galeno Barbaros, quod  
nam apud illos nomen haberet, responde-  
runt omnes, plantam totam & eius semen  
Brizam appellari. Hanc cum frumento lo-  
culari, de quo præcedenti capite, conueni-  
re, cum Dodonæo malè aliàs suspicati fui-  
mus: cum Farre Vennuculo rutilo similitu-  
dinem habere, etiam Dodonæus existimat:  
sed breuior est Columella n, quam vt quid  
certi statui possit: qui Zeæ genus esse nega-  
rat, nec præter rationem, cum ex Zea panis  
Triticeo valdè similis & probatus conficia-  
tur: ex Briza ater & ingratus: postremo ta-  
D men non temerè Zeis adnumerari monet.  
Dicitur Spelta secunda (si figuram conside-  
res, prima est,) Trago: Frumentum locula-  
re, Ruellio: Briza, Dodonæo o, Lugdun.  
Briza Monococcus, Lobelio, Gerardo: Mo-  
nococcum & frumentum barbatum, Dodo-  
næo: Zeæ alterum genus, Fuchsio, Turne-  
ro, cui & Siligo: Zea simplex, Cordo p:  
Zea Monococcus, Tabernæmontano. Ger-  
manis Einforn / vnius grani frumentum:  
S. Peters Korn / Rieforn / nonnullis Blicken.  
E Belgis, S. Peeters koren. Anglis, Saint Peters  
corne.

VIREs. Diocles Zeam Tiphæ in cibo-  
rum ratione postposuit: & Galeno q, vim  
habet inter Hordeum & Triticum mediam,  
tantum in cibo Tritico cedit, quantum Hor-  
deo in panificio præfertur: plus tamen, vt  
Dioscorides & Oribasius r, quam Hor-

k lib. 2. cap. 111. l 8. hist. 9. m 1. aliment. facult. 13. n lib. 2. cap. 6. o edit. Gallia. p in Dioscoridem. q 1. de ali-  
ment. facult. & Actio 117. 1. form. 1. r u. collect.



deum alit, ori grata, in panificia verò digesta, minus quam Triticum alit: Apud Dioscoridem *ἄσπμαχος*, quemadmodum & apud Oribasij interpretem legitur: at Galenus *ἄσπμαχον* t stomacho vtilem habet: ex quo loco Galeni, Dioscoridem aliqui restituendum censent. Saracenus Zeam, quam putat Plinium à præstantia Semen nominasse, *ἄσπμαχον* esse admittit: attamen simul etiam *ἄσπμον*, hoc est, ori gratam esse minimè negat: quare Actuarius u Zea inter leuia edulia est, perpurgata & pultis in morem decocta: neque sanguinem bene sincerum generare consuevit, neque satis enutrire. Panes ex Zea nostrates conficiunt, non minus albos quam ex Tritico, leuiiores tamen minusque nutrientes, recens suavis est & concoctu facilis: antiquus non ita gratus, & concoctu difficilis. Hunc panem Philistion Locrus haud dubio intellexit, dum chondritas post similagineos præstare scripsit. Conficitur autem vel ex tenuissima & purissima farina, hicque etiam Semidalitis nominatur: vel ex mediâ farina furfuribus remotis, qui Speltaceus siue Zeaceus dicitur. Solent etiam pistorum arte adeo conficere, lupulum in aqua, qua subigunt, decoquentes, vt spongiosus videatur, quare *σπογγώδης ἄσπμαχος* panis spongiosus appellatur, quem venalem exponunt, qui ventrem inflat, flatus generat, & difficulter, si multus comedatur, digeritur. Pulses & mica cum lacte, vel amygdalato, vel iusculo, vel vino, vel cereuisia, & saccharo fiunt, & sanis & ægris vtilis: Pulcullæ ex Zea Alicâ & iusculo carniû, Oriza magis nutriunt. Hæmoptoicis, pulcullæ ex farina, aqua & butyro bene coctæ in vsu quotidiano esse debent. His, vt & dysentericis & diarrhoea laborantibus vtilis, si cum pedibus vitulinis, vel veruecinis decoquantur. In tabe & alui fluoribus ex farina cum lacte amygdalato, alioue, vel pingui iusculo carniû vel gallinarum vtilis, præsertim cum lacte caprino, si capra sola Zea nutrita fuerit, paratæ. Alui fluoribus, maximè in fluore hepatico, si ex mica panis tosta cum lacte vel iusculo conficiantur, vtilis. Xenophon x scribit apud Mosynetos inuenisse se hornas fruges cum culmis conditas, inter quas Zea magnus numerus fuerit. **EXTERIVS.** Capitis vlceribus manantibus Zea in vino cum nitro decocta prodest:

A in aceto verò & illita scabië sanat & vngues asperos læuigat. Mammarum tumores ex coagulato lacte resoluit, mica panis cum lacte recenti in oleo rosato decocta, & in modum cataplasmatum calidè applicita. Dysentericos dolores decoctum Zea infusum, mitigat: & cum sæuo hircino iniectum, intestina ab exulceratione tuetur. **FURFURES,** clysmatibus vtiliter induntur. Oculorum abscessui, Aegylopi & quibusvis tumoribus, in aceto & vino decocti & impositi profunt. **B** Hepatis inflammationibus calidis vtile erit, si furfuribus & farina addatur, & cum oleo violato & recenti butyro misceantur & applicentur. **ZEÆ Monococci** semen Mediomatrices loco Secales, Speltæ admiscunt: sed eo præcipue saginandis pecoribus vtuntur. Triphon Alexandrinus y inter genera panis, Chondriten quoque retulit, quem ex Zeis confici tradit: namque ex Hordeo minimè Chondron fieri asserit. Panis qui ex Zea Monococco conficitur, plane punicus fit, insipidus & concoctu difficilis, velut is qui ex Briza paratur. Sic & Mnesitheus apud Galenum z asserit, ex sua Zea panem grauis odoris, atrum & membranosa substantiæ cõfici (quare tum apud Galenum z, tum apud Athenæum a, panes ex Zea damnantur.) Quippe neminem diutius eo vesci posse inoffensa valetudine, constanter pronūtiat, præsertim si affatim edatur: ægri enim conficitur, & ventriculo negotium facessit: prouincijs tamen hyemalibus fieri, & in cibis frequentem esse. Quare manifestè patet, aliam esse ab ea, quam Plinius Semen Romanis vocari tradidit, ex quo tam præclarus cibus Alicæ fiebat. Campaniæ agro æstuoso lætissimè proueniens: Zea vero gelidis tantum regionibus familiaris erat. Et quæadmodum ex Zea prima, Crimnos, hoc est, crassior farina, & ex Zea tenuissime molita Athera fiebat. Sic ex Tritico & ex ea Zea quæ dicoccos nuncupatur, Chondros fit Dioscoride b monente. Sic ex Zea Alicam præstantissimam & salutarem etiam fieri, Plinius c ostendit: at quomodo conficiatur, & quæ Alicæ tria genera sint, supra d exposuimus.

\* \* \* \* \*

\* \* \* \* \*

\* \* \* \* \*

\* \* \* \* \*

\* \* \* \* \*

\* \* \* \* \*

\* \* \* \* \*

\* \* \* \* \*

\* \* \* \* \*

\* \* \* \* \*

\* \* \* \* \*

\* \* \* \* \*

s sic Marcellus, Ruellius, Saracenus. t ita apud Diosc. Lacuna & Cornarus legunt. u de spiritus animal. nutritione cap 5. x lib. exped. Cyri. y lib. de plantis. z lib. de aliment. facult. a lib. 3. c. 18. b lib. 2. c. 112. 114. c lib. 18. c. 11. d cap. de Alicæ.



que tempus in singulis regionibus deputatum fuisse.

DE ZEA AMYLEA SEV

OLYRA.

CAPVT XIV.

ZEA AMYLEA SEV OLYRA.



ZEA AMYLEA SEV OLYRA: herba, calidis, geniculis, magnitudine Tritico similis est: spica aristis multis vallata, ut eatenus ad Hordeum accedat: huius singulae species, duos granorum ordines, ut Zea dicoccos, obtinent. Semen folliculis modo candidis, modo rufis, includitur, & ut Zea decorticationem in mola requirit, quibus spoliatum Tritici granis simile est. Et ut Plinius a, spissior quam Far & minor spica, eadem & ponderosior: raro modius grani non xvi libras implet: exteritur in Graecia difficulter, ob id iumentis dari ab Homero (qui Olyram vocat b, scribit.

Locvs. Multis Germaniae locis prouenit Vere fata, apud quos communiter quinto mense maturatur. Iulio Augustoue metitur: apud alias nationes, tertio, postquam fata fuerit, mense colligitur: tanto interuallo fruges, alio atque alio solo procreatae inter se distant, ut vel hinc appareat suum cui-

NOMEN. Hanc prius Tritici speciem, cum ei, excepta deglubitione, conueniat, cum Trago & Fuchio credidimus: iam verò obseruata decorticatione, ad Zeas, vel Dioscoridis Olyram referimus: vel, si mauis, à forma Zeopyron amyleum nomines. Et Dioscorides c, ὀλυραν ἐκ τῆς αὐτῆς γένους τῆς ζείας esse, (non verò Zeae speciem) dixit, id est, nature & facultatis eiusdem cum Zea. Galenus d, ζείας apud Hippocratem e, ὀλύρας exponit. Theophrastus f, Olyram (Siliginem Gaza nouit) ex ijs quae Tritico similima sunt, f esse dicit, culmis g mollioribus atque infirmioribus, verum multiplici b folliculo includi. Sic & Plinius i Olyram inter frumenti genera recenset, & Arincam vocat, quae Galliarum propria, copiosa & Italiae est, Aegypto autem ac Syriae, Ciliciaeque & Asiae ac Graeciae peculiare Zea, Olyra, Typhe.

Non placet Marcelli k sententia, qui Theophrasti & Plinij Olyram Secale esse vult. Si quidem Plinius l diuersas facit, ut qui Secalem deterrimam & tantum ad arcendam famem esse, cui admisceatur Far ad amaritudinem mitigandam: ex Olyra verò dulcissimum panem fieri, idem scribit. Nec D. Hieronymi m versionem probamus, qui vocem ὀλυρας à Septuaginta interpretibus positam, quam (ut ipse scribit) alij Auenam, alij Sigalam putant; Viciam interpretatus est: qui tamen fateatur Symmachum ζείας siue ζείας interpretatum esse, quam vel Far, vel gentili Italiae sermone, Spicam, Speltamque dicit. Et hic panis est, quem Elias Iezabel fugiens inuenit, quem Septuaginta n, panem ὀλυρίτιον vocant. Nec subscribimus Hermolao o & Ruellio p, qui Olyram Siliginem reddunt, fortè Gazam imitati, qui apud Theophrastum Siliginem vertit. Turannius eandem esse Olyram & Oryzam existimauit. Fortè Far halic astrum Columelle q, quod trimestre cognominat. E Tritici secundum genus, Trago, Fuchio, Lonicero, qui Trimestre Dioscoridis censent; de quo supra, quod tamen ab hoc distrepat, cum illud decorticationem non requirat. Triticum Trimestre, Cordo, Olyra, Dodonæo r, Lugdunens. Amylaeum frumentum, Dodonæo, Tabernæmontano. Triticum amyleum Gerardo. Germanis,

a lib. 18. cap. 10. b Iliad. 1. c lib. 2. c. 113. d in Exegesi. e lib. de superfetatione. f 2. histor. plant. cap. 1. g 8. hist. plant. c. 9. h 2. hist. plant. c. 4. i lib. 22. c. 25. k lib. 2. in Dioscor. c. 82. l lib. 18. c. 16. m in Ezechielem cap. 4. vsf. 9. n 3. Regum cap. 19. v. 6. o lib. 2. corol. 314. p lib. 2. c. 21. q lib. 2. c. 6. r edit. Gallica.



**Amelforn** / quod ex ea optimum Amylum A confici soleat : quibusdam **Ymmeren** alijs **Emmern** & **Emmerforn**. Belgis, *Amelkoren*. Anglis, *Amilcorne*, *Starche corne*. Far aliud nobilius, addit Cefalpinus s, quod rarius in Italia feratur, grano longè crassiore & candidiore, quod è suis folliculis facilius, more Tritici erumpat, cuius spica sine arista sit: an huius species aliqua?

**VIRES.** Olyra, inquit Galenus t, mediam Tritici & Hordei naturam possidet, tam vt nutrimentum, quam vt medicamentum: at Dioscoridi Zea minus nutrit: &, vt Aetius u Olyra tanto deterior est Tritico, quanto melior est quam Tiphera & Auena. Attamen in panes quoque (candidos) cogitur, ex qua similiter *νεμνον*, id est, crassior farina factitatur. Panes Olyrini x, si ex bona Olyra fiat, post Triticeos optimi sunt: at si ex vitioso semine facti sunt, Tiphinis inferiores erunt. Plinio y ex Arinca dulcissimus panis. Mnesitheus panem qui ex Olyra fit, multum nutrire dixit, quia sine magno labore digeritur, Athenæo. Pultes ex huius farina & pane, non secus quam ex Tritico, ori gratæ, apud Mediomatrices coquantur, ex Olyra & Tragus, vt supra ostendimus, conficiebatur, & Plinius z Far ex Olyra fieri dixit.

**NOMEN.** Oryza Germanica Trago dicitur, qui Columellæ a Far candidum seu vennuculum album facit, & Tragus cereale existimat: cui Dodonæus (Oryzam Germanicam vocans,) & Tabernæmontanus contradicunt: siquidem Tragus, res sit factitia, Chondro similis, nec frumentum aliquod naturale: quare Olyra Dioscoridis b magis similem, aut Plinij c Sandalo, Faris Gallici speciei: aut Farri d Clusino, quod fortasse idem cum Plinij Sandalo est, cum vtrumque sit candidum: & an Far sit Gallicum semine candido, Ruellij e, dubitat, quod *Blance* à rusticis appellari Ruellius e scribit. Verum quid de his nobis videatur, (cum Sandalum apud Plinium res factitia sit,) ex præmissis colligere est: attamen, cum Farre Clusino Columellæ conuenire, facile assenserimus: quod Clusinum forte dictum à Clusio oppido Transpadanæ Italiæ, quæ alias togata Gallia nominatur. Olyra, Aduers. Far, Castori. Tiphera Theophrasti, Tabernemotano. Germanis, *Teutcher Auen*. Cum hoc conuenit FAR CLVSINVM in Lugdunensi historia, de quo hæc habet: Far Clusinum aduectum ex Italia, & in agro pingui satum, ad hominis altitudinem, vel etiam procerius creuit, caule sex f geniculis distincto: folijs totidem: radiculis quinque vel sex fibrosis: spica palmum longa, pro longis aristis horrida: folliculis amplius densis, multiplicibus, granum ambiens, longum, exile, profundius lacunatum. Faridum, quod vix excutitur ac euoluitur, vt non immerito dixerit Plinius, in area non exteri vt Triticum, Hordeum, Siliginem, sed tostum purgari, vt Panicum, Milium, quæ cum folliculis cruda feruntur, ac ideo Far minimè tostum, cum vaginulis ad satum seruari. **QUALITAS ET VIRES.** Temperamento & facultatibus Tritico & Speltæ respondet: ad multa culinæ opera utile: coctum cum lacte, vel cum iusculo carniū Oryzæ modo, cibus gratus est, qui etiam, vt & panis ex eo confectus, probe alit: an verò alium emolliat, nec dum obseruauimus. Sunt qui aqua decoctum, cum petroselino & anetho minutim dissecto, comedant.

DE ZEOCRITHO SEV ORYZA

GERMANICA.

*Nordium uocatur. v. sp. 1. 4. 13*

CAPVT XV.

**ZEOKPIΘON**, seu Oryza Germanica, (licet cum Oryza nihil affinitatis habeat, sed potius mediæ inter Zeam & Hordeum naturæ.) Frumentum est radicibus, folijs, culmis geniculatis Zeæ similibus: spicis, Hordei modo asperis, & acutis aristis armatis, singulis tamen maioribus: grano candidiore, vtriculo vt Amylæu incluso, quod Zeæ modo à cortice in mola repurgari potestulat.

**Locvs.** Est ex æstiuarum frugum genere, quare apud Mediomatrices cum alijs trimestribus seminibus in optimis agris feritur, qui proprium nomen ignorantes, Oryzæ saluberrimæ genus esse affirmant, Risum Germanicum vocantes.

\* \* \* \* \*

s lib. 4. c. 43. t 8. simplic. u tetra bibl. 1. ferm. 2. cap. 153. x Gal. lib. 1. alim. facult. c. 13. Orisbas. 1. collect. 13. v lib. 18. cap. 10. & Plin. lib. 22. cap. 25. z lib. 18. c. 7. a lib. 2. cap. 6. b lib. 2. c. 113. c lib. 18. c. 7. d Columell. lib. 2. c. 6. e lib. 2. c. 17. f & Plin. mus, fari semine genicula tribuit lib. 18. c. 7. g à vergiliarum occasu ferendum Plin. lib. 18. c. 24. in loco humido lib. 18. c. 17. & cap. 21.




DE ZEOPYRO SEV TRITICO

SPELTO.

CAPVT XVI.

ZEOPYRVM SEV TRITICO-

SPELTVM.



ZEOPYRON SEV TRITICOSPELTVM:

Zea simile est, & eodem modo quo Zea dicoccos profilit, radicibus multis, tenuibus, fibratis: culmis ex vno grano multis, (decem, viginti, triginta, nonnunquam pluribus foecundo solo inquit Cordus a,) geniculatis, Hordeo similibus & aequalibus; vt & spicis & spicarum aristis: semen quod Hordeo aequale, non perinde ac Zea glumis inuoluitur, sed Tritici modo purum, glabrum & nitidum, sublutei coloris, & a glumis vt Triticum; in area facile flagellis exeritur.

Locvs. Hoc apud Mediomatrices frequens est, solumq; amat foecundum.

NOMEN. Cum similitudinem ζείας η̄ πυρῑs habeat, idcirco cum Galeno b, (qui inter fruges recesuit) ζεόπυρον seu Triticospeltum nominamus, quod in Bythinia & γυμνόκελον, id est, Hordeum nudum ac corticis expers,

A quod in Cappadocia prouenire scribit. Et Plinio c Hordei genus in Boetica & Africa, quod glabrum appellat Turranius. Ordeum ἐξάσιχον rusticorum more Columella d vocat, & Cantherinum, quod folliculo castratum nascatur, sponteque granum gluma excidat: Cantherij enim dicuntur equi, qui castrati sunt, Catone autore. Speltae tertia species, Trago, qui cum Chondro, aut Alica (quae res tamen sunt factitiae) conuenire statuit, & Far vennuculum rutilum B Columellae censet. Zeopyron, Dodonaeo, Aduers. Lobelio, Lugdunensi, Tabernæm. Hordeum Hexastichum, quod hodie Hordeum sine tunica, Cordo e, Hordeum glabrum eidem f. Hordeum nudum Gesnero g, Gerardo: Hordeum γυμνόκελον, Anguillaræ, Camerario. Hordeum mundum Cesalpino. Germanis, Kern/Weyhen/Spelt/Mackete Gerst. Belgis, Teruue Spelte, Naecte Gerste. Anglis, Naked Barly, Vbeate Barly. Italis, Orzo nudo. Neapolitanis, Orzo mon-

starolo. QUALITAS ET VIRES. Substantia eius, Galeno b inter vtrumque media quodammodo est, ac si ex vtroque esset commista: tamen panis qui ex eo semine conficitur, eo qui ex Briza in Thracia conficitur, (inquit b,) tanto melior est, quanto Triticeo deterior est. Apud Germanos non minus panibus & cibus parandis, quam Hordeum, cuius etiam gustum imitatur, adhibetur, & ad pistrinarum opera vsum praebet: Hordei modo cum lacte aut carniū iusculis coquitur: alij cum aqua operarijs, cum cibus sit optime nutriens, exhibent: ita & panis ex eo confectus, melius eo qui ex Zea fit, nutrit. Pultes ex farina & panis mica, eo modo quo ex Zea & Tritici farina, & fanis & agris grate, parantur. Verum & in Cataplasmatibus loco Triticeae farinae vti possumus. Alica etiam quibusdam in locis ex hoc conficitur. Historiae Lugdunensis auctor a Zeopyro distinguit, Zeopyrum Gymnocrithon vocans, inquit, Hordeum cortice exutum si seratur, tale prouenire, vt ad Ptisanam conficiendam no sit praeterea tundendum, seminis gustum non minus suauem esse ad omnia cibariū genera, quam Hordei spoliati: nihil ab Hordeo vulgari diuersum esse, quam quod granum nullo cortice amictum in folliculis aristatae spicae

a lib. 1. histor. cap. 78. b 1. de aliment. faculte cap. 78. c lib. 18. c. 7. d lib. 2. c. 9. e lib. 2. in Diosc. cap. 108. f lib. 1. histor. plant. g libro de horis.

nascatur:



nascatur: quod ipsum & in alijs Frumentorum generibus fieri dicit, si detracto pariter cortice terræ mandentur: cuius vis eadem quæ Ptisanæ hordeaceæ. Et, vt Columella i, proximus est frumentis vsus Ordei Hexastici, quoniam & alia animalia quæ ruri sunt, melius quàm Triticum, & hominem salubrius, quàm malum Triticum pascit.

DE SECALI ET FARRAGINE.

CAPVT XVII.

SECALE HYBERNVN S. MAIVS.



SECALE duplex est, ratione sationis discretum, alterum enim autumnò satum, per hyemem in terrâ nutritur: alterum, Vere seritur. SECALE HYBERNVN vel maius, radicibus est multis, tenuibus, fibrosis: folijs cum primùm prodeunt rubescentibus, dein vt reliquorum frumentorum virentibus, Tritici tenuioribus, longioribus, culmis numerosis, senis, septenis etiam pluribus, (si enim ante hyemem, à pluuiosa tempestate illæsum radices egerit, & in cespitem quasi euaserit, magni prouentus spem facere so-

let, quæ plerumque adeo non fallit, vt ex vno grano duodeni & plures quandoque, spicati culmi exeant,) qui Triticeis graciliores, at firmiores, longiores, & ex vagina aspera, graminea, arundinaceæ, quaternis vt plurimum, nonnunquàm quinis internodijs distincti, prodeunt: spicis in versus digestis, aristis breuib, nequaquam innocentibus, cinctis & aliquot quasi hamulis, ferratis, (caueat ergo quis ne ori spicam indat,) vt sequenti figura à aliquot aristis expressimus, quod & in reliquarum frugum aristis notauimus: flore est luteolo, qualis in plerisque frumentis obseruatur, & diu floret, adeo vt quadragesimo die tantum à flore maturescat, postquam enim defloruit, septimanis quinque maturatur. At spica cum floret erecta est, quare rubigini, cum imbres retinuerit, opportuna: semine vero prægnans, procumbit ac deorsum propendit, quia longior. Granum est oblongum, strigosius, tenuius & nigrius Tritico, glumis non opertum, sed nudum, ideo caducum, & sæpenumero sponte exiliens.

Locvs. In Germaniæ, Galliæ, aliarumque regionum locis plurimis, præsertim septentrioni subiectis, nascitur qualicumque solo, etiam gracili, macro & arido, in fecundiore tamen ac lætiore melius & præstantius. Apud Germanos autumnò seritur, & si cœli temperies responderit, notio plerumque à satione mense in horrea conuehitur: apud Belgas etiam agris aridis & sterilibus, vt in Brabantia Campania, feliciter crescit, apud Neapolitanos solo sicco, sabuloso & effœto seritur.

NOMEN. Dicitur Secale, Plinio. Siligo, Brunfello, Hermolao & Lonicero. Siligo veterum, & Secale Trago, qui hybernâ & æstiuam nominat. Secale & Farrago, Matthiolo & Castori. Secale, Fuchsio, Dodonæo b. Lobelio, Lugdunens. qui vtriusque meminit, Tabernemont. Gerardo Rogga siue Secale, quod autumnò & quod vere seritur, Dodonæo. Olyra, Cordo c. Tiphæ cerealis & Tiphæ Theophrasti, Porta. Germanis, *Rocken* / quibusdam *Rockenorn* / ad differentiam Tritici & Zeæ, quæ etiam *Rorn* siue frumentum generali vocabulo dicuntur. Belgis, *Rogge*. Anglis, *Rie*. Galli, *Seigle*, *Seigle*, vel vt Ruellius d litera vna etrita, *Seclam* vocant. Italis, *Segala*.

i lib. 2. cap. 9.

a Secalis luxurians.

b edition. Gallica.

c in Dioscorid.

d lib. 2. cap. 22.



Neapolitanis, Germano. Hispanis, *Cente-*  
*no.* Vngaris, *Ros*, *Tavazi Ros*. Bohemis,  
*Zito*.

SECALE VERNVM VEL AESTIVVM: altero  
minus & gracilius est, cum hybernum læ-  
tius sit, paucioribus culmis, spica breuiore  
ac tenuiore, granoq; leuiore, quod vere cum  
Hordeo æstiuo seritur, & Iulio, quinto à sa-  
tione mense apud nos metitur.

NOMEN. Siligo æstiuæ Trago: Secale al-  
terum, Lugdunensi: Rogga siue Secale æ-  
stiuum, Dodoneo. Ad quam veterum plan-  
tam referenda sit, hæcenus disputatum fuit,  
alijs ad Siliginem, vt Hermolaus *e*, Brun-  
felsus, Tragus: alijs ad Brizam, vt Ruellius *d*,  
qui eos in magno errore versari, qui Siligi-  
nem esse existiment, scribit: alijs Tiphæ est,  
vel saltem eius species, vt Portæ: alijs ad O-  
lyram referentibus. At ne quis cum Siligi-  
ne idem faciat, vt Hermolaus, qui veterem  
Siliginem esse non ambigit: cum Siligo  
granum habeat candidum, leuius sit Triti-  
co, ac Tritici, vt inquit Plinius *f*, delitiæ,  
ex qua panis laudatissimus, & pistrinarum  
opera laudatissima fiunt. Secale verò gra-  
num habet nigrum, striatum, angustum, ex  
quo panis ater, ad plebeculæ famem arcen-  
dam, conficitur. Accedit, quod Siligo sem-  
per rectam habeat spicam monente Plinio *g*,  
nec rorem contineat, qui rubiginem faciat:  
at Secale semine prægnas, spicam habet pro-  
cumbentem, & deorsum nutantem. Nec  
etiam Olyra esse potest, cum Olyra candida  
sit, & multis glumis vestiatur: Secale ve-  
rò nigrius est, & vtriculis non includitur.  
Ruellius *d* Brizam Asiaticam à Galeno scri-  
ptam, non longè dissidere credit, ab ea Far-  
ragine, quæ Gallis Secale vocatur, ex qua  
fiat panis ater quidem, sed recens non insua-  
uis, ab eaque nomen Bizi panis in Galliæ  
vulgus manasse putari, extrita litera r, Galli  
etenim *pan Biz*, panem nigrum vocant.  
Hæc Ruellij, Tabernemontanus non solum  
approbare videtur, sed *βριζα* Galeni & Se-  
calem idem esse affirmat. Verum cum Bri-  
zæ grana vtriculis includantur, Secales ve-  
rò granum nudum sit, diuersa esse quis non  
intelligit. At Græcis incognitam arbitra-  
tur, & à rei rusticæ scriptoribus Romanis,  
Catone, Varrone, Columella & Palladio præ-  
termittam, quia vsum eius ingratisimum  
putarint, & solis subalpinis gentibus fami-

liarem: fortè etiam quod priscis illis tem-  
poribus, Latio ignota fuerit: vel fortè quod  
in Tritici & Farris & aliarum meliorum fru-  
gum copia, Secalem neglexerint, nõ dignam  
arbitrati, quæ posteris vulgaretur, & quæ in  
Italia sereretur. Quare ad Secalem Plinij *b*  
referre oportet. Rarum dictu esse aliquid,  
cui pro fit negligentia. Id autem quod Se-  
cale atq; Farrago appellatur, occari tantum  
desiderat. Secale, Taurini sub alpibus, A-  
siam vocant, aterrimum (alijs deterrimum  
legunt) & tantum ad arcendam famem vti-  
le: foecunda, sed gracili stipula, nigritia tri-  
ste, sed pondere præcipuum. Admiscetur  
huic Far, vt mitiget amaritudinem eius: &  
tamen sic quoque ingratisimum ventri est.  
Nascitur qualicumque solo cum centesimo  
grano: ipsumque pro lætamine est. Hæc  
Plinius: cui etiam Farrago eadem ratione,  
qua Far, Hordeum, Avena, Triticum, Far-  
ragines nominantur, quando videlicet iu-  
mentorum pecudumque pabulo seruntur,  
vt Farrago. Sed pauca de Farragine asper-  
gamus.

FARRAGINIS VOX, diuersa notat, siquidem  
Persius *i*, pro Farre vel Frumento posuerit,  
licentiæ Poëtica. Vappa & lippus & in te-  
nui Farragine mendax. Plinius *k* verò Se-  
cale primum, dein eodem capite Farraginis  
nomine aliud notat, dum inquit. Farrago  
ex recremento Farris prædensa seritur, ad-  
mixta aliquando & Vicia. Generaliter ta-  
men Farrago, quam Græci *ρασιν* appellant,  
significat omnem viridem segetem, quæ ex  
multis satis, vt Hordeo, Vicia & Legumini-  
bus pabuli causa fit, quod ex M. Varrone *l*  
ostendimus, qui pabuli genera recensens,  
Ocymum, Farraginem, Viciam, nouissimè  
foenum secari scribit, & subiungit: Ocy-  
mum ex pabuli segete viride sectum ante-  
quam gerat siliquas. Contra, ex segete, vbi  
sata admixta Ordeum, & Viciam, & legumi-  
na, pabuli causa viridia: quod Far ferro cæ-  
sa, Farrago dicta est, aut quod primum Far-  
ris segete feri cæpta: Ea equi & iumenta cæ-  
tera verno tempore purgantur ac saginan-  
tur. Plinius *m* in Africa, ex Hordeo fieri  
scribit, modum Columella *n*, his verbis  
proposuit: Farraginem in restibili sterco-  
ratissimo loco & altero sulco serere conue-  
nit. Ea fit optima cum Cantharini Hordei  
decem modijs iugerum obseritur, circa æ-

e lib. 2. corol. 314.

f lib. 18. c. 9.

g lib. 18. cap. 16.

h lib. 18. c. 16.

i Satyra. 5.

k lib. 18. c. 16.

l 1. de re rustica. 31.

m lib. 18. cap. 16.

n lib. 2. cap. 11.



quinoctium autumnale, sed impendentibus A pluuijs, vt consita, rigataque imbribus, ce-  
 riter prodeat, & confirmetur ante hyemis  
 violentiam. Nam frigoribus cum alia pa-  
 bula defecerunt, ea bubus caeterisque pecu-  
 dibus optimè defecta praebetur: & si depa-  
 scere saepius voles, vsq; in mensem Maium  
 sufficit. Quod si etiam semen ex ea voles  
 percipere, à Calendis Martijs pecora depel-  
 lenda, & ab omni noxa defendenda est, vt  
 sit idonea frugibus. Plinius o ex Tritico  
 Farraginem fieri his verbis testatur: & in B  
 Tritici genere pars aliqua pabuli est, qua-  
 drupedum causa fati, vt Farrago. Quare  
 Absyrtus etiam πυρίην χράσιν Triticeam Far-  
 raginem, equulis maximè probat, ea si desit,  
 κεθίωιν, quam Eumelus ijs referat, post tri-  
 matum dari solitam. Ruellius quoque hac  
 de re audiendus p: Duplici ratione inquit,  
 apud Gallos Secale feritur, nunc solum &  
 simplex, nunc Tritico aut Farre mixto, æ-  
 quis ferè partibus: miscellaneam hanc se-  
 getem Galli *Meteil*, quasi miscellam nomi-  
 nant. Conditiuamque, excusis etiam granis;  
 Farraginem, rustici Galli appellant, quem-  
 admodum & fasces & manipulos inde com-  
 positos, Farreum. Ea per hyemem iumen-  
 torum pecudumque pabulo cedit, quibus  
 etiam pro stramine est: id causæ fuit, cur  
 Secale Plinio, Farraginis genus fuerit, quan-  
 do videlicet pecudum iumentorumque per  
 hyemem pabulum efficitur.

QUALITAS. Secale Tritico in calefacien-  
 do & digerendo potentius est: at Matthio- D  
 lo refrigerat & humectat, ordine primo:  
 temperate calidum Tabernæmontano: mi-  
 nus tamen Tritico & plus Hordeo emollit  
 & pus mouet.

VIRES. Nunc de vsu & viribus ipsius, à  
 PANE SECALINO exorsi, dicamus. Secale  
 cum proximum inter frumenta à Tritico &  
 Zea locum habeat, ex eo panis conficitur,  
 qui aliquibus ἀσπῆ σκαλινός, panis fecalinus:  
 Plauto panis ater: alijs panis cibarius & fe-  
 cundarius dicitur: qui ater & ponderosus, E  
 lentoris atque obstruentis naturæ non nihil  
 habens, concoctu difficilis, respectu Triti-  
 cei & eius qui ex Zea conficitur, ventriculo  
 grauis est, praesertim si furfuribus careat,  
 quare agrestibus potissimum idoneum esse  
 volunt, quamuis per annonam etiam vulgi  
 inediam expleat, & agricolis quibusdam

persuasum, huius panis esu corpora vali-  
 diora fieri. Bruyerinus q asserit in Lugdu-  
 nensi tractu & vicinis, mulieres, quæ pane  
 Secalino aluntur, validas & bene curatas for-  
 maque egregia conspici: qui tamen admo-  
 dum spernendum alimentum hominibus  
 praestare censet. Hic veterascens acorem  
 contrahit, perquam recens aliquam odoris  
 gratiam habet, quam confertim durefcens  
 exuit. Quod si ex farina pollinario cribro  
 exacte cribrata, furfuribus purgata confi-  
 ciatur, bene nutrit, nec insuauis est, ita vt  
 à quibusdam eo assuetis, praeratur ei, qui  
 vel ex Tritico, vel Zea conficitur, cum etiam  
 non ita facile aere exsuccus & aridus redda-  
 tur, vt is qui ex Zea confectus est. Alijs Se-  
 calinus Syncomistos, id est, qui omnia simul  
 habet, farinam, furfures, & vtriculos, si pro-  
 be coctus beneque fermentatus fuerit, mi-  
 nus lentus est, non admodum aegre conco-  
 ctur, citoque per aluum labitur: at Triticeo  
 Syncomisto, & grauior & concoctu diffi-  
 cior. Optimus conficitur ex Secale non ni-  
 mium recenti (cum enim humiditate abun-  
 det, humidum paucumque praebet alimen-  
 tum, difficilis concoctionis, flatus verme-  
 que generat,) nec inueterato grauisque odo-  
 ris (siquidem is & difficulter concoquere-  
 tur, & putridum sanguinem generaret,) di-  
 ligenter repurgato, mediocri fermento &  
 sale addito: qui etenim fermento & sale ca-  
 ret, insalubris est, iecoris meatus, per quos  
 alimentum fertur, obstruit, calculos in re-  
 nibus gignit, articulis obest, putridos hu-  
 mores vermium materiam generat. Si vero  
 nimium sit fermentatus, ingrati saporis est,  
 quem & ventriculus fastidit. Salubris is,  
 qui vnius, vel duorum dierum est: si anti-  
 quior sit, robustis & operarijs relinquen-  
 dus. Nec calidus comedendus, vt qui ven-  
 triculo noxius, corpus inflat, aegre conco-  
 quatur, sitimque causat. Quod schola Sa-  
 lernitana his versiculis exprimit. Panis non  
 calidus, nec sit nimis inueteratus, Sed fer-  
 mentatusque oculatus, sit bene coctus, Et  
 falsus modicè ex granis validis electus. Ne  
 comedas crustam, choleram quia gignit  
 adustam. Et panis falsus, fermentatus, be-  
 nè coctus. Purus sit sanus, non talis sit tibi  
 vanus. Refert Bruyerinus q rura Gallica  
 eo maximè oblectari, quando ceræ colorem  
 refert, indeque cereum panem appellare,



quem ponderibus statim à coctione super-  
 positis, contrahat: etiam mulierculas deli-  
 catiores, cum lacte mandere. Solent nostri  
 tantundem Triticeæ, vel ex Zea confectæ  
 farinae, commiscere, laudabilioremque pa-  
 nem conficere, vt sic panis teneritudinem  
 suam diutius retineat: alij admiscunt Triti-  
 cum, vt panem leuiorem gratioremque red-  
 dant, etiam Medicorum consilio, ad aluum  
 emolliendam magnatibus sic paratus, primo  
 cibo, maximè æstate, in vsu est. Apud Nea-  
 politanos, cum panis hic viscosæ & tenacis  
 substantiæ sit, rustici in panificio milium  
 admiscunt, vt eius friabilitati huius viscosi-  
 tate consulatur. Mica præfertur, præfer-  
 tim ex farina Secalina benè repurgata, quo  
 namque plus furfurum miscueris, eo minus  
 nutrit: crusta verò & difficulter concoqui-  
 tur & melancholicum sanguinem generat:  
 etque ijs utilis qui corpulentiam metuunt.  
 Si namque circa finem pastus eo vtantur,  
 cibos præsumptos deprimit, vt cito per al-  
 uum delabantur, & orificium ventriculi ro-  
 borat: utilis & ijs qui ventriculo humido  
 sunt. Est nonnullis panis Secalinus Triticeo  
 minus calidus, at Hordeaceo calidior: hoc  
 magis, illo verò minus nutrit. Nec solum  
 ex Secale panis, verum & potus conficitur,  
 alius quidem ex ipsius farina, alius verò ex  
 ipso pane. Ille pro pauperibus hoc pacto  
 conficitur. Accipiunt farinam Secalinam  
 confusam, vasi indunt, sensim calidissimam  
 aquam agitando affundunt: vas repletum in  
 vigesimum vsque diem, antequam vtantur,  
 relinquunt: hic potus iniucundus non est,  
 qui & nutrit & sitim sedat. At ex pane, pro  
 fiti etiam magnatibus placet aqua, in qua pa-  
 nis Secalinus diu agitatus fuerit, quæ ac-  
 rem quendam non insuauem inde refert,  
 (aquam panatam Gallicum vulgus vocitat,) eamque  
 vtiliorem putant quam ex candido  
 & Triticeo. Germani verò sic conficiunt.  
 Accipiunt micæ tenuissimè comminutæ vn-  
 cias quinq; vel sex, vasi terreo indunt, men-  
 suram aquæ fontanæ affundunt, mox simul  
 ex vno vase in aliud sæpius transfundunt,  
 quo facto vbi micæ confederint, per pan-  
 num aut filtrum colunt. Potus gratus ijs,  
 quibus vini vsus interdictus, loco & alimen-  
 ti & potuserit. At qui ventriculo imbecil-  
 liore sunt, aquam prius coctam & refrigera-  
 tam, additis cinamomi contusi drachmis

**A** duabus, affundant, & post transfusionem, an-  
 tequam percoletur, horis duabus in vase ter-  
 reo stare sinant. Embammata optima ex fo-  
 lijs gramineis, coqui tempore quadragesi-  
 mali conficiunt, quæ quidam sale & aceto  
 temperant: quibus & ad carnes & ad pisces  
 vtuntur. Sunt qui hoc pacto conficiant: fo-  
 lia tenella, lota & absterfa, in mortario con-  
 tundunt, & per linteum exprimunt, post-  
 modum panem Secalinum super craticulam  
 tostum aceto, vel omphacio adhuc calidum  
 indunt, vbi refrixerit, prædictum succum  
 affundunt, per pannum laneum exprimunt,  
 sal addunt: quando vti volunt, parum Pipe-  
 ris, aut Gingiberis contusi admiscunt.

**V**SVS. **INTRINSECVS. FLORVM:** contuso-  
 rum drachma vna cum vino albo, secundi-  
 nas pellit. **FOLIORVM:** ex folijs gramineis,  
 minutim dissectis, in balneo Mariæ aqua eli-  
 citur, cuius vnciæ duæ in calore hepatis, re-  
 num & vesicæ, mane & vesperi propinantur,  
 eaque vinum diluitur. Infantibus febrici-  
 tantibus cum syrupo violaceo exhibetur.

**GRANORVM:** in alui fluoribus ad tormina se-  
 danda, granorum manipuli duo, in aquæ li-  
 bris sex macerentur, coquantur ad mollitiem,  
 colentur: huius colaturæ haustus ter in die  
 exhibeatur. Vermes infantum expellit, po-  
 tus ex granorum manipulo vno in aquæ li-  
 bris sex decocto. Vel, accipe secales vncias  
 duas, sebesten vnciam vnã, coriandri præ-  
 parati drachmas duas, affundantur aquæ li-  
 bræ sex in cantharo bene obturato: quem  
 in aqua pleno indere oportet, in quo ho-  
 ris quatuor bulliant, dein refrigerata colen-  
 tur, & ad placitum inde bibatur. **FARINÆ:** in  
 alui fluore commendantur placentæ ad fo-  
 cum coctæ, ex farina recentissima, vitellis  
 duobus ovorum, duabus nucibus moschatis  
 simul contritis, & tantundem seminis plan-  
 taginis latifoliæ tenuissimè contusi. **PANIS:**  
 ad alui profluvia & dysenteriam aqua ex mi-  
 cis comminutis cucurbitæ inditis, in balneo  
 Mariæ elicatur, quæ clara, saporis subacidi,  
 cuius quotidie ad minus bis, vnciæ duæ sin-  
 gulis vicibus propinentur: infantulis verò  
 sæpius cochleare vnum detur. **EXTRINSECVS.**  
 In calidis Cephalicis, & oculis, à causa cali-  
 da dolentibus, linteola aquæ ex folijs destil-  
 latione elicite, intincta, fronti & oculis im-  
 ponantur. Capitis & dolores diuturniores  
 lenit, farina confusanea quæ totum recipit,



in linteo capiti circumligata. Oculis illacry-  
 mantibus collyrium fit ex granis combu-  
 stis, puluerisatis, & vino albo mixtis. Ulce-  
 ribus à frigore hyberno causatis hic puluis  
 utiliter aspergitur, vt & ad vlcera antiqua,  
 cum rutæ combustæ pari dosi. Vulneribus  
 farina diligenter cribrata & inspersa ichó-  
 rem (*Gliedwasser* vocant) sistit. Ad aluum  
 sollicitandam ex farinæ partibus duabus, sa-  
 lis vna, cum albumine oui in pastam mixtis,  
 suppositoria formantur. Oleum, etiam fit  
 secalinum, hoc pacto: Ex granis, duabus B  
 laminis ferreis calidissimis exprimunt: alij  
 crasse contundunt, boccæ indunt, & ar-  
 te chymica oleum eliciunt: alij contusa, pa-  
 læ indunt, torrent, vino generoso irroran-  
 do, calidissima torculari subdunt & expri-  
 munt. Cuius olei vsus ad maculas, asperi-  
 tates cutis, impetigines, fissuras & achores  
 infantum. Manuum s pedumque rimis,  
 cinis culmorum aqua subactus & illitus me-  
 detur. Apostemata calida maturat farina, in  
 aqua in modum pultis decocta & imposita: C  
 nam emollit & pus mouet. Ad capillitium  
 pulchrum, lixiuium ex spicis commenda-  
 tur: huius paleæ t & corticum arantiorum  
 decoctum, capillitium flauum & nitidum,  
 frequenti muliercularum experimento, ef-  
 ficat. Furfuribus Secales, pleraque quæ &  
 Triticeis (de quibus supra) tribuuntur:  
 quod si cum Rutæ succo coquantur in mo-  
 dum cataplasmatum, mammis post partum  
 dolentibus & induratis vtiliter erunt. Cul-  
 mis lentis, flexilibus, aqua madefactis, viti- D  
 lium vice, maxime ad vites alligandas utun-  
 tur, & nostri *Schaub* vocant. Nunc pauca  
 de ipsius Secales luxuria aspergamus.

SECALE LVXVRIANS: In Secale sæpif-  
 simè accidit, ut spicæ quædam, postquam  
 flores deciderunt, ac semina iam augmen-  
 ta suscipere incipiunt, vitium aliquod in  
 granis contrahant: videmus quædam se-  
 mina longius ex suis vtriculis seu glumis  
 protendi, ac in mediocrem etiam crassi- E  
 tiem excrescere, quorum quædam in cor-  
 niculi modum recurvantur, quæ omnia ni-  
 grum colorem foris contrahunt, intus ve-  
 rò candida farina densioris materiæ con-  
 stant. Hoc contingit, vbi tempore quo flo-  
 ret copiosæ sunt pluiæ, & ijs calor solis  
 feruidior succedit: forte quia maior succi  
 copia, quam ad grani iustum alimentum

## SECALE LVXVRIANS.



opus est, attrahitur, ita vt corticem adhuc  
 tenerum rumpi & internam substantiam in  
 maiorem molem augeri necesse sit. Re-  
 fert Plinius u inter vitia segetum & luxu-  
 riam esse; cum onerata fertilitate pro-  
 cumbunt: quibus verbis Plinium hoc i-  
 psum notare voluisse, statuimus: etsi sint  
 qui velint eum id vitij innuere voluisse,  
 quod Theophrastus x *Φυλλομανία*, seu insa-  
 nam foliorum luxuriam vocauit. Lonicero  
 Germanicè *Kornzapfen* id est, Clauis sili-  
 ginis, dicuntur: at Thuringis, monente  
 Thelio y *Nochtensitter* hoc est, Secales ma-  
 ter, vulgò dicitur, quo ad sistendum sangui-  
 nem vtuntur. Novimus quendam qui in  
 frequenti gingiuarum hæmorrhagia, ho-  
 rum granorum sola in ore detentione, feli-  
 ci cum successu, vsus est. In vterinis dolo-  
 ribus mulierculæ, grana tria, iteratis vici-  
 bus assumta, commendant.

SECALE LATIFOLIA PEREGRINA: cul-  
 mis exurgit candicantibus, rotundis, stri-  
 atis, quibus spica palmum longa, crassa, ari-  
 stis longissimis, & vt in vulgari, tenuissi-  
 mis denticulis asperis armata, insidet: folia  
 habet cubitum longa, vnciam lata & per  
 marginem leuiter exasperata: grana non vi-  
 dimus: spicam & folia ex horto Clarissimi  
 Contareni, Senatoris Veneti habemus.



SECALE AFFINIS PEREGRINA. Meminit A Garziàs & farinæ NACHANI : est autem semen nigrum & minutum sapore Secales, conficiendis panibus aptum. Huius seminis vt rectè Clæsius, etiam meminit is, qui naufragium nauis S. Benedicti nomine, quæ paulò supra promontorium bonæ spei ad scopulos allisa est, descripsit, aitque sinapi simile esse, sed nigrius, cuius farina in panes orbiculares subacta, tota illa Æthiopiæ ora maritimâ, præsertim inter fluuium S. Christophori & eum qui à S. Lucia nomen accepit, vescuntur. Videtur Pollux a *ἀειδιον* vocasse, quod Æthiopibus semen patrium sit, sesamo non ab simile, ex quo panem pistum Æthiopes *ἀειδιον* vocent. Orindi panis etiam mentio fit à Sophocle b, siue, ut inquit Athenæus c, qui ex Oryza fieret, vel ex eo semine quod in Æthiopia Sesamo similitimum nascitur.

NOMEN. Secales peregrinum genus, in Lugdunensi historia nominatur.

## DE HORDEO.

### CAPVT XIIIX.

FRUMENTORVM duo fastigia antiquis fuisse videntur, Tritici & Hordei, præ cæteris quidem cerealibus vtilissima, & quorum cætera quasi degeneres partus sint, & naturæ ex Tritico & Hordeo mixtæ : etsi nonnullis Hordeum, Siligo spuria videatur.

HORDEVM, *κριθή* Græcis nominatum volunt, quasi secretum ac separatum dicerent, quòd ab eo multo labore glumæ secernendæ essent, fortè rectius *κατὰ τὴν ἀγακρίθηναι*, quod eo reperto & in usum recepto, homines glandibus spretis, à brutis distincti sint. Antiquissimum enim in cibis Hordeum fuisse, infra ostensuri sumus. *οὐλαί* etiam Hordeum dicitur, quod olim ante inuentum molarum vsum, integrum comedere-tur : qua de re Suidas & Eustathius. Hordeum vero deriuant ab horrore, propter ipsius aristas, quòd eius arista mordacior sit Tritici arista : alij ab oriendi celeritate, quod ante omnia frumenta aridum sit : alij ab antiquo adiectiuo Hordus, quod apud antiquissimos grauidum significabat.

NOMEN. Arabibus, ut Serapioni Xabaer, Haliabbatis glossographo, Sair, Xair, Auicennæ Shair : alij Hababer, Hababeer, Sarahan,

A Scabair, Scehair, Xabar, Xaabar, Xahair. Germanis, Gersten. Belgis, Gerste. Anglis, Barly. Gallis, Orge. Italis, Orzo. Hispanis, Cerada. Vngaris, Arpa. Bohemis, Geezmen. Polonis, Janczmyen. GENERA. Vnius meminit Dioscorides a, at Theophrastus b, cuius verba hinc inde nostris adiecimus, plura prodidit discrimina, spicis, fructibus, formis, viribus & effectibus differentia : ei namque in Hordei genere, aliud binis spicarum versibus, aliud ternis, quaternisque, item quinis, cumque plurimum senis existit. Quod verò pluribus versibus construitur, hoc spissius, posituque semper arctius est. Indicum etiam magnam differentiam facit, quandoquidem ramis natum sit brachiari : spicæ verò alijs grandiores, rarioresque : alijs minores, frequentioresque, & alijs distantes à folijs, alijs proximiores, ut Achilleis cognomine. Et Hordeorum, siue granorum plura discrimina, aliud rotundius minusque, aliud oblongius majusque atque spica rarius : item aliud candidum, aliud ad purpuram accedit, quod & farinam copiosius reddere creditur, & contra hyemem & flatum, & in totum contra cœli mutationes candido validius est. At Plinio c momente, Hordeum Indis satiuum est & syluestre, ex quo panis apud eos præcipuus : meminit & eius cui bini sunt anguli, ex quo in Ægypto ptisana fiebat : ideo subiungit, spicæ quædam binos ordines habent, quædam plures usque ad senos : grano ipsi aliquot differentia, longius, leuiusque aut breuius aut rotundius : candidius, nigrius, vel cui purpurea est. Quod Plinius syluestre vocat, Strabo d Bosmoron nominauit. Columella e duplex genus proponit, hexastichum siue cantherinum, (fortè, quod folliculo castratum nascebatur, sic appellatum,) alterum distichon siue Galaticum ponderis & candoris eximij, quod Tritico mistum egregia cibaria familiæ præbere, prodidit. Sic & recentioribus, ratione formæ spicarum, in magnitudine, & granorum ordine, ac colore variat. Et hoc cum veterum Hordeo conuenit : quamuis fuerint qui dubitarint, num Hordeum quo nunc passim utimur, sit id quod ab antiquis tum Græcis tum Latinis tantoperè celebratum fuit. Nam Budæus f ex dictis Plinij, nostrum Italico dissimile esse dicendum affirmare videtur. Ait etenim se in Hordeo metiendo

a Capite de Lycio. a lib. 6. cap. 11. b in Triptolomeo. c lib. 3. cap. 15. d lib. 2. cap. 108. e lib. 2. cap. 9. f libro de assa. b 2. hist. 4. vide & 4. hist. 5. c lib. 18. cap. 7. d lib. 15.



comperisse, sextarium Hordei Parisini, pen-  
dere quindecim vncias & tres drachmas:  
qua ratione quaterni sextarii libras quinas  
Romanas & fescunciam efficiant: & modius  
vicenas libras & selibram, quod ut ait non  
conuenit cum dicto Plinij, qui de frumen-  
tis loquens, leuissimum ex his Hordeum ef-  
se, scribit, raroque excedere quindecim  
libras. Sed hic meminisse oportet, cum  
omnia semina, tum præcipue frumenta, pro  
locorum ratione ac natura, coeli que statu,  
in quo sata sunt & enata, pondus gravita-  
temque vel augere vel minuere.

**HORDEVM POLYSTICHVM.** Hordeum (ut  
Triticum *g* atque omnia frumenta) extre-  
mo utroque pullulat: ex altera *h* granipar-  
te deorsum germinante, radices fiunt te-  
nues, numerosæ *i* velut Tritici, ex altera  
vero sursum tendente herba, sed unico fo-  
lio ut cæterorum frumentorum arundina-  
ceo, tempore mitescente calami de medio  
mittuntur, erecti, Tritico breuiiores, fragi-  
lioresque, geniculis *h* octonis articulati: cir-  
ca quos folia binum cubitorum, Tritico la-  
tiora, scabriora: spicis (que, monente Theo-  
phrasto, nonnunquam in tertio genicu-  
lo, quædam in quarto spicam gerere inci-  
piunt, sed nondum aliqua mole conspi-  
ciam, equidem per totum culmum spica  
digeritur, & ferme cum culmari inceperint,  
mox ea conspici potest, sed latet antequam  
adultæ fuerit in folliculo,) in ordines &  
versus nunc ternos, interdum quatuor, nunc  
sex, nunc octo digestis, longis, firmis, mor-  
dacibus & asperis aristis è glumorum apici-  
bus prodeuntibus, flore qualis omnium spi-  
cam gerentibus, tanquam valle *h* quadrupli-  
ci munitis: quæ, ut Triticum florent: nam  
(inquit Theophrastus) folliculo absoluto,  
quarto aut quinto die florere incipit, toti-  
demque ferè diebus floret: qui verò plus  
temporis referunt, septimo *h* die defloresce-  
re denotant. Postquam defloruit crassa-  
tur, perficiturque quamprimum intra dies  
quadraginta. Granum simplici tenuissimo  
glumo seu palea, tunicave pertinaci hæsu  
id sepiente includitur, & in area exteritur:  
(vel ut Theophrastus *k* semen membrana  
quadam obtegatur, quam caro fructus ob-  
ducit.) Hoc ratione temporis ipsius variat,  
siquidem aliud autumnò feritur, (ex quo  
Maltum Septentrionales conficiunt,) & æ-  
state maturatur: Aliud verò vere Martio

& Aprili, cuius spicæ mollioribus aristis,  
veluti Distichi vallatæ sunt.

**NOMEN.** Quod pluribus versibus spica-  
tur *πλύστιχον*, sicut id quod sex versuum est,  
*ἑξάστιχον*: sic quod magnum & plenum, spi-  
camque erectam gerit, *Ἀχιλλίς κερα* ab Hip-  
pocrate *l*, à Theophrasto *τὸ Ἀχιλλίς* vocatur,  
& Galenus *τὸ Ἀχιλλιάδας κερας* exponit Hor-  
deum plenum & magnum ab Achille quo-  
dam sic nominatum, qui agricola Babro-  
nius fuisse dicitur, & hoc ærugini, monen-  
te Theophrasto, maximè obnoxium: quod  
verò incuruatur, *ἐπέκερα*, quod cum in-  
curuum nascatur, si imber decidat, ab æru-  
gine minus infestatur.

## I. HORDEVM POLYSTICHVM

HYBERNVN.



I. At quod HORDEVM POLYSTICHVM HY-  
BERNVN diximus, id Hordeu dicitur, Brun-  
felsio, Matthiolo, Lacunæ, Gesnero *o*, Lobe-  
lio (cui & Hordeu Polystichon autumna-  
le *p*) Lonicero, Dodonæo, Castori, Cæsalti-  
no, Gerardo: Hordeu maius, Trago: Hor-  
deum Polystichum, Fuchsio, Turnero, Do-  
donæo *q*, (cui & Hordeum cantherinum,)   
Tabernæmontano, (cui & hybernum ma-  
ius,) Lugdunensi: Hordeum primum, An-  
guillara: secundum, Cordo *r*. Germanis,  
Wintergersten / grosse Gersten. Belgis, Grotte

*g* Theoph. 4. caus. 8. *h* Plin. lib. 18. cap. 7. *i* Theoph. 1. hist. 9. *k* 1. hist. 18. *l* lib. 3. de morb. *m* 8. hist. 10. & 3. caus. 26. & 27.  
*n* in Exegesi. *o* lib. de horis. *p* Adversariorum parte prima. *q* Edisio. Gallica. *r* in Dioscoridem.



*Gherste*. Anglis, *Winter Barly*, & Britannis borealibus Scotis, *Bier*. Gallis, *Orge gros*: & Gallobelgis, *Soucrion*. Id quod in versus quatuor spicatur, apud Gallos, licet rarius feritur, cum colonorum spei non ita respondeat, ab ipsorum s agricolis quadratum, siue quadrangulum vocitatur. Alterum verò dicitur

## II. HORDEVM POLYSTICHVM VERNVM.




II. HORDEVM POLYSTICHVM VERNVM, quod Hordeum senis versibus, Matthiolo, Camerario: Hordeum septentrioni notissimum; *πλύστιχον*, Lobelio, siue polystichon vernalium, eidem t Hordeum polystichium æstivum, & Hordeum trimestre polystichum Tabernæmontano: Germanis, *Groß Sommergersten*. Belgis, *Sommergerste van veel ryen*.

III. HORDEVM DISTICHVM, primo ex ortu, gramine, stipulis, ferè nihil à priore differt, sed vniuersa sui parte gracilius, sesquicubitum rarò superans, aristis exilioribus, minusque rigidis, cuius spica duobus tantum ordinibus constat.

NOMEN. *Δίστιχον* & Galaticum, Columellæ: at Plinio, Hordeum cui bini sunt anguli nominatur: Hordeum cantherinum, Ruellius putat: Hordeum binis versibus,

## III. HORDEVM DISTICHVM.



Matthiolo, Camerario: Hordeum distichum, Fuchsio, Dodonæo, Turnero, Cordo u, Lobelio, Lugdunens. Tabernæmon. Cui & æstivum & trimestre minus: Hordei alterum genus, Cæsalpino. Germanis, *Kleingerst*/ *Fütergerst*/ eò quòd alendis pecoribus ferè utantur. *Sommergerst*. Belgis, *Sommergherste met twee ryen*. Anglis, *common Barly*. Gallis, nunc *Orge simpliciter*, nunc *Pomette*. Italis Lucensibus, *Scandella*. Notat Lobelius x in Borealibus Britannia, Hordeum spica mutica provenire. Observatum etiam est à Trago, Hordeum inter omnes fruges in spicam primum abire, nulloque flore præcedente, quam primum semen tenerimum asperis glumis involutum proferre, quod primum quidem molle, candidumque ac lacteum quasi apparet: mox verò maturitatem quam celerrimè assequitur, ac durefcit. Quare Plinio frugum est omnium mollissimum, atque ex omni frumento minus calamitosum, quia antea tollitur, quam occupet rubigo, quodque celerrimè reddit, fertilissimumque, cum y septimo plerumq; die à satione erumpat. Bis itaque aut ter in anno, antequam hyemis frigora irruant, Hordeum feri ac demeti potest, Martio nimirum, Aprili & Maio mensibus, quibus ferè in nostris regionibus, Di-

s *Brayer. de re cibor. lib. 5. cap. 7.* t *In Iconib. & adversar. parte altera.* u *in Dioscoridem.* x *in Adversar. parte altera.* y *Theophrast. 8. hist. 1. Plin. lib. 18. cap. 7.*



stichum feritur, quia hyemis & frigoris im-  
 patientissimum: melius tamen respondet,  
 si clementia hyemis permittit, cum circa  
 Idus Ianuarias seminatur. Theophrastus  
 virgiliarum occasu ferit, & maturius quam  
 Triticum. Cassianus *z* ab æquinoctio au-  
 tumnali inchoat, quod est a. d. II X. Calen-  
 das Octobris, cessat à satione Solstitio hye-  
 mali, quod est a. d. I X. Calendas Ianuarij.  
 Plinius *a* Virgilium sequitur: sic autem  
 Virgilius *b*. Libradies somnique pares vbi  
 fecerit horas, Et medium luci, atq; umbris  
 iam diuidet orbem, Exercete viri tauros,  
 ferite Hordea campis, vsque sub extremum  
 brumæ intractabilis imbrem. At modum  
 ferendi, colligendi & conseruandi, scire  
 qui volet, Vindanionium *c*, Varronem *d*,  
 Pamphilum Græcum, Plinium, Columel-  
 lam *e*, & alios, rei rusticæ scriptores,  
 consulat. Mirabile in Melio fieri Theo-  
 phrastus *f* refert: fata, inquit, intra trigin-  
 ta aut quadraginta dies ineterè incipiunt:  
 quamobrem eius loci incolas dicere con-  
 sueuisse, eatenus serendum, quatenus ma-  
 nipulum videris: Sed hæc nec coctu faci-  
 lia, nec multa apud eos fieri. Sed omnibus  
 mirabilius, quod in Chalcia Rhodiorum in-  
 sula fieri solet: illic enim locum quendam  
 præcoquem, fertilemque adeò narrant, ut  
 Hordeum satum, in eo, cum cæteris ferere-  
 tur in locis, metere, iterumque serere, at-  
 que cum reliquis frugibus iursus metere  
 possint. Maximam igitur hanc differen-  
 tiam, si vera sit, arbitrari debemus: hæc-  
 nus Theophrastus. Plinius *g* refert, quòd  
 in Hispaniæ Carthagine, Aprili mense col-  
 lectum est, hoc feri eodem mense in Celti-  
 bertia, eodemque anno bis nasci. In Ægy-  
 pto *f* Hordeum sexto à satum mense metitur:  
 in Hellade septimo: in Peloponeso octa-  
 uo. Solum requirit (Plinio *b* & Columel-  
 læ solutum siccumque) optimum & sterco-  
 ratum: licet Theophrasto *i* in gracili so-  
 lo satis proficere possit, quia minus & le-  
 uius alimentum desiderat. Quod si pluuiosa  
 tempestas accesserit, facile in Lolium de-  
 generabit. Nam ut Theophrastus *k* nul-  
 lum ex feminibus corruptum in aliud mu-  
 tari aptius est, quam Triticum & Hordeum,  
 quod in Lolium degenerat, idque imbris  
 infestis, aut locis vliginosis, & longiore  
 pluuiâ dilutum. Galenus *l* asserit, semina

Tritici, cum infirmiora ac imperfectiora  
 fuerint, diutiusque intra humum delitue-  
 rint, non facile fructum bonum edere pos-  
 se, sed potius in Lolium conuerti: & quam-  
 uis Tritico & Hordeo id vitij familiare sit,  
 Tritico tamen frequentius euenire. Theo-  
 phrastus *m* ex quorundam sententia refert,  
 ex Hordeo Triticum & ex Tritico Hor-  
 deum gigni, eodemque fundo fieri, quæ ta-  
 men pro fabulosis sint accipienda: Plinius *n*  
 verò vult Hordeum in Avenam degenera-  
 re, cum Theophrastus *o* Triticum & Hor-  
 deum sola in Lolium degenerare scribat.  
 Patet ergò, semina meliora deterioraque,  
 tum cultura, tum terræ natura, fieri posse:  
 in agro *p* Asiatico enim & Atheniensi ma-  
 ximum & firmissimum Hordeum reperi-  
 tur. Sarculo ferebatur (id est, terra leuif-  
 simè mota & tantum suspensa, ut sit sarrien-  
 do,) monente Plinio *q*: at Columella alio-  
 ro sulco seminari tradit: & quidem Plinio  
 in nouali & in aruo, quod restibile possit  
 fieri. Vnde apud Plutarchum *r* prouer-  
 bium rusticorum habetur: *σπιτι εν κελω, κε-  
 ρην εν κενε*: in luto Triticum, Hordeum in  
 puluere, id est leui ac subtili terra serendum.  
 Non tamen arbitrandum est, si statim plu-  
 rimum exeat & crassissimum euadat, idcir-  
 co suaue & salubre effici, alia enim habitudi-  
 ne opus est. Equidem sarritio ad suauitatem  
 plurimum confert: iuuat etiam si vegetius  
 demetatur, humore namque uniuerso con-  
 sumpto, cum ad cibum deterius, tum mi-  
 nus efficitur. Quare rei rusticæ prudentif-  
 simi, consulunt, à prima statim maturita-  
 te festinantius rapi, quam cætera frumenta,  
 meliorem quoque polentam fieri tradunt,  
 si non exacta maturitate tollatur. At rubi-  
 ginem *s* quoque sentit Hordeum magis  
 quam Triticum: & inter Hordea aliud  
 plus, aliud minus: interit etiam *t* maximè  
 vel statibus, cum aut florens perflatur, aut  
 flore dimisso protinus infirmum concuti-  
 tur. Venti *u* etenim tribus temporibus,  
 Frumento & Hordeo nocent, inflore, aut  
 protinus cum defloruere, vel maturefcere  
 incipientibus, tum enim exinaniunt (sic-  
 cant & arefaciunt Theophrasto,) grana:  
 prioribus caulis nasci prohibent: imber in  
 herba tantum utilis: florentibus autem  
 Frumento & Hordeo, nocet: maturefcen-  
 tia Frumenta imbre læduntur, & Hordeum

*z* lib. 1. agricultura cap. 12. *a* lib. 18. cap. 23 *b* lib. 1. Georgic. *c* lib. 2. γεωργικων cap. 14. & 28. *d* lib. 1. cap. 9. & 45. *e* lib. 2. cap. 9.  
*f* 8. hist. 3. *g* lib. 18. cap. 7. *h* lib. 18. cap. 17. *i* 8. hist. 9. *k* 8. hist. 6. *l* lib. 1. de aliment. facult. *m* 2. hist. 3. *n* lib. 18. cap. 17. *o* 4. caus. 1.  
*p* 8. hist. 8. *q* lib. 18. cap. 17. *r* lib. de caus. natur. *s* Theoph. 8. hist. 10. *t* 3. caus. 27. *u* 4. caus. 14. *v* Plin. lib. 18. cap. 17.



magis. Enecatur quoque Hordeum festuca x, quæ vocatur Ægilops.

QUALITAS. Hordeum Galeno y monente cum Tritico facultatem eandem non habet: siquidem Triticum palam calefacit: Hordeum verò, non modo non calefacit, sed quoquo modo ea vtaris, siue panes ex ipso feceris, siue ptisanam coxeris, siue polentam feceris, vim quandam refrigerandi habere cernitur: secundum Æginetam z frigidam & exterforiam vim habet, & coctum veluti ptisana humectat: tostum autem velut in polenta, siccatur. Dissidet præterea à Tritico succi specie, quem utrumque ipsorum gignere consuevit: siquidem Triticum crassum ac lentum: Hordeum autem tenue, & succum nonnihil deterforium, non autem malum in nobis gignit, ut Celsus scripsit. Quoquo igitur modo Hordeum a paraveris, nunquam corpus calefacit, sed variè, pro modo præparationis, tum humectat, tum siccatur. Quare Galeno b exsiccatur & refrigeratur ordine primo, C pauxillum abstergit, & paulò plus desiccatur, quam farina fabacea, cui cortices non infint: cætera verò similia sunt, foris utentibus. Dioscoridi c abstergit, vrinam ciet, flatulentum est, (quod non diu fuerit elixum,) stomacho aduersatur.

VSVS. Hordeum in cibum venit non solum vulgo & pauperibus, sed etiam potentissimis populis, ut Atheniensibus, Indis & Æthiopicis, apud quos felicissime & lætissime prouenit, (ut inde naturæ D beneficium pateat,) & hoc quidem seculo, maxime quoque apud Germanos: quare ab antiquis, nobilissimum frumentum appellatum fuit. Hinc Theophrasto d autore, ex Hordeo farina maxima pars Athenis confici solebat: unde & Menander antiquissimum in cibis, Atheniensium ritu apparere scriptum reliquit: quod & gladiatorum nomine apparet, qui, vt Plinius e loquitur, Hordearij vocabantur. Athletarum, histrionum, comædorum nomine continentur, gladiatores, arenarij, mirmillones, secutores, retiarij, pugiles, pancratiastæ, xystici, thymelici, pantomimi, palæstritæ f. Verum veteres varijs modis in ferculis usurparunt, sed non omne probarunt: laudatur à Dioscoride g candidum (candidissimum à Pli-

nio h) & purum, quod nonnihil densitatis & ponderis habeat: quod totum plenum est, melius est eo, quod gracile & rugosum. Galenus laudatissimum Hordeum esse tradit, quod, vbi fractum & pinsum sit, candorem repræsentet: quodque densum ac ponderosum (quantum Hordei natura poscit:) item, quod plenum & exterius tensum. Quippe gracile ac rugosum, laxum ac leue, improbius censetur. Porro non statim à messe & tritura, eo esse utendum monet, sed loco sicco & minime humenti per aliquot dies condendum esse. Etenim recens vsui cibario minus idoneum ac salutare, propter humorem superuacuum, qui exsugari ac concoqui postulat, quando verò mediocriter siccatum contrahi apparebit, tunc eius usus tempestivus erit. Indicium verò Hordei diutius seruati, certissimum esse putant, quando è fracto ac diuiso, quidam puluisculus excidit. Æthiopicis quoque notissimum, ut qui autore Plinio i non aliam frugem, quam Milium Hordeumque nouere. Hodie non solum panes & fercula, & quidem non vnius generis, sed & Potum, ipsam ceruisiam, ex eo conficiunt. Hanc ob causam Hordeum post Triticum commendari solet, tertio verò loco ipsa Zea à multis habetur. Hordeum enim ut Dioscorides k, minus quam Triticum alit. Verum l apud Romanos, nullam autoritatem habuit, qui potius quadrupedum refectibus dandum existimabant, ignominiaque causa militibus ignauis: nam ne strenuis largiretur, propter alimenti tenuitatem, cauebatur. Sic Aristoteles l tradidit, pistores, cæterosq; qui officio frumentario funguntur, Hordeum attréctantes, imbecillos fieri, atque destillationibus infestari; contra qui Triticum attréctent, corpore esse benehabito: causam esse vult, quoniam Triticum facilius quam Hordeum concoquatur, atque ea re delibamenta inde manantia facilia esse, necesse est. Ad hæc, cibum E triticeum corporibus nostris competentiore atque decentiore, quam hordeaceum: quoniam Hordeum rigidius sit, parumque lentoris habeat: unde corpori agglutinari adhærereque æquè ac Triticum non potest: causa autem rigoris in siccitate est. Legimus (ait Hieronymus m) quod Isaac Hordeum seuerit, & quia apud Allo-

x de Festucis actum est supra sect. I. cap. XXXI. y de aliment. facult. cap. de Hordeo. z lib. 1. cap. 73. a Aetius tetra bibl. 1. ser. 1. b 7. simpl. Ægin. lib. 7. Aetius tetra bibl. 1. serm. 1. Oribas. 15. coll. c 2. synopsis. 8. & 14. siccatur & refrigeratur modicè Eud. 2. vers. simpl. c lib. 2. cap. 108. d 8. hist. 8. e lib. 18. cap. 7. f Alexandro ab Alexandria, lib. 3. cap. 9. referent. g lib. 2. cap. 108. h lib. 22. cap. 25. i lib. 18. cap. 10. k lib. 2. cap. 108. l in problemat. Bruyer. de re cibarij. lib. 5. cap. 7. m in Esaiam.



phyllos erat, centenariam Hordei frugem A  
 receperit: & idem *n* de eodem Isaac: felicitas multiplicati Hordei, ignoro si quem possit gloriosum facere. Varijs autem modis Hordea parantur, & quidem vel vt alimentum sint, vel vt alimentum medicamentosum. Vt alimentum: sic plebei decorticato Hordeo in aqua ad crepaturam decocto, butyrum & salem addunt & cum pane comedunt: & ditiores in brodijs gallinarum, vel pinguium carniū decoquunt, & tam sanis quam ægris exhibent, magis illo nutriens: sunt qui & acetum & piper addant. Vt alimentum medicamentosum pro affectus diuersitate præparatur Hordeum: nam, ad varios præclarosque medicinae vsus, ab antiquis vsurpatum constat, & hæc tam nobilis & eximia auctoritas, tam in cibis quam remedijs ad nostram ætatem etiam propagata. Febricitantibus, exanthematibus & ventriculi doloribus calidis laborantibus, si prædicto hordeato (absque aceto & pipere parato) Granatorum succus acidus C addatur, proderit. Lac nutricibus augebit, & infantibus colorem vegetum conciliabit, si ex Hordeo cum lacte puls conficiatur, præsertim si fœniculi semen addatur. Pleuriticis, phthificis & alijs pectoris affectibus calidis, Hordeum, (eiusve farina,) cum lacte amygdalato coctum, Saccharo penidiodio, vel cando addito, vtiliter exhibetur: aliqui cum melle despumato conficiunt. Ventriculi apostematibus, pulticula ex farina diligenter repurgata, sine multo sale D confecta, commendatur. In renum & vesicæ apostematibus, si cum lacte, mediocri sale addito, coquatur, vtile erit. Sic pulticula ex farina tosta cum butyro, aluum cohibet: aliqui & lac chalybeatum addunt. Eiusmodi variæ sunt hordeati parandi formæ, additis ouis, carnibus gallinarum, caponum, & similibus, pro ratione morbi, quæ referre, nimis longum foret, nec instituti nostri, cum potissimum ea, quæ ex simplici medicamento fiunt, referre itudeamus. E  
 EXTRINSECVS. Et Hordei farina ad medendum, vt rectè Plinius *o*, vtimur, & suppuratis *p* triticea farina multo lenior: verum Triticum & Hordeum in omni vsu externo mutuo sibi succedere posse, volunt. Oedemata & inflammationes, farina cum ficibus (siccis Plinius *p*) in aqua mulsâ decocta discutit (Plinius *p* farina & cruda & decocta,

collectiones impetusque discutit, lenit & concoquit:) quin & durtias cum pice, resina & fimo columbino concoquit, Dioscoridi: qui etiam oedemata concoquere & maturare tradit. At Plinio, cum fimo columbarum, aut fico sicca, aut cinere. Ex farina Hordei cum oleo rosato, frontale in calidis doloribus capitis recentiores parant: sic alij cum mulsâ in formam cataplasmatum decoquunt, & calidis tumoribus oculorum, & auribus in eorundem dolore applicant: sic cum succo maluæ & albumine oui, farinam miscent, & oculis, ex contusione dolentibus, imponunt: ad eorundem verò dolorem & tumorem Cataplasma calidum, ex farina, puluere gallarum & aqua superponunt. Strumas Dioscoridi (collique durtias) cum pice liquida, cera, impubis pueri vrina & oleo, ad concoctionem perducit: (Plinio *p* cum pice & impubis pueri vrina.) Lateris dolorem (vel virilium aut intestinorum Plinio *p*,) cum meliloto verò & papaueris calycibus tollit, (neruorum inflammationes, & quoties ab ossibus caro recedit, Plinio:) aduersus intestinorum inflationes, cum lini semine, (farina,) fœnogræco & ruta (addito etiam oleo anethino,) imponitur. Ad iecinoris dolores *p* etiam cum posca concoqui opus est, aut cum vino: cum verò inter coquendum discutiendumque cura est, tunc in aceto melius, aut in fece aceti, aut cum cotoneis pyrisve. Cum myrto *q* aut lentisco, aut pyris syluestribus, aut rubo, aut malicorio, alui profluvia sistit. Emplastrum ex farina & aqua decoctionis Sumach paratum, ventri infantulorum impositum, eorum profluvia sistit. Contratumores *p* præcordiorum cum oleo & fœnogræco, vel in febris cum melle vel adipe vetusto. Podagricis *q* inflammationibus, cum cydonio malo, aut aceto. Luxatis membris, farina vt & furfures eius, butyro vel aceto probè decocta & imposita, plerumq; medetur. Sic & tumoribus mammarum, pudendorum *p*, ad multipedarum morsus cum melle, ad serpentum in aceto, & contra suppurantia, ad extrahendas suppurationes, ex posca, addita resina & galla: ad concoctiones verò & vlcera vetera, cum resina commendatur. Anodynum est cõtra omnis generis dolores, cataplasma ex farina & butyro paratum. Lepris medetur, inquit Dioscorides, in acri aceto, modo



quo *ὠμὴ λύσις* r (alij hordeaceū Cataplasma, alij malagmatis in modum vertunt) decocta & calens apposita, medetur: Neruis, Plinio p, cum hyoscyamo illinitur, ex aceto & melle lentigini. Puri q mouendo farinae cremor, ex aqua cum pice & oleo decoctus accommodatus est: ille idem ex aceto elicitus, si cum pice coquatur, contra fluxiones articulorum prodest. Succus decocti, Plinio p, in aqua coelesti digeritur in pastillos, vt infundatur exulceratis intraneis & vuluis. Eide, cinis ambustis illinitur, & carnibus quæ B recedunt ab ossibus & eruptionibus pituitæ, & muris aranei moribus: idem, asperso sale ac melle, candorem dentibus, & suauitatem oris facit. Hordei stramen optimum, cui nullum comparatur, at palea ex optimis: ex Tritico enim suauior, quam ex Hordeo, quia mollior & magis succulenta, Theophrasto etiam monente.

**AQUA** s ex Hordei folijs Maij medio, summo mane cum rore incumbente collectis, per alembicum ad modum rosarum elicitor, cuius vnciæ duæ vel tres in internis inflammationibus commendantur: vel, si cum syrupo refrigerante, in formam Iulepi mixta, sumatur. In oculorum defluxionibus calidis, guttæ aliquot oculis indantur, & linteola madefacta imponantur: in calida cephalalgia, fronti applicentur: addunt aliqui, nucleos amygdalarum amararum, & persicorum, mundatos & contusos, acetum rosaceum, & camphoræ grana aliquot, ac Frontale parant.

**AQUA HORDEI**, qua ægri pro potu vtuntur, hoc modo conficiatur, accipiendo Hordei non decorticati & loti vncias duas, quæ libras septem, quæ in olla noua, vsque ad Hordei crepaturam, ad ignem simul coquantur, vbi refrixerit, coletur pro potu: gratius reddetur, si cinamomi comminuti drachmæ duæ bullienti aquæ iniiciantur, & cooperta ab igne remoueatur, nonnulli & passulas minores addunt. Sunt qui Hordeum decorticatum sumant, vbi emollire E & sitim sedare volunt: huius, sed sine cinamomo, vsus in qualibuscunque affectibus calidis. Aqua hæc etiam saccharata conficitur, si Hordei vncijs duabus, Sacchari vnciæ quatuor addantur, & simul vt dictum coquantur: cuius pro potu in affectibus thoracis & pulmonum, ad expectorationem promouendam, tussim & raucedinem tol-

lendam, renum & vesicæ apostemata, vsus est. Denique & **OLEVM** ex Hordei granis conficitur, eo & modo, & cum in vsu quemadmodum de Triticeo supra dictum fuit. Paratur quoque ex Hordeo PANIS, PTISANA, POLENTA, MAZA, MALTVM ET CEREVISIA, de quibus singulis agemus.

## DE PANE HORDEACEO.

### CAPVT XIX.

**PANES HORDEACEI**, qui Seruatori a nostro Christo miraculi materiam præbuerunt, vt qui quinque millia virorum, qui adhuc sensibus corporis seruibant & legem sequebantur, Hordeaceis panibus quinque saturauit, non sunt vili pendendi: siquidem panis ex præstantissimo Hordeo confectus, Triticeo ferè nihil cedat, ita quidem vt vel Hippocratis testimonio post illum proximum locum occupet. At, qui ex laxo & C leui, gracili, rugoso & exsucco, pani furfuraceo respondet, exiguum corpori alimentum præbet, cum per aluum citissimè subducatur: quare Hippocrates b ne ptisanam quidem, ex tali Hordeo fieri voluit: neque enim dum coquitur, succum copiosum ex se ipso emittit. Quare mediæ sunt in his differentiæ, vt in Triticeis, nam deterrimum genus panis fit ex Hordeo cui Achilles nomen inditum, vt Athenæus c scribit. Laudatissimum autem Hordeum, quod vbi D pinsitum est, candidum apparet, & non nihil densitatis ac ponderis habet: sic id quod plenum & tensus est, eò quod gracile & rugosum melius est. Est autem, Galeno d etiam monente, non modo Triticeo, verum etiam Olyrino, & multo magis Tiphino friabilior, quippe qui nihil lentoris, vt ille, in se habeat. Sunt qui partem farinae Triticeæ, vel Zeæ, vel Secales etiam, & partem Hordeaceæ misceant, sicque panem melioris & facilioris concoctionis conficiant: sed modus adsit oportet, nam si plus æquo Hordei immisceatur, acidum celerimè & ingratum panem reddet. Panem ex Hordeo factum, *πὸ ἐκ τῆς κριθῆς ἄρτον*, qui etiam *κριθῆς ἄρτος* dicitur, Nicander Thyatirenus, *κριθῆς* ab Ægyptijs vocari, autore Athenæo e affirmat. Sic ex intosti Hordei farina, *πορρώνια* f, ex tostis Hordeis, *δαυδαλίδες* fieri Pollux g scribit. De eius vsu nunc.

r Quid sit ὠμὴ λύσις, vide apud Galen. in Exegeti vocum Hipp. Gal. Aurelian. l. 2. acutor. cap. 24. & 37. s Tabernamontanus. a Matth. 14. Marc. 6. Luc. 9. Iohan. 6. b lib. de Ptisana. c lib. 14. d lib. 1. de aliment. facult. 10. e lib. 3. cap. 16. f Galen. vide in Exegeti dictionum Hipp. præter Pollucem. g lib. 6. cap. 11.



Plinius *h* panem ait ex Hordeo antiquis A  
 vsitatum vita damnauit, quadrupedum-  
 que tradidit refectibus, qui *i* olim Erulia  
 aut Cicercula perfermentabatur. At Diphi-  
 lus Siphinus *k*, in eo libro, in quo de ijs  
 narrat, quibus ægrotantes & sani vescun-  
 tur, panes Hordeaceos magis nutrire, me-  
 liusque digeri, atque meliores omninò esse  
 commemorat. Quare, ex Portæ *l* senten-  
 tia, ij primatum tenent: secundas partes Si-  
 milaginei sibi vendicant, quos Triticei se-  
 quuntur: & hos ij qui ex noua farina sub- B  
 acti sunt. Equidem panis ex optimo Hor-  
 deo confectus, benè nutrit, (licet Aegineta  
*m* parum nutrire asserat,) sed robusto ven-  
 triculo opus est: laudatissimus est, qui, vbi  
 pinfitus est, candidus apparet, nonnihilque  
 densitatis & ponderis habet: quare, ex mi-  
 ca eius & lacte pultes, sed robustis vtilis,  
 multumque nutriendas, conficiuntur. In  
 mensium fluore nimio & Hydrope comen-  
 dantur: at Asthmaticis obsunt. Eos qui pa-  
 ne Hordeaceo vtuntur, morbo pedum ten- C  
 tari negant, ait Plinius *n*. Quod si comper-  
 tum certumque foret, certè in tanta Pod-  
 agricorum turba, Hordeaceum panificium  
 non adeo abiectum esset: experimentum  
 tamen, vnicuique obuium & expositum est.  
 Panis calens, carui femine asperso, oculis ad-  
 hibitus, eorum obscuritati prodest.

DE PTISANA.

CAPVT XX.

PTISANA HEC vox videtur Athenæo a  
 deducta, ἀπὸ τῆς πτίσεως, quod est tunden-  
 do deglubere, seu pinsendo decorticare &  
 αἰεῖν siue αἰνεῖν, quod interpretatur Eusta-  
 thius αἰακινεῖν, seu αἰαπελεῖν κελύθας βεβρεχµένων,  
 Hesychius verò αἰακαθάριον. Quod licet com-  
 mune nomen, omnium frumentorum, à  
 corticibus suis (ἀπὸ τῆς πτίσεως) purgatorum  
 esse possit, attamen ad differentiam Hordea-  
 ceæ (cui, propriè & peculiariter, sine adie-  
 ctione, Ptisanæ nomen competit,) additur E  
 & frugis, ex qua constat, nomen: vt apud  
 Hippocratem *b* & Dioscoridem *c* πτίσανη  
 πνεῖνη, ptisana triticea: χονδροπτίσανη, ex Zea  
 decorticata ptisana, sic & Plinio *d*, ptisanam  
 Itali ex Oryza conficiunt, quam reliqui  
 mortales ex Hordeo: nonnunquam etiam

leguminibus quadrare potest, quare ex Len-  
 tibus φακοπτίσανη e fit. Martialis *f* Frumen-  
 tum, milium, ptisanamque fabamque sole-  
 bas Vendere pragmaticus. Est autem Pti-  
 sana hæc, nihil aliud, quam Hordei granum  
 à membrana & cortice mundatum adeo-  
 que excorticatum, ideo Suidæ exponitur  
 ἡ κεκοµµένη κελύθῃ, quod Hordeum tundendo,  
 nō molendo à suo cortice deglubitur. Apud  
 Hippocratem πτίσανη simpliciter integram  
 ptisanam non colatam hordeaceam signifi-  
 cat, quam etiam interdum ὄλευ πτίσανη, in-  
 terdum quoque κελύθῃ *g* vocat. Et licet Pli-  
 nius ptisanæ conficiendæ vulgatam ratio-  
 nem esse dixerit, Galenus *h* tamè operosum  
 esse eam recte probeque parare testatur, qua-  
 propter à culinis perperam confici conque-  
 ritur. Varijs autem modis parabatur, ut ex  
 Galeno *b* colligere est: primò in corbibus  
 Hordeum aqua perfusum, dum tumeret,  
 in Sole siccabant, mox in pila ligneo pistil-  
 lo tantisper tundeabant, dum corticem glu-  
 mamque exuisset, & sic paratum, vt diu  
 perennaret, reponebant. Aliqui verò Hor-  
 deum prius aqua madefactum, dein Sole  
 resiccatum in pila tundeabant, & suis glumis  
 explicitum molebant, farinam in sacculo  
 coactam diutissime discoquebant, ita vim  
 flatus abigi existimantes, atque resiccata  
 & in offas conuolutam, ad vsum sorbitio-  
 nis seruabant. Alium modum præparan-  
 di Constantinus Cæsar *i* præscribit, Hor-  
 deum maceratum, purgatum ac decortica-  
 tum in Sole siccabant, rursusque pistatum,  
 secundo etiam ad Solem siccabant, cumque  
 reponere volebant, id quod ex ipso tenue  
 inter pistandum decussum erat, ei asperge-  
 bant: hoc enim ipsum conseruare animad-  
 uerterant, monente Didymo *k*. Diuersa  
 autem fuit coquendi ratio, maximè autem  
 Græcis vulgata, apud Galenum *l*, & Ori-  
 basium *m* habetur. Hordeum in aqua len-  
 to igne coquendum, cuius vni parti Oriba-  
 sius decem: at Aegineta *n* quindecim a-  
 quæ partes miscet (Galenus Hordei & aquæ  
 mensuram non exprimit:) dandaque inter  
 coquendum opera est, vt quàm amplissime  
 intumescat: quæ enim multum citoque in-  
 tumescit, optima censetur: vt contra, quæ  
 longo tempore parum tumet, pessima. Cum  
 autem in tumorem sublata erit, & in chy-  
 lum siue cremorem redacta, Aceti momen-

*h* lib. 18. cap. 7. *i* lib. 18. cap. 11. *k* Athen. lib. 3. cap. 18. *l* lib. 11. villa cap. 16. *m* lib. 1. cap. 78. *n* lib. 22. cap. 26. *a* lib. 10. *b* lib. de affect. *c* lib. 2. cap. 108. *d* lib. 18. cap. 7. *e* Oribas. 4. collect. 1. *f* lib. 12. *g* lib. de rat. vltus in morb. acutis. *h* lib. 1. de Aliment. facult. *i* 2. de *l* lib. 1. de Aliment. fac. *m* 4. Synops. 35. & 4. collect. 1. *n* lib. 1. cap. 28. *agriculi. 32. & lib. 3. c. 9. k* in Geoponicis Constant. Cæsaris loco citato.



tum infundendum : dein olei (vel butyri) exiguum, quod tamen etiam per initia iniici potest. Postquam ad exactam coctionem peruentum erit, sub edendi tempus, sal friatus inspergendus : neque aliud præterea miscebatur, nisi forte Anethi aut Porri pauxillum, idq; initio statim : talis optima ptisanæ coctio fuit. Alij tamen, alijs multis superfluis condiebant : alijs Amylum indentibus, vt per coctionem in cremorem copiosum redacta videretur, quæ maximè flatuosa & concoctu admodum difficilis. Pessima Ptisanæ præparatio, etiam Oribasio *o* monente, vbi coqui cruidam ipsam in mortario cum aqua contuderint, deinde parum coxerint, Sapam aut defrutum iniicientes : quidam cum his Mel quoque & Cuminum, cinnum quendam verius, quàm ptisanam parantes. Hodie Medici non Hippocratis & Galeni ptisana, sed Hordeo integro mola decorticato, quod Hordeum mundatum officinæ vocant, vtuntur : nec veterum more decoquunt, vt qui antiquis, etiam ipso Apicio, delicatiores : sed tantisper in aqua decoquunt, dum pultis speciem referat, deinde tundunt, tenuique in cerniculo percolant, Saccharum, amygdalas dulces, & salis modicum addunt : aliqui & aquam stillaticiam rosarum albarum admiscent : aliquando amygdalarum dulcium succum, quem officinæ Lac amygdalinum vocant, addunt, præsertim cum aluum liquidiorum cohibere utile est. Pro varijs siquidem scopis, modo hæc, modo alia, vt Seminis melopeponum, aut feminis papaueris cremorem, cum impensius refrigerare & somnum conciliare volumus, miscere possumus. Dodonæus, amygdala aliquot amara addit, sic enim Ptisanam palato gratiorem fieri censet. Verum & Galeni tempore, varia, in ægrotantium vsu, parabatur : fuit namque alia ptisana non colata, quæ ptisana tota dicebatur : alia verò colata, de qua modo dictum, quæ non ptisana, sed *πρωάνης χυλός* ἢ *ῥόφημα*, ptisanæ seu Hordei purgati cremor, aut sorbitio appellatur : seu ptisanæ ius succusve, de quo Athenæus, *κρημὴ ἀφλοῖα ὀρχέως χυλὸν πίε*, Hordei decorticati & tusi cremorem bibe. At Celsus, Hordei integri, in aqua dum coctione dissiliat, decocti ius, Hordei cremorem vocare solet, qui biliosis & incandescens febribus propinatur.

A Quod verò vulgus & Pharmacopœi hodiè Ptisanam *καλαρριστικὴς* vocant, nec Ptisana, nec Ptisanæ cremor est, sed tantum Hordei tenuius decoctum, ipsius substantiæ parum aut nihil retinens, siue Aqua Hordei : cui liquiritia rasa & vix passæ, quandoque pruna & dactyli & iuiubæ, aliaque similia, adduntur. In aula p Gallica foeminarum illustrium potus celebratissimus, siti, per æstatis feruores sedandæ. Lutetiæ etiam, Aureliæ & alijs Galliarum vrbibus inclytis hic potus à Seplasiarijs per æstatem paratur, & ad sitim leniendam venditur, qui vix biduum ferre potest quin corrumpatur. Est tamen hæc potio ijs qui inflammatione pulmonis, partiumque respirationi inferuentium, vel renum vesicæque exulceratione, aut inflammatione laborant, utilis.

VIRE ET VSUS. Ptisana ab antiquis commendata, quando exacte conficitur, hoc est, quando coquendo plurimum intumuerit, postea lento igne per multum otium in chylum redacta fuerit, egregie humectat, refrigerat & deterget, eduliumque est in acutis morbis reliquis omnibus frumentaceis præferendum, (monente Hippocrate q cuius laudes eo volumine persecutus est, quare de Ptisana quoque inscribitur, quoniam viscositas eius læuis, iucunda, lubrica, & mediocriter humida, sitim arceret, quoniam in aluo non intumesceret, quoniam facile redderetur, & assuetis, is solus cibus in febribus, bis die dari posset, longe ab opinione eorum, qui tum Medicinam famæ exercent, tum ægros ciborum copia obruunt. Siquidem Ptisanæ succus, alimentum sit mediij generis, tenue à Galeno dictum, quod vires nec onerat, vt plenus victus, nec vt tenuissimus, dissoluit, quare inter ea quæ Græci *ὀλιγότροφα*, id est, leue & exiguum alimentum præstantia, refertur. Ius decocti mundati, & cremorem & ptisanæ succum eruditi appellant. Datur etiam commodissimè r febricitantibus & pleuriticis : quin etiam tabidis, & hecticâ aut marasmo laborantibus, maximè seminum cucurbitarum, cucumerum, melonum, cremore addito. Ptisana, inquit Dioscorides s, ob cremorem, quem inter coquendum reddit, plus alimenti præbet quàm Polenta, ex eodem Hordeo facta. Efficax contra acrimonias, atq; arteriæ asperitates & exulcerationes, ad quas itidem

• A. Collect. 1. p. 270. de re cibaria lib. 5. cap. 10. q lib. de victu in morb. acut. s. Autum testabil. 2. sermon. 1. cap. 76. 1 lib. 2. cap. 108.



Triticea ptifana conuenit, quæ quidem & plus alit, & potentius vrinas mouet. Lactis verò vbertatem præstat, si cum fœniculi femine decocta, sorbeatur. Plinius *t*, Ptisanæ usum validissimum, saluberrimumq; ab Hippocrate volumine laudatum, scribit: præcipuam tamen bonitatem tribuit Vticensi: in Ægypto verò eam esse, quæ fiat ex Hordeo cui bini sunt anguli: in Boetica & Africa genus Hordei ex quo fiat, glabrum (*γυμνόκρονον* Græcis,) Turannium appellare. Sic & Hippocrates, monente Oribasio *u*, iussit ægrotos post purgationis potionem, ptisanam absorbere, quia vt exiguum fuerit in descensu, cum gula, tum pars omnis sublimis ventriculi, non solum medicamenti purgantis qualitate, sed substantia quoque inficitur, quare Ptisanæ succus abstergere & inferius trahere potest.

~~~~~

## DE POLENTA.

### CAPVT XXI.

**P**OLENTA Plinio *a*, ἄλφιλον Græcis, præctis, Hordei tosti seu frixi farina est: etsi namq; ἄλφιλα, (non ut in Palladio corrupte legitur alphica) non solum dicantur, apud Hippocratem *b*, ex Hordeo farinae, sed & ex alijs leguminibus, siquidem ἄλφιλα πύρινα farinae triticeæ nominentur: & alibi *c* mentio fiat lentium & eruorum siccatorum, ita vt omnis grani mediocri magnitudine moliti fragmenta, ἄλφιλα nominentur: propriè tamen, vt rectè Budæus *d* annotat, Hordei, prius tamen frixi, farina est. Ex hac olim Hordeata fiebant, sicuti apud Germanos ex Auenæ farina, Auenata. Nec nos mouet quod Gaza apud Aristotelem *e* ἄλφιλον farinam, & ἄλωρον *f* farinam triticeam reddiderit: quemadmodum enim ἄλφιλον de Hordeacea farina propriè dicitur, sic ἄλωρον de Triticea dici volunt, idque ex Platone *g*, (θρίψαντες ἐκ μὲν τῶν κροτῶν ἄλφιλον σκωλαζόμενοι, ἐκ δὲ τῶν πυρῶν ἄλωρον,) & Aristotele *e* quoque, colligi: forte quoniam in frugum generibus Triticum atque Hordeum vulgatissima ac nobilissima, cibus hominum familiarissima perpetuo fuerunt: maximè autem Atheniensium ritu Hordeum id genus frugis antiquissimum in cibus fuisse multi testantur, quorum ager Theophrasto teste feracissimus erat. Ge-

neraliter tamen de qualibet farina, ἄλωρον ab ἄλέω molo; dicitur: vnde ἄλωρον κυανὸν Dioscoridi *h*: ἄλωρον ὀρόσων apud Galenum: sic de Hordeacea κριθίνον ἄλωρον, Aphrodisæus *i*: quare Herodotus, ἄλωρον καὶ ἄλφιλα ἐπίαν: at Eustathius, ἄλωρον farinam propriè frumenti, vt ἄλφιλον, Hordei esse voluit. Fit autem laudatissima polenta, Galeno *k* & Oribasio *l* docente, ex recenti Hordeo mediocriter frixo, (Hordeum enim antiquis torrebatur, priusquam pinferetur, & in farinam subigeretur) atque ex hac Maza præparatur: deficiente autem recenti Hordeo, plerunq; & ex alijs conficitur. Omnis autem polenta quæ rectè facta, boni est odoris, & ea est suaveolentissima, quæ ex optimo ac recenti Hordeo, & quod aristas non admodum siccam habeat, confecta est. Præparandi rationem, ex Phercrate, Eustathius refert, his verbis: πῶς κροτῶν δὲ πύρινον, φρύξαν, ἀποθεράσκειν, ἀντὶν, ἀλέσαι, μάζαι, ὡς χρῆσθαι. oportet Hordeum tundere, pinferere, torreficere, incerniculo cribrare, aqua rursus aspergere, molere, manu subigere, edendum apponere. Plinius *m* plures modos docuit. Græci, inquit, perfusum aqua Hordeum nocte una siccant, ac postero die frigunt, deinde motis frangunt. Sunt qui vehementius tostum, rursus exigua aqua aspergant, siccantque priusquam molant. Alij verò virentibus spicis decussum, Hordeum recens purgant (scilicet à puluere, alijsque sordibus,) madidumque in pila tundunt, atque in corbibus eluunt, ac siccatum Sole, rursus tundunt, & purgatum molunt: quocunque autem genere præparato, vicenis Hordei libris, ternas seminis lini & coriandri selibras, salisque acetabulo, torrentes ante omnia, miscent in mola. Qui diutius volunt seruare, cum polline ac furfuribus suis condunt nouis fictilibus: Italia sine perfusione tostum, in subtilem formam molit, iisdem additis, atque etiam milio. Hæc Plinius.


**V**SVS. Refert Galenus *n*, Polenta gentes quasdam pro pane vsas esse, quod rusticos in Cypro facere conspicatus sit, tametsi ij frumenti plurimum metant. Veteres etiam Græci militibus polentam præbebant, Romani tamen milites ipsius imbecillitatem damnarunt. Exiguum enim corpori alimentum dat, omni quidem exercitatione abstinentibus, satis multum, ijs autem qui

*t* lib. 18. cap. 7. *u* 7. Collect. 13. *a* lib. 22. c. 25. *b* lib. 1. de morbis mulier. *c* lib. 2. de morbis mulier. *d* ex Dioscor. & Etymolog. *e* Problemas. sect. 21. *f* eadem in sectione. *g* 2. de Republ. *h* lib. 2. cap. 127. *i* lib. 2. Problemas. *k* lib. 1. de aliment. fac. cap. 11. *l* 4. Collect. cap. 11. *m* lib. 18. cap. 7. *n* 1. de Aliment. faculis. cap. 11.



quoquo modo exercentur, (vt sunt, qui castra sequuntur) minus quam satis est: iure igitur ea milites abstinebant. At qui in otio degunt ea vesci debent: vt & literarum studiosi, qui plerumque exercitijs non vacant ab ea abstinere non debent: etsi vulgo à Germanis studiosi per contemptu Hordearij vocitentur. Compluribus per o sanitatem mos fuit eam sapa & vino dulci, mulsaque commistis, nonnunquam sola etiam aqua conspersam, æstate duabus tribusve ante p balneum horis bibere, dicentibus se hoc potu siti liberari. Si cum vino austero fuerit epota, ventrem desiccet. Dioscoridi q, aluum cohibet, inflammationesque mitigat. Sic polenta & potione, & pulte, quæ in aqua coquitur, confecta, vsi sunt veteres, docente Oribasio r qui ex Dieuche varium præparandi modum recenset. Sed apud Dioscoridem perperam ἀλφρον, ἀπὸ τῆ ἀλφρον habetur, veluti ex ipsius Plinij verbis patet. Is enim s de polenta olim Romanis ignota verba faciens: Polenta à farina Hordei distat, eò quod torretur, ob id stomacho utilis: aluum sistit, impetusque rubicundi tumoris, & Galeno t polenta multo plus Hordeo desiccet. Quemadmodum autem ἀλφρον seu polenta, Hordei tosti farina est: sic cruda Hordeacea farina, nulla alia re admixta ὠμῆ λύσις, Galeno u, & reliquis Græcis medicis, vel etiam composita voce ὠμῆ λύσις dicta est καὶ ἐξοχὴν, siquidem de omni etiam farina dicatur: quare nonnunquam ei vox, certam farinæ speciem indicans, adiicitur, ut apud Galenum x κατὰ πλάσμασι ἡ ζεῶν κελθίη ὠμῆ λύσις, in cataplasmate verò Hordeacea cruda farina vttere. Idem Galenus, etiam de Triticea scripsit alibi y, ἢ τῆ ὠμῆ λύσις κελθίη, ἢ πυρήνη ἐν γλυκῆ ἐψομένη, aut cruda Hordeacea farina, aut Triticea in passo cocta. Sic, de omni cruda, etiam leguminum, farina dici hæc Galeni z verba comprobant: καὶ ὠμῆν λύσιν Ἰππιτερίον, τὴν ἀπὸ κελθίνης ἀλφρον, ἢ ἀπὸ λινωπαρόμας, ἢ τήλεθρον, ἢ καὶ ρίγμα ἐκ τέτων, quin & Omelysis ex cruda Hordeacea farina imponenda, aut ex farina feminis lini, aut fœnigræci, aut etiam mixtura ex his omnibus facta. Ex quo Galeni loco videtur Pelagonij & Absyrti opinio sumpta, quibus ὠμῆ λύσις, est mixtura æqualis fœnigræci, feminis lini & farinæ

A Hordeaceæ. At non sicut farina imponenda, sic enim non expediret, sed liquor addendus, qui speciatim significandus, aut si non exprimat, aqua ferè simplex calida, aut aqua mulsa addenda. Tandem ὑποκώμια ἀλφρον significant Hippocrati a farinam ex Hordeo recenti & tenero confectam, ut Galenus b exponit.



DE MAZA.

C A P V T X X I I.

M<sup>A</sup>Z<sup>A</sup>, Latinum nomen cum non habeat, nisi quis offam ex Plinio a exponat, Maza etiam dicitur: quidam pultem, alij verò panis offam, ut Gaza & Barbarus fecerunt, interpretantur. Apud Hippocratem b significat farinam Hordei tosti, aliquo liquore subactam, siue oxymelite, siue mulsa, siue posca, siue aqua pura, vt Erotianus annotauit. Eidem Hippocrati c μάζα ἀπριπίος, dicitur farina Hordei tosti, quæ nullo humore subacta est. Aëtius d autor est, sic appellari polentam Hordeaceam, quæ sit humido conspersa, sed quæ, videlicet cruda, cum defruto, vel melle, vel alio huiusmodi, inanditur. Apud Suidam panis genus est, farina, oleo & aqua, aut etiam ex lacte, constans: qua de re Rhodiginus e, Athenæus μάτινας vocat, quam vocem Apollodorus Atheniensis f à mandendo deriuat: Athenæus g verò à pinsendo dictam contendit, vnde etiam μάζα nominata sit, siquidem μάτινας pinsere dixerint, qui cibus popularis fuerit ex farinis præparatus: postea necessarium victum ob intemperantiam varietate distinguentes, & studiosè paulatim immutantes, nomen ipsum Mazæ in Mattyam commutasse, atq; ita omnem magnificentum cibum appellasse: quod & Artemidorus h demonstrat. Hinc fortè placentæ quæ in officinis ex amygdalis & Saccharo conficiuntur, Massipanes nominantur. Huius multa nomina & genera à Græcis produntur. Quod verò cum vario humido permisceatur ostendendum: Subigi cum vino locus Hippocratis i comprobat, vt qui Mazam quæ vino dulci subacta est, in Hepatico morbo cui suffocatio accedit, non edendam consulit. Cum aqua subigi ex co-

o Oribas. 4. collect. p. Aeginet. lib. 1. cap. 78. q. lib. 2. cap. 108. r. 4. Collect. 6. s. lib. 22. cap. 25. t. 7. Simplic. Aegineta lib. 7. Oribas. 15. Collect. 4. lib. 2. de virtutibus simplic. Aetius terrabibl. 1. serm. 1. u. 4. Secundum loca 4. in Lex. Hippoc. x. 2. Secundum loca. y. 4. Secundum loca. z. 6. Secundum loca 3. a. lib. 2. de morb. muliebr. b. in Exegefi. c. lib. 9. cap. 12. b. de prisca Medicina, de salubri victu, & de vulneribus capiti. c. 1. de diata & 1. de internis affect. d. terrabibl. 1. serm. 1. e. lib. 15. cap. 32. f. lib. Etymol. 1. g. lib. 14. h. in ὀψαρτυκταῖς γλωσσαις, condimentaria distictionibus. i. lib. de intern. affect.



dem *k* patet: Testis quoque Xenophon *l*, A qui concione conuocata, milites suos ad aquæ potionem adhortatur, & à consuetis non admodum recessuros ostendit, καὶ γὰρ ὄσις, φησὶ, ἀλφειοποιτῆ ὕδατι μεμιγμένην ἀπὸ τῆν μάζαν ἐσθίει, καὶ ὄσις ἀρτοποιεῖ, ὕδατι δεδωμένον τὸν ἀρτον. Etenim qui polenta victitat, inquit Mazam aqua permixtam edit, & qui pane utitur, panem aqua subactum. Cum oleo & melle quàm maximè subactam, in typho quodam, Hippocrates exhibendam præcipit. Quare Hesychius, μάζαν Polentam aqua & oleo permixtâ interpretatur, Mazam Galenus *m* in alendo corpore ab Hordeaceis panibus tantum relinqui asserit, quantum hi à triticeis relinquuntur, itaque panibus Hordeaceis ægrius concoquitur, magisq; ventriculum flatu implet: in quo si diutius manserit, turbationem excitat: citiùs autem subducitur, siue deijcitur si benè commixta & diutiùs subacta fuerit: quod si mel quoque addatur, citiùs etiam ob id ventrem ad excretionem incitabit.

DE CRIMNO SIVE FARINA

CRASSIORE, ET PVLTE.

### CAPVT XXIII.

ET SI Crimnon, teste Suida, Hordeum significet, qui illud κριῖ apud Homerum, ex hoc (quod Græcè κριθῆ) per apocopen factum esse scribat, propriè tamen crassior farinæ pars est, Galeno *a* monente, quæ effracto Hordeo grandiuscula inuenitur, quæ exquisitiorem molæ contractionem refugit, & per cribrum laxiora habens foramina, transmissa est. Quare solo trituræ modo ab ἀλφειῶν siue farina differt: ἀλφειῶν enim dicitur, quando granum in tenuissimas partes quàm exactissimè contritum est: κριμένον verò, rudior farina, quæ fragmenta maiuscula ipsorum granorum continet. Quanquam autem antiquitus, de Hordei farina crassiore dictum fuisse, nomen κριμένον ὑπὸ τῆς κριθῆς deriuatum, innuere videatur, attamen Dioscorides *b*, quem Galenus *c* sequitur, per Crimnon, non solum polentam Hordei, sed cuiusuis frumenti, siue antea tosti, siue non tosti, rudiorē crassiorēque farinam, intelligit: dum Crimnon dicit crassiorē, quæ inter molendum fit à Zea, Triticoq; farinam: sic & Aëtius *d*,

& Aegineta *e*, etiam ex Olyra Crimnon factitari scribunt. Germani, à forma arenosa, Griech/ siue Griechmeel vocant, apud quos etiam ex Zea & Tritico conficitur. Galli f siccam crithem, vel grio siccum, quasi torridam & resiccata crithem vel cri appellant, quæ spissandis carniū iuribus vernalis circumfertur.

Ex eo, autore Dioscoride *b* & Aëtio *e*, sorbitionem conficiunt, quam πολτον PVLTEM vocant, non solum recentiores B Græci, ad imitationem vocis Latinæ, vt aliqui autumant, sed & veteres, vt ex hoc Dioscoridis loco colligere est. Sic Athenæo *g*, placenta è farina crassius molita, κριμένης πλάκῆς dicitur: Galeno, Aëtio & Aeginetæ, plus nutrit quàm polenta, sed δυαπεπτότερον, ægrius cōcoquitur. Dioscoridi verò abundè alit, καὶ κατατράσσεν, facile conficitur. Saracenus *h*, censet vtrumque rectè dici, nihilque impedire, quo minus simpliciter enunciantes, κριμένον κατατράσσεν dicamus: at si cum polenta comparemus, hac ipsa δυαπεπτότερον cum Galeno & Aegineta pronunciemus. Quod si ex Zea conficiatur, leviter ventrem sistit, Galeno & Aëtio: Si verò Zea ex qua fit prius (fricta Galeno) tosta fuerit, aluum vehementius astringit, Dioscoride & Galeno rectè monentibus. Licet apud Dioscoridem πεφωχθῆσιν, apud Galenum πεφρωχθῆσιν legatur, eodem tamen penè significato, quamuis aliud sit torere, aliud verò frigere. Etiamnum apud Germanos pultes, ex Crimno, ex Zea vel Tritico, modò cum aqua, modò cum lacte, nonnunquam cum iusculo carniū, conficiuntur.

DE MALTO SIVE BYNE.

### CAPVT XXIV.

BYNE, vt scripsit Aëtius *a*, Hordeum est madefactum quod germen emisit, & deinde vna cum enatis ligulis tostum est: hoc recentiores Maltum vocant, forte appellatione mutuata à Germanis, quibus Malt/ sicuti Belgis, Mout: Anglis, Wort dicitur. Etsi verò Maltum è varijs frugibus, vt Tritico, Zea, Hordeo, Auena fiat, cuius nomine Byeræ colores variant, potissimum verò ex Hordeo polystico conficitur, & quidem apud Anglos, docente Lobelio, hoc

*k* 2. de dietâ. *l* lib. 6. edisc. Cyri. *m* 1. de Aliment. facult. cap. 12. *Aeginet. lib. 1. cap. 73.* *e* Aëtius. *a* com. 2. prog Hipp. 28. *b* lib. 2. cap. 112. *c* 7. Simpl. *d* tetra bibl. 1. serm. 1. *e* lib. 7. *f* Bruyer. de re cibarij. lib. 1. c. 9. *g* lib. 14. *h* notis in Dioscor. *a* tetra bibl. 3. serm. 2. cap. 29.



facto : Hordeum biduo & tribus noctibus aqua maceratur : deinde effusa aqua in horreum aceruatur loco ventis minus peruiro, quoad germen perpusillosque radicum cirros, & pullulationes (hyeme quidem tardius, vere & æstate autem biduo aut triduo) emiserit. Mox priusquam incalcescat, sulcatim dispersum, sesquipalmari densitate, ter, quaterue die & nocte aperto aëre subvertitur: octo vel nouem dies continuos iterando, perficitur. Tandem in tabulato pertuso, igne subdito, vel calatho vimineo acuminato texto fornaci aptato, & Hordeo superstrato, igne lento è palea, cremijs, vel arido ligno, fornacis ostiolo admoto, sesquipalmari interuallo ab imo interposito, exsiccat, quoad molis frangi queat, sicque extostum Maltum, in fornacis capacitatem dejicitur: quod ex qualibet Hordei mensura, ad quartam partem accrescit, & antiquum, in Zytho componendo, nouum bonitate præcellit. Laudatissimum verò Martio & Aprili mensibus, confici vult Dodonæus, ei qualitatem siccam Hordei intensiorem, frigidam verò multò remissiolem, tribuens: præsertim ei quod ignis calore tostum ac resiccatum est: siquidem ἐμπύρομα, quod illi ab assatione, diutinaque tostione inhæret, siccitatem eius intendat, ita vt qualitatem frigidam non solum remittat, sed & qualitatem quandam calidam ei imprimat. Quod verò æstiuus caloribus resiccatum, minus quidem calet, tamen & ipsum Hordeo calidius, vel sola

germinatione redditum, quæ absque leui quadam putrefactione, ob alienam humiditatem, non succedit. Abstergit præterea & Hordeo potentius: minus lentoris habet, cum quia farina minus, siliquarum verò plus habeat, quàm crudum Hordeum: tum a nonnullo calore inhærente, partim à leui illa corruptione, partim ab empyreumate, quod absterfionem conjunctam habet.

**EXTERIVS.** Ventris torminibus, aliisque similibus ex frigida causa doloribus, Maltum tostum feruensque in sacculo appositum subuenit. Byne, Aëtio b est ex eorum numero, quæ tumores cohibent, si tritum pro Cataplasmate imponatur, quare & in Hydropicorum tumoribus vtile erit.

A

DE POTIONE EX

HORDEO.

CAPVT XXV.

**EX HORDEO** diuersa potionis genera conficiuntur: etenim apud Ægyptios olim & etiamnum apud Turcas ζυθος: apud Græcos verò Dioscoride a monente ζυθος & κούρμι: apud Septentrionales etiamnum Cereuisia, paratur: de singulis paucis, & vtrum, vel conueniant, vel differant inquiramus. ζυθος, ex Hordeo paratur Dioscoridi a, Galeno b, Oribasio c, Aëtio d: at Theophrasto e ex Hordeo Triticoue. Modum Theophrastus e sic expressit: nonnullos succos ex propria natura dimouendo & leuiter putrefaciendo ad bibendum idoneos reddunt, veluti qui Vinum ex Hordeo, Triticoue conficiunt, quod in Ægypto ζυθος appellatur: Galeno b cum Orbasio, Aëtio & Aegineta ex putredine procreatur: Hermolaus Barbarus f & Goræus g ex Hordeo vel frugibus aqua madefactis, donec in liquorem Vini similem resoluantur, fieri volunt. Quo potionis genere Ægyptios loco vini vti & Zythum appellare, Theophrastus & Plinius b asserunt: vnde & Pelusiacus potus, à Pelusio Ægypti vrbe, à Poëta appellatur: hinc Columella i. Vel Pelusiaci proritet pocula Zythi. At Diodorus Siculus k Zythum non solum in Ægypto, sed etiam in Galatia fieri affirmat, scribit enim de Baccho Ἐρὸ ἐκ τῆς κρήνης κατὰ σκευαζόμενον πῶμα τι καλεῖται ζυθόν: & Alexandrina plebs Zytho, Strabone l tradente, vtebatur. Hinc ratione vsus, periphrasticōs οἶνον κριθίνον, Vinum Hordeaceum, Athenæo m, (quod ab Ægyptijs penuria & egestate inuentum scribit) ad imitationem Theophrasti dicitur. Verum non solum ζυθος, sed etiam πίνον seu πινον (alijs βύνη, βυνός) Aristoteli n, vel à bibendo, vel à fordibus dicitur: item βρύτον Hellanico o, (quibusdam βρύθιον,) πίνουσι ἢ βρύτον ἐκ τῶν ῥιζῶν, καθάπερ οἱ θεράκτες ἐκ τῶν κριθῶν. Archilochο, ὡσπερ αὐτῶ βρύτον ἢ θεράξ ἀγῆ, ἢ φρυξ ἔβρουζε: sic & Theophrasto p, Æschylo, Sophocli q βρύτον, & Hecataeo r, ubi Pæonas βρύτον ex Hordeo bibere ait: ὡς γὰρ βίβω verò ex milio & conyza. Ex posterioribus Græcis,

B

C

D

E

b loco citato. a lib. 2. cap. 109. b lib. 6. faculis. simpl. c 15. Collect. d retrabibl. i form. 1. e 6. cap. plant. 15. f lib. 2. Coroll. 311. g in definit. medicis. h lib. 22. in fine. i lib. 10. k lib. 1. cap. 3. l lib. 4. cap. 2. m lib. 17. n lib. de semulent. o apud Athenæum lib. 10. p 4. hist. 10. q in Triptolemo. r in Europa periodo.



Simeon Sethi s, *Φούκας* Arabico nomine vocat, alijs *Φουκάδιον*: quamuis Arabibus *Phoucas* potus sit, non solum ex Hordeo, sed etiam, (veluti Rhasis scriptum reliquit,) ex pane *Heueri*, hoc est similagine, mentha ac apio compositus: & vt Haly Abbas auctor est, quaedam etiam *Phoucas*, ex pigmentis, aut ex malorum punicorum succo conficitur. Cum ergo Zythum, ex putrefactione proueniât, mirum non est, si autores Græci, eius usum non probarint. Dioscorides t namque succum vitiosum creare, elephantiasin inducere, meningas potissimum offendere, inflationem parere, renes ac nervos tentare, licet urinas cieat, asserit. Et, cum Galeno u, Oribasio x, quoque succi prauis & flatuosum est, tum partim acris & calidus: parte verò plurima frigidus aqueus & acidus potus est. Monet etiam Sethi, fatius esse huius usu abstinere, eò quòd succus qui ex eo fiat facile corrumpatur, & nervis nocumentum afferat: quare antiquos ferè omnes existimasse, mali succi esse, nervis noxium, capitisque dolorem efficere, aduersus sacrum morbum verò utilem esse, crapulam ex vino conceptam, ac sanguinis acrimoniam sedare. Sed quia diximus, eius etiamnum apud Turcas usum esse, hoc ex Bellonio y ostendemus. Hic veterum Græcorum Zythum, cum Latinorum Posca vel Phusca, cuius Columella & Suetonius, Serapio & Auicenna meminerint, idem statuit, nunc verò à cauponibus Turcicis, *Posset* vel *Chouffet* vulgò vocari, & à Cereuisia, D quæ veteribus Curmi appellata fuerit differre, quòd hæc ex integris, vel contritis granis fiat. At *Chouffet* conficiendi rationem apud Turcas in vrbe Haman, quæ veteribus Emissa nominetur, vsitatam subijcit, asserens nullam in Asia urbem inueniri, in qua Cauponæ non sint, & vbi potio hæc venalis non habeatur. Parant autem ex farina in massam coacta, quæ in capaci aheni coquitur, ex qua deinde orbiculi confecti in aquam demittuntur, quæ illicò E spontè ebullit, sine ignis adminiculo calefit, & in densam sorbitionem coit. Est autem candida vt lac, densaque & boni alimenti: sed si quis liberalius sumat, caput valde tentat & inebriat. Huius potionis, dum coquitur, spuma alba est & leuis, qua Turcicæ mulieres sese illinire solent: cutim enim erugat & teneriorem reddit, præ-

A fertim si in balneis ea sese fricent, quam facultatem veteres in Zytho non ignorauerunt. Rauwolfius z scribit, in Alepo inter cæteras potiones haberi, alteram quæ *Tscherbeth* vocitetur & ex melle conficiatur: alteram ex Hordeo & Tritico confectam, quæ veteribus Zythum & Curmi nominata fuerit, vtroque hoc potu Turcas, non secus ac Germaniæ rusticos, Cereuisia, exhilarari. Subiungit Bellonius, nonnullos existimasse Poscam idem esse cum Oxycrato, sed male: nam Oxycratum id esse, quo Græci & Itali nautæ vti solent, quòdque nautarum fex in Venetorum nauibus & triremibus vulgò bibit. Eos enim qui mare sulcant, aquam tam diu adseruare cogi, donec plerumque corrumpatur & foeteat: quo verò teter ille sapor ex nimia in vasis asseruatione contractus, tollatur, non nihil aceti admisceri, quòd foetorem adimat & iucundum saporem conciliet. Vt autem euincat, Poscam non esse Oxycratum, addit, vnum C Suetonij locum sufficere, qui refert fugi-vum Cæsaris mancipium, Capuæ deprehensum fuisse Poscam venalem habens: certè, nisi ea potio aliud quam Oxycratum continuisset, eius taberna frigida admodum fuisset, & quæstum exiguum fecisset. Hæc de Zytho veterum.

Nunc de *ΚΟΡΡΗΜΙ* eorundem. Alterum genus potus Græcorum ex Hordeo confectum, *CVRMI* nominatur, quo sæpè pro vino utebantur, Dioscoride a monente: de quo potionis genere hæctenus apud Græcos nil reperi: & vt Gorraeus, non videtur esse nomen Græcum, sed eius gentis in qua apparabatur. Verum, vt idem Dioscorides, dolorem capitis infert, prauumque succum gignit, ac nervos lædit. Hermolao Barbaro b, fortasse hoc erit, quòd Cereuisiam in Gallia vocant, & Curmi Curmithos inflectitur: quòd Possidonius homo Stoicus, Corma appellat. Et Matthiolus c censet, nullam aliam inter Zythum & Curmi differentiam esse, quam in conficiendi ratione, cum vtrumque ex eadem fruge fiat. Addit Dioscorides: & similia potus genera in Iberia Occidentali & Britannia ex Hordeo parari. Quòd haud dubiè & Plinius d voluit, scribens: ex iisdem (scilicet frugibus) fiunt & potus, Zythum in Ægypto, Cælia & Ceria in Hispania, Cereuisia & plura genera in Gallia, alijsque prouincijs: quorum

a lib. de alimen. t lib. 2. cap. 109. u lib. 6. de facult. simpl. x lib. 15. collectan. y lib. 2. obseru. cap. 98. z itinerar. part. 1. cap. 6. a lib. 2. cap. 110. b lib. 2. coroll. 311. c comment. in Dioscorid. d lib. 22. in fine.



omnium spuma cutem foeminarum in facie nutrit. Refert Marcellinus *e*, ex Hordeo vel Tritico in liquorem verso, potionem vilem in Illyrico fieri, quæ Sabaia dicitur, à qua Valens Imperator in obsidione Chalcedonis, Sabaiarius per ludibrium fuerit vocatus. Sic Dion Academicus, scribit Ægyptios Hordeaceo potu exhilaratos cantare & temulentos saltare. At quod Aristoteles *f* refert, notatu dignum, qui scribit, Zytho ebrios, quoniam id potionis genus *καθηλιόν* est, in dorsum supinos cadere ac reclinari: vino autem madidos in faciem pronos ferri.

CEREVISIA vel Ceruisia, vt Plinius *g*, à Cereere dicta videtur, & à Germanis omnibus, Gallis, Britannis, & reliquo Septentrioni subiacentibus populis, quibus Vini inopiam supplet, *Biere* siue *Bere*, vulgari quidem ac patriâ voce nominatur, cuius materia communiter est Hordeum, vel maltum Hordeaceum, cum floribus Lupuli salictarij, certa proportione in aqua dulci coctis, quæ simplicissima Cereuisia est. Verum non solum ex Hordeo fit, sed etiam ex Tritico, Zea, Secale, Avena, alijsue frugibus, vnâ cum malto hordeaceo: imò etiam ex Panicò: quare Iurisconsultus *h* testatur, in quibusdam Prouincijs Zythum ex Tritico, vel Hordeo, vel Panico fieri, vulgò legunt ex pane, Sed non fit ex Hordeo, vel Tritico putrescente, multò minus in liquorem resolutò, vt Zythum confici supra ostendimus, sed ex Hordeaceo malto ab omni putredine asseruato. Composita etiam habetur Cereuisia, quæ præter fruges alia permixta habet, quæ à frugum natura aliena sunt: admiscet aliqui herbas, vt saluiam, lauendulam, chamæpytim, myrtum, quam Gagel vocant: flores lauendulæ, hormini: semina sclareæ, coriandri, baccas lauri: aromata, vt cinamomum, garyophyllos: alij mel & saccharum: hæ Cereuisiæ sunt medicata, quæ ab hordeacea, triticeaue Biera, & sapore & qualitate dissident, quæ caput im-

plent, & ebrietatem citius inducunt. Sunt & alij, qui semen lolij, hyoscyami, cocculas orientales & alia huiusmodi admiscet, à quibus velut noxijs, penitus abstinendum est.

QUALITAS. Cum Cereuisiæ simplicis materia sit aqua, maltum hordeaceum, aliquando Triticum, aut Zea, aut Secale & Lupi salictarij flores. Aqua quidem simplex, cuiusmodi ad Cereuisiæ decoctionem

Asumitur, frigida est & humida: Maltum, cum exigua caliditate resiccant & abstergit: Triticum ac Zea, temperate calida siccaque sunt: Lupuli flores, secundo ordine calefaciunt, resiccantque, caput tentant, vrinas mouent, abstergendi quoque ac aperiendi potentia præditi: qui etiam ad Cereuisiæ cum saporem, tum diurnitatem faciunt: fruges verò, alimenti materiam subministrant. Est verò Ceruisia alia potens, quæ rubicunda siue nigra: alia tenuis, quæ candida: pleræque amaræ, nonnullæ dulciores: quæ etenim plurimum frugum habent, potentiores sunt: quæ minus, tenuiores: quæ minimum, tenuissimæ. Ex hordeaceo malto, diutius tosto, rubicundæ: præcipua autem parte ex Zea ac Tritico confectæ candidæ sunt, & senescentes substantiæ tenuitate, vinum tenue & aquosum referunt: flores Lupuli copiosius incocti, amariore, & facilius caput tentantes, efficiunt: si verò parcius addantur, dulciores fiunt, frugibus etiam dulcedinem conferentibus. Quæ potentiores, calidiores, quare in dolio repositæ, sicut mustum efferuescunt: minus tamen mediocri vino calidæ. At tenuissimæ, frigidæ & humidæ, non tamen aliquibus, omnis caliditatis expertes. Hæ alimentum exiguum admodum præbent: illæ copiosius: omnes probi succi, si ex bonis frugibus & benè decoctæ fuerint. Crassiores tardè descendunt: candidæ, quia tenuiores, citius digeruntur: amaræ absterfione aluum leniunt: mediæ, medio se modo habent. Hinc Schola Salernitana. Non acidum sapiat Cereuisia, sit bene clara, Ex granis sit cocta bonis satis, ac veterata. De qua potetur, stomachus non inde grauetur. Etenim Crassos humores nutrit Cereuisia, vires præstat, & augmentat carnem, generatque cruorem. Prouocat vrinam, ventrem quoque mollit & inflat, Frigidat & modicum. Recens, quæ nondum subsedit, non secus ac mustum nocet, inflationem excitando, aluum conturbando, calculum procreando, & vrinæ stillicidium causando: at si calente, nervosæ partes foueantur, earum dolores sedat, quod recentissima & cui nondum Lupulus incoctus sit maxime præstat. Contra verò acida, nervos & renes tentat, ventriculum turbat, & vitiosum succum generat. Cauendum etiam ab adulterata, siquidem loco Lupulorum, quidam Salicis folia sumunt,

*e* lib. 26. *f* lib. de temulentia. *g* lib. 22. in fine. *h* lib. 9. si quis vinum, ff. de tritico vine & oleo legato. lib. 33. tit. 6.



alij & fuligines camini, à quibus color rubi- A cundus & acrimonia. Simeon Sethi præter iam dicta, sequentia subiungit, quibus verbis vsum Cereuisiæ nostræ expressisse videtur: recentiorum quidam, (inquit) priscorum rationes redarguunt, aiuntque, hanc in multis esse vtilem, incolumitatem, sanitatemq; efficere: & reuera quidem prodest his, qui calidiore sunt temperamento & in primis ventriculo: immodicè verò calidos & ob sitim ardore correptos magis adiuuat, quàm quando simplex fuerit. Sedat B enim sitim & appetentiam suscitatur, & Venerem cit, est & quando lotium: ijs autem qui stomacho humido sunt & qui frigidiores temperaturas habent, valde nocet. Quæ verò Cereuisia composita est, pro varia & inæquali mistura, & pro qualitate eorum quæ admiscuntur, & ipsa varias qualitates & vires, subinde & noxias sortitur. Acetum etiam ex Cereuisia paratur ab ijs, qui vino carent, quod aceto vini minus est acre, minus potens, nec adeo tenuium partium C est: cuius in cibis vsus est, at medicamentis misceri non debet. Conficiunt hoc pacto: Cereuisiæ coctæ & refrigeratæ, pisa tosta calida & parum fermèti iniiciunt. Alij dum Cereuisia fluctuat & efferuescit, Tritici grana tosta, & crustam panis secalini tostam, cum tantillo Myrrhæ imponunt. Hæc de Cereuisia sufficiant, si modo exposuerimus, an Græcorum Zythum, cum Cereuisia nostra idem sit, an diuersum. In hanc rem diuersæ sententiæ se offerunt. Matthiolus D enim credit, nil aliud Zythum & Curmi antiquorum fuisse, quàm Ceruisiam, quam loco vini Septentrionales bibunt: quod ex supra adducto Plinij loco probare conatur. Cornarus k, & Zythum & Curmi Cereuisiæ dicit species, addens, Curmi appellatum potum, non fuisse alium, quàm insignem aliquam eius temporis Cereuisiæ speciem, quales potiones adhuc hodie in Hispania & Anglia ex Tritico conficiantur, quæ non fecus ac Curmi, & caput & neruos & oculos lædant, prauosque humores generent. At Dodonæus, partim conuenire, partim discrepare ostendit: nam quatenus ex Hordeo, Tritico, & frugibus componantur, conuenire posse: at quatenus præparationis modo discrepent, ob quam alienam qualitatem adsciscant, diuersas esse potiones dicere nil impedire. Nam si Zythum

ex putredine proueniat, mirum non esse, si alienam qualitatem acquisierit, ob quam Græci eius vsum tantoperè improbarint. At Cereuisiam non ex frugibus putrefactis, sed ex Malto hordeaceo, ab omni putredine asseruato, coqui. Quòd si verò Zythum, ex Hordeo ac Tritico leuiter tantum putrefactis, ac à natura sua, vt Theophrastus l loquitur, commutatis conficiatur, tunc Zythum & Cereuisiam conuenire: siquidem Hordeum in Maltum transiens, necessario B leuiter quodammodo computrescat & à natura sua recedat: propter quam mutationem, potus hic, mali succi statim fieri non possit: non minus quàm Polenta, quæ ex non recente Hordeo, sed ex maturo & sicco in aqua macerato, conficiatur: siquidem & tunc Hordeum leuiter quodammodo computrescat, humoremque alienum imbibat, veluti dum Maltum futurum est: nullum tamen veterum, hanc ob causam Polentam mali succi fore asseruisse: sed contra omnem boni odoris, suaucolentemque esse, sicuti & Maltum, modo vtrumque rectè confectum sit. Quare eos, qui tantoperè Cereuisiæ rectè paratæ vsum improbant, eius facultates minus rectè cognouisse videri. Lobelius m sic scribit: quantum ex priscis, Plinio & Dioscoride coniecturam facimus de Zytho & Curmi, potiones Cereuisiis nostris proximas, nec dubie designasse videntur: præsertim Alam (forte à voce Danica cela) quæ vini vicem antiquitus D Britannis supplebat: quarum ipse Dioscorides meminit, referens malum succum gignere & neruos tentare: quibus idem quod nobis euenisse potuit, potissimum plebi & Anglo Britannicæ rusticæ turbæ, cui ad gulæ delectamenta potentiolem Alam è caponarijs expetenti, inexsaturabilis quæstus gratia illa ex Malto, lixiuio, aquæ vice macerato, imponitur: sic enim magis compositam & grano potiolem ementitur: caput ferit, lætamque opilionibus colonis & naucleris stultitiam conciliat. Nec desunt inexpleriles nummorum vafri homines, qui pro Lupuli floribus, camini fuliginem substituant, aqua salsa Maltum macerantes: harum potionum assiduus vsus, non potest sine hepatis & viscerum summo dispendio esse. hæc ille. Vbi variæ præparationes, optimæ & suauissimæ Cereuisiæ, & præsertim eius, quæ ab Anglis Ala dicitur, & vini



saporem obtinet, proponuntur. Concludentes, dicimus Zythum veterum Græcorum, à nostra Cereuisia diuersum fuisse, ut ex ijs quæ ex Bellonio adduximus, constare potest: quod & Plinius *n* innuere videtur his verbis: ex frugibus fiunt & potus, Zythum in Ægypto: Cælia & Ceria in Hispania: Ceruisia & plura genera in Gallia alijsque prouincijs. Vbi fortè Ceria, Hispanicum vocabulum est, nisi à cereo colore nomen impositum credamus: & Celiam à calefaciendo nuncupatam, Isidorus censet, quod parum credibile est: sic in Picardia Gallorum ex succo pomorum potus *Cedre* dictus conficitur. Nec obstat quod Plinius *o* scribit, esse & Occidentis populis suam ebrietatem fruge madidam: plurimis modis, per Gallias, Hispaniasque, nominibus alijs, sed ratione eadem: siquidem subiungat, Ægyptus quoque è frugè sibi potus similes excogitauit.

A Hispania noua *Cenadilla*, id est, Hordeolum vocatur, à similitudine quam cum nostro *Hordeo* habet, in spica & vaginulis quibus semen includitur, sed eo minus, & Lini semine nequiquam maius, & longè alijs facultatibus præditum.

NOMEN. *Cenadilla*, Monardi & Fragosi: Hordeolum Monardis, Lugdunensi: *Orzada*, Italis & Hispanis, Castori.

QUALITAS. Semen hoc, caliditate quartum gradum excedit: adeò enim vrente vi præditum est, ut in gangrænis, putridis & impuris vlceribus, eosdem quos sublimatum & cauterium ignitum, effectus præbeat: puluis sensim inspersus, vermes in vlceribus necat, vlcera putrida expurgat, pro vlceris magnitudine, maiori minoriue quantitate inspersus, modo præseruatiua, quæ in horum remediorum vsu vsurpari solent, adhibeantur. Ad huius facultatem infringendam, puluerem, aqua rosarum aut plantaginis excipiunt, & linum intinctum, vlceribus & gangrænis imponunt: dein medicamenta sarcotica, pro experti Chirurghi iudicio adhibent. Eadem ratione in animalium malignis vlceribus vsurpatur: hæc Monardes, ex quo Fragosus, Castor, & Lugdunensis.

DE HORDEO EXOTICO  
CAUSTICO.

CAPVT XXVI.

HORDEVM CAUSTICVM.



HORDEVM CAUSTICVM: planta est à Nicolao Monarde *a* proposita, quæ in

DE BROMO SIVE  
AENAM.

CAPVT XXVII.

D BROMON Græcorum, non pauci eruditi Auenam interpretantur: alij verò Bromo Latinum nomen non dant, & diuersum ab Avena faciunt. Sic Gaza vbi apud Theophrastum *a* è *βρόμο* legitur Bromum reddit, vocem autem quæ eidem *αιγίλωψ* dicitur Auenam interpretatur. Verum *βρόμου* nomine apud Dioscoridem duæ plantæ habentur: altera *b* quæ *βρόμο* *πια*, Avena herba & Avena erratica dicitur, quo ab altera distinguitur, de hac inter Gramina egimus. Altera inter fruges ab ipso enumeratur, quam sic descripsit *c*. Bromo culmus est Tritico similis, etiam folijs, sed geniculis distinguitur: fructum verò habet in summitate velut locustas bipedes, in quibus semen, in cataplasmatibus, ut Hordeum, utile. Theophrastus *a* ex versione Gazæ Bromum & Ægilopa siue Auenam, Tritico

*n* lib. 22. in fine. *o* lib. 14. cap. 22. *a* cap. 55. *a* lib. 8. hist. plant. cap. 9. *b* lib. 4. cap. 149. *c* lib. 2. cap. 116.



similia facit & Hordeo: quin etiam ea syluestria quaedam & immitia constare ait. Adhæc inter reliqua frumentacea. Bromum radice numerosiore consistere, & multis culmis dispergi, & tunica multiplici tegi, idem testatur: qui de ea planta, de qua Dioscorides inter fruges egit, intelligendus. Plinius *d*, licet cum Ægilope confundat, eadem quæ Dioscorides habet. Quod autem Galenus *e* βρόμον, id est Auenam ex leguminum genere esse scribit, mendo minime caret: idcirco pro βάρειων, σιτηρῶν reponendum esse censemus. Sed differentiam triplicem Bromi frugis proponemus.

## I. AVENA VVLGARIS SEV ALBA.



I. AVENA VVLGARIS SEV ALBA: radicibus copiosis nititur: ex quibus culmi aliquot ex gramineis vaginis prorumpentes assurgunt, geniculis distincti, at triticeis nodosiores: folijs Tritici aut Zeæ: in cacumine spica rara ceu juba Arundinis sese explicat, ex qua folliculi veluti parvæ locustæ bipedes, longis ac tenuibus pediculis dependent, flore candicante, in quibus semen Hordeo longius tenuiusque, acutum & subalbicans continetur: quod geminum, (altero tamen semper grandius existente,) & superiori parte exiguis capillis hirsutum

A est, glumis crassis ac duris inuolutum & inclusum, non ut τῆ ἀιζιλωπῶ deciduum: at in maturitate membrana dehiscens maxime nudum semen ostendunt: medulla est molli, candida & dulci: & quia semen non facile decidit, idcirco quidam Auenæ Græcæ genus esse existimarunt. In hac varietas observatur: nam ea quæ singulis annis feritur, non nihil ab ea, quæ ex deciduo semine spontè provenit, variat. Nam quæ facta nascitur, culmo est crassiore & proceriore: quæ spontè, tenui stipula & spica ieiuna sterilis est: etenim anni præcedentis semen caducum, in agris restibili fecunditate regerminat, reliquam frugem, quæ facta fuit, præcoci maturitate præueniens, alimentum subripiens tabe conficit.

Locvs. Cùm Galeno *f* autore, in Asia frequentissima sit, & potissimum in Mylia quæ est supra Pergamum, ubi & Tiphæ & Olyra uberrimus proventus est: & secundum Plinium *g* apud Germanos feratur: Cuiusmodi secundum eundem in Oriente & Oenis insulis spontè proveniat, cuius grana incolæ vescuntur: patet, utroque cælo frui, calido in Asia, frigido in Germania. Sic in Apulia in omni solo, tempore quo Hordeum ferunt. Sunt qui agros conferant, qui commodè stercoreari non possunt, hac enim fruge terra intra paucos annos extenuatur: ut Theophrastus *h* etiam monuit, & Virgilius *i*, hoc versu, Urit enim lini campum seges, urit Auenæ. Licet autem *D* Columella *k*, qui inter pabulorum genera reposuit, scribat, Auenam autumnò satam, partim in fœnum vel pabulum, dum adhuc viret, cædi, partim semini custodiri, apud Germanos tamen communiter Martij principio feritur, & sub finem æstatis post Hordeum, Triticum & Secale metitur, quare æstivum frumentum appellari potest: & si in agro jaceat, imbresque decidant, crassescere & melius fieri certum est.

NOMEN. βρόμος Theophrasto βρώμα Dioscoridi, Galeno, Aeginetæ & alijs, fortè à βρώμα, vel βρώμη, quod cibum significat, cùm, ut mox dicetur, in cibum non solum jumentorum, sed etiam hominum veniat: vel ut Aduersaria, à fragore sonitue, quem seges matura, minimo flatu tacta, edit. Bromus Plinio, quamvis & Bromus sit ex vitijs frugum, quod Avena Plinio dicitur, de quo inter Gramina egimus.

*d* lib. 22. *e* lib. 6. de simplic. facult. *f* lib. 1. de aliment. facult. *g* lib. 4. cap. 13. & lib. 6. cap. 30. *h* 8. hist. 9. *i* lib. 1. Georgic. *k* lib. 2. cap. 11.



Latinis Avena, quod ad fructum non veniat, Portæ. Arabibus, *Churtal*, vt Serapioni *l*: alijs *Pomelarsich*. Germanis, *Habun*/nonnullis ab acuto semine, *Spistling*. Belgis, *Hauere*. Anglis, *Otes* & *Hauer*. Gallis, *Aoine*, licet rustici Lugdunenses Guadam quoque nuncupent. Italis, *Vena*, siue *Gena*. Hispanis, *Auena*, siue *Auea*. Bohemis, *Wou-ur*. Vngaris, *Zab*. At hæc quam descripsimus, ab Herbarijs communiter Avena, & Avena sativa dicitur: Avena frumentum, *Cordo m*: Avenæ prima species, Anguillaræ, quam aliquando in Hordeum transire scribit: Avena vesca, Aduers. Lobelio & Gerardo. Avena mitior & sativa, Cæsalpino.

## II. AVENA NUDA.



II. AVENA altera, NUDA dicitur, eò quod eius semen nullis glumis involuatur, cæteroquin prædictæ similis, quæ non ita frequens est, licet priori melior & sapi-

LOCVS. Non procul ab amœno (inquiunt Aduersaria) Tamesi, qua Londinum præterlapsus est, atque in Cantia Angliæ alicubi planities patent nudata auena consistat.

NOMEN. Avena nuda, Aduers. Lobelio, Dodonæo, Tabern. & Gerardo. Germanis,

A *Nacketer Haber*. Belgis, *Næckte Hauer*. Anglis, *Naked otes*. Angli ex hac tabefacta aqua macerando, optimam Cercuisiam parant.

III. AVENA NIGRA: hæc ipsa, alba aspectu, syluestrior est, stipula quinetiam crassiore, & folio nigriore, grana in spica duplici ordine, in Avena singulari glumo binas aristas profert, granum strigosius, longius, & pilosius: gluma pilosa & nigra, e cuius dorso arista intorta nascitur, tunica triplici vestitur, quarum tertia maturescens cito cadit.

LOCVS. Hanc in montosis circa Acidulas Griesbacenses satam copiose vidimus: inter Hordeum & Triticum, quemadmodum Auenam, solum inter Hordeum nasci, & hanc Auenam, quemadmodum nigram Galatrum nominari, Porta *n* refert.

NOMEN. Huius Dioscoridem inter medicas plantas, quæ *Ægilopi* sit similis, & ad Ozœnas laudatam mentionem fecisse, Cæsalpino vult: Avena altera est, Anguillaræ. Galenus *o*, Bromon siue Auenam ex leguminibus (vti supra monuimus) esse dixit, quomodo & Panicum & Oryzam legumina appellauit, ita vt in discriminatim voce *ἄρρηξ* & *σπίρηξ* leguminis & frumenti vsus videatur: at Plinio *p*, Avena primum omnium (præsertim Zeæ) frumenti vitium est, & Hordeum in eam degenerat: (aliqui & Triticum & Hordeum & Zeam in Auenam facile mutari asserunt,) quod vitium, soli maxime coelique humore euenit: sequentem causam habet, cum semen imbecillius diutius terra, priusquam erumpat, retentum est. Sed hæc Plinii, non de Avena sativa, verum de *Ægilope* intelligendam: siquidem Avena, peculiare genus habeat, suoque semine proueniat, & agricolis utilissimam frugem præbeat. Vide etiam quæ supra sub Festuca XIII. habentur.

QUALITAS. Avena calida est, non secus ac Typha, quanquam non æquè dura sit, ex quo etiam corpus minus nutrit Galeno *q*: vt medicamentum *r* similem Hordeo vim obtinet: desiccatur, mediocriter digerit citra mordacitatem: temperiem paulò frigidiorum habet *r*, & nonnihil adstrictionis obtinet, vnde & alui profluvia sanat: Quare Sethi frigefacere & astringere voluit: mediocriter frigefacit, Oribasius *s*, & quidem ordine primo. Cum autem Avenæ & in cibis & medicamentis vsus sit, de ipsius

*l* cap. 126. *m* in Dioscoridem. *n* lib. 11. villa. cap. 30. *o* 6. simplic. *p* lib. 18. cap. 17. *q* 1. aliment. *r* Gal. 6. simpl. *s* 2. Synopsis. *t* 8.



in cibis vſu primum. Etſi Galenus *t* & cum eo Oribafius *u*, Bromum iumentorum alimentum & pabulum eſſe, non hominum ſcribant, niſi aliquando extrema fame, ad panes ex ea conficiendos compellantur, at tamen coqui citra arctiorem annonam ex aqua, adiecto vino dulci, aut ſapa, aut mulſo, mandiq; non aliter quam Typham, Galenus *x* affirmat. Sic apud Germanos, quos Angli imitatur, licet potiffimum pro equorum pabulo quoque ſeratur, & ea anſeres ſaginentur, ex ea tamen non ſolum pro ruſticis, ſed etiam pro nobiles & magnatibus ex eius farina, optime & varia pulſes & ſorbitiones conficiuntur, quæ Auenata dicuntur: ſic & granis decorticatis, non ſecus ac Hordeo, in iure carniū decoquentes, utuntur. Quod ſi recte paretur, ſalubris cibus conficietur, cum ii qui his cibis utuntur, meliore valetudine fruuntur, quam qui delicatiffimis, variaque arte conſectis cibis veſcuntur: Quare Germani Medici & ſanis & ægris commendant: bene etiam nutrit, floridumque ſatis colorem infantibus efficit, ut etiam Turnerus *y* teſtatur: Oribafio *z* quoque Auena, maxime omnium leguminum, ad concoquendum accommodata eſt, & eius optima eſt ſorbitio: fit eodem modo, quo Ptifana, vt hemina in decem aquæ heminis decoquatur. Recte ergo Plinius *a*, Germaniæ populos ſerere ſcribit, quibus frumenti inſtar ſit, cuius etiam pulſe viuunt. Sed, quod addit *b*, Germanos nulla alia pulſe viuere, ipſum falli, ex ſuprà adductis in Tritico & Zea & de eorundem frugum farina ſiue Crimno colligere eſt. Ex Auena duplicem farinam habemus: alteram, ex grano, Zea inſtar molito, quæ albicans: alteram, quæ fit ex Auena frixa, quæ nigricans: quæ iterum duplex, altera craſſior, quam cum aqua coctam, addito butyro edunt, aut ſorbent: altera tenuis, ex qua Sueui pulſem craſſam, noſtri verò ſorbitioem parant. Solent & Saxones farinam Auenæ craſſiorem, quam ipſi *Grote* vocant, omnibus ſere obſoniis unâ cum Sale aſpergere & ſic ſimul coquere. Ita ex Auena leuiter tuſa pinſitaque apud Gallos *c* edulium fit, quod vulgus Grualdum appellat, eoque quadragenario ieiunio diuites æque ac pauperes frequenter utuntur: quin & ex iure carniū editur: quidam Medici id ſaluberrimum promit-

tunt. Eſt etiam apud eosdem aliud edulium Auenatum dictum, menſis quoque elegantioribus non ingratum: adijcitur lac bubulum, aut caprillum, aut ſuccus amygdalarum dulcium, itemque ſaccharum: qua ratione eximiam gratiam inſit, quippe ſic & iucundius & ſalubrius editur. Panis quoque apud quaſdam gentes inferioris Normanniæ & Armoricarum regionum, vt & apud Germanos tempore inedia conficitur, qui vt habet Galenus *d* eſt inſuauiſ, non tamen aluum aut ſiſtit, aut proritat, ſed medium locum obtinet. In Wallia occidua Angliæ parte, panes & placentas ex hac conficiunt: ſic in Calabria ex Auenæ farina, & panis, & pulſ, & potus præparatur. Apud veteres quoque videtur fuiſſe edulium ex Auena paratum, *βρόμιον* dictum, ut ex Hordeo *πρωάνη*: ſiquidem Aegineta *e*, cum Piſanæ coquendæ modum declarafſet, adiungit: eodem autem modo quo piſana. ſic & *ὁ βρόμιον καὶ ὁ χόνδρος* decoquuntur. Quare *βρόμιον*, & frugis ſpeciem Auenam nominatam, & rem ex ipſa conſectam ſignificabit. Cereuiſiam quoque ex Auena non ſecus quam ex alijs frugibus Lithuani conficiunt. Moſchouitas *f* item ex ea aquam elicere ardentem, qualis ex vino elici ſolet, quam aquam vitæ appellant, ea loco vini eos vti, hocque potu non ſecus ac vino generoſo inebriari, referunt. Sed & in medicamentis vſu pari ſolitur. Etenim Trallianus *g* Auenæ cremorem, loco ptifanæ in Phreneticis exhiberi poſſe ſcribit: etiam in Pleuritide: ſi inquit, Ptifanæ cremorem auerſentur, alio utantur (*μάλιſτα τῶν ἀπὸ τῆς βρόμιου*) præſertim auenato: vim enim quæ humores ex thorace & pulmone purget & educat, haud minorem quam ptifana, ſi non etiam aliquanto ampliore, obtinet. Sic Dioſcoridi *h* ex ipſa pulſ conſecta, aluum ſiſtendi vi prædita eſt. Tuſſientibus ſuccus ſorbitioem prodeſt, Dioſcoride & Plinio autoribus. Summe prodeſſe difficulter meientibus, & qui morbo cholerae afficiuntur Sethi ſcribit. Contra ardorem ventriculi (*Sodt* Germani vocant,) eius grana circiter viginti, maſticata & deglutita commendantur. Farina eius æque ac Hordei ad cataplaſmata utilis Dioſcoridi & Plinio *i*: & vt Galenus *k*, Cataplaſmatis modo impoſita, deſiccet & digerit mediocriter ac ſine morſu: inſtar



*c* Gal. 6. ſimpl. Aet. ſec. 1. ſer. 1. *u* 1. colleſt. 15. *x* 1. de ſac. aliment. *y* in ſua hiſtoria. *z* 4. Synopf. 35. *a* lib. 18. cap. 17. *b* Corner. lib. 2. in Dioſc. *c* Bruyer. de reſibar. lib. 5. c. 20. *d* 1. de aliment. ſac. & Oribaf. 1. colleſt. 14. *e* lib. 1. cap. 78. *f* Bruyer. Tabern. *g* lib. 1. cap. 17. *h* lib. 2. cap. 110. *i* lib. 22. cap. 25. *k* lib. 6. ſimpl.



hordeaceæ quoque inflammatis & luxatis A  
membris imponitur, quare altera alterius  
loco vsurpari potest. Plinio Auenæ farina  
in aceto decocta, næuos tollit. Sunt qui ce-  
rusam addunt & pro fuco vtuntur. At ipsa  
Avena cum putamine, vel per se, vel addito  
sate tosto & cumini semine, in sacculis cali-  
de applicata lateris & infimi ventris dolores  
à flatibus, & frigiditate causatos tollit. Vul-  
gus l ad dolorem nephriticum mitigan-  
dam, Auenam, cum baccis iuniperi sacco  
indunt & calide parti applicant. Ad scabiem B  
infantum, balneum, cui stramen Auena-  
ceum incoctum probatur. Stramen nostra-  
tes, quemadmodum & Zeæ comburunt, eo-  
que puluere ad pultes nigras, quas Pseffer  
vocant, conficiendas vtuntur, ipseque puluis  
apud aromatarios Pseffermeei nomine ven-  
ditur. Sunt m qui sub finem Maij ex gra-  
mineis eius folijs, Aquam eo modo quo ex  
rosis eliciant, ad dolorem ac calorem in oph-  
thalmia mitigandum, guttas aliquot instil-  
lant & lintea intincta applicant: ad quod C  
etiam succus ex folijs expressus, si in eo lin-  
teola integantur & apponantur, valet.

DE VSTILAGINE.

CAPVT XXIIIX.  
VSTILAGO SECALES.



VSTILAGO frugum cerealium, præfer-  
tim spicatarum, & maxime Siliginis,  
Secales & Auenæ morbus, seu potius pestis  
est: ipsis autē accidere solet, antequam è gra-  
mineis vaginis penitus sese explicent, ac in  
culmum attollant, idque cœli constitutione  
crebro inconstante. Quando enim, Aprili  
& Maio mensibus, post Solem ardentem,  
subitæ pluuiæ succedunt, & sol continuo  
ardentes radios spargit, spicæ adhuc teneræ  
ac latentes, humore madidæ, à solis feruore  
correptæ, sic aduruntur, vt quamprimum è  
vaginis prodeunt, nigræ, & veluti puluere  
fulco, aut atro obsitæ appareant, quæ ina-  
rescunt, & ad frugem non perueniunt: quod  
malum sæpenumero etiam vitibus a floren-  
tibus contingit. Vitium hoc ἐρουσίθη Theo-  
phrasto dictum videtur. Is enim b de fru-  
gum vitijs agens (de quibus & Plinius c,)  
ostendit, in quibus, quare, à quo, & quando  
fiat, & quid sit. Verba ipsius d: seminum  
vitia quædam omnibus communia veniunt,  
vt ἐρουσίθη (rubigo Gazæ,) quædam vero  
quibusdam propria, οἷον σφακελισμός, id est  
tabitudo, Ciceri & erucarum infestatio:  
alij etiam pulicum bestiolarum erosio: non-  
nulla etiam scabie & falsugine pereunt, vt  
Cuminum: sic in Tritico, cantharis nasci-  
tur: & in Eruo, phalangium, & in alijs alia

l Matthiæ editione Germanica.

m Tabernamontan.

lib. 4. cap. 15.

a Tragus, Tabernam.

b lib. 8. hist. plant. cap. 9.

lib. 3. de caus. plant. cap. 27. &

c lib. 18. cap. 17.

d lib. 8. hist. plant. cap. 10.



genera. Vox *ερυσίβη* à Gaza d modo per ru-  
biginem, ad imitationem Plinij c, redditur:  
modo per *æruginem* e non tamen (vt Sca-  
liger f scribit) semper. Est autem *ερυσίβη* g  
*σηψίς τις τῆ ἐφυσταμεία ὑγῆ*, rubigo (ærugo  
Gazæ) putredo quædam residentis humo-  
ris: hoc est, secundum Scaligerum h, cum  
exceptus in spicam ros aut pluuia non decu-  
titur, sed solis superuentu excafacta putres-  
cit. Quamobrem si copiosæ pluuia fuerint,  
non generatur: diluitur enim atque deter-  
gitur. Sed si stillicidia, vel etiam rores plu-  
res incesserint, solque secutus sit, flatusque  
desit, tunc putrent. Nam, vt Plinius i, ple-  
rique dixere, rorem inustum sole acri, fru-  
gibus rubiginis causam esse, & carbunculi  
vitibus. *ερυσίβαι* k (rubigines Gazæ) in fru-  
mentaceis magis quam leguminibus: (Pli-  
nio l, rubigo communis vinearum & fru-  
gum pestis:) inter frumentacea Hordeum  
magis quam Triticum sentit: & inter Hor-  
dea aliud plus, aliud minus, sed præcipue  
Achilleis. Quare vt idem m, Hordeum A-  
chilleis vocatum, tam nigrum quam candi-  
dum *ερυσίβωδες* (æruginosum Gazæ,) spi-  
cam enim erectam gerit: Eteocritum vero  
tutum (*ἀσφαλές*), incuruatur enim, siue  
nutat (*ἀπὸνδῆ*). Segetes vento expositæ  
*ἡθὼν ἐρυσίβωδῶν* (minus ærugine infestantur  
Gazæ,) propter motum enim excutitur &  
decidit humiditas: nam & cum post im-  
brem flatus secutus & nox deinde successerit,  
minus: hic enim concutit: sol vero sta-  
tim superueniens, multam putredinem con-  
ficit, sed prius exsiccatur. *ἢ ἡ ἐρυσίβη* (ærugo  
Gazæ,) putredo quædam est: nihil au-  
tem putridum esse potest sine calore alieno:  
maxime autem *ερυσίβωδῶν*, id est rubiginem  
contrahit Triticum in plenilunijs, ideo quia  
luna etiam noctu calore putrefacit. Tractus  
n autem excelsi, perflati que rubiginem nul-  
lam aut minimam (vertente Gaza ex Græco  
*ἢ μικρὸν περυσίβωδῶν ἢ μελέωρα* (nempe *χάερα*),  
*ἢ ἐρυσίβαι*, sentiunt: concaui & flatibus nul-  
lis expositi contra rubiginem patiuntur, in  
plenilunijs maxime. Et, vt idem alibi o:  
*ερυσίβη*, quamuis commune omnium vitium  
est, tamen frumenta magis infestat & magis  
Triticum atque Hordeum, quod alterum  
nudum est, alterum tunicis plurimis integri-  
tur, & folium spicæ gerit proximius, vnde

frugem suam effundit: residet enim in eo  
humor putrefactus, qui rubiginem creat.  
Adde quod spicam gerat erectam densio-  
remque: hinc enim humor minus defluere  
potest: qua de causa, spicam aliquantulum  
inclinari melius est, sic enim quod conti-  
nuum est, dissolui atque decidere celerius  
potest. Hæc eadem causa reddenda etiam  
Hordeo est, habet enim prædicta omnia  
maxime cæterorum comparatione. Idem,  
alibi p scribit, locis & à flatu silentibus se-  
getes rubigine infestantur: aufugiunt hoc  
vitium, quæ stant non erecto, sed paruo ca-  
cumine: quare spicam inclinari utile est, vt  
imbres decidant, nec rores excipi possint:  
inclinantur magis quæ longæ sunt: ma-  
nent erectius latæ ac breues: quo fit vt istæ  
*ερυσίβωδῶν* (æruginem sentiant, Gazæ),  
Plinio q est & aliud ex vicino Auenæ vi-  
tium, cum amplitudine inchoata granum,  
sed nondum matura, priusquam roboretur  
corpus, afflatu noxio cassum & inane in spi-  
ca euanescit, quodam abortiuo. At, vt  
Theophrastus r, inter legumina, faba ma-  
gis *ερυσίβαι* (æruginem sentit, Gazæ,) quia  
folia multa vndique gerit, tum quia densa  
obseritur, tum etiam quia humorem maxi-  
me ad se trahit, suæ raritudinis causa: adde  
quia fructum terræ proximiorum gerit.  
Quod vero quidam volût, id quod Gaza ru-  
biginem vertit, à Plinio s carbunculatio-  
nem vocari, non probamus, cum arborum  
morbum esse Plinius dicat: imo & vitibus  
carbunculum tribuit. Gesnerus u autem  
censet, non esse propriè rubiginem, cuius  
Theophrastus meminerit: ratio, quod: u-  
bigo morbus sit factorum à frigore tantum &  
pruinis: non autem, vt alij volunt ob rorem  
inustum sole acri: quod ex Columella x  
colligitur, vbi docet rubiginem à vineis re-  
mouere, palearum aceruis in vinea accensis,  
cum frigus contra temporis consuetudinem  
intellexeris, ita enim fumus nebulam & ru-  
biginem remouebit.

**NOMEN.** Vstilago Herbarijs dicitur: Lo-  
belius y & Tabernemontanus Vstilaginem  
Secales, Hordei polytichi, & Auenæ pictu-  
ra exhibent. Germaniæ & Belgiæ, Brandt.  
Angliæ, *Blight*, *Burnt or*, *Brantcorne*. Gal-  
lis, *Brusture*.

**VSVS.** Nullius in Medicina vsus est: &

c lib. 3. de caus. plant. cap. 27. d lib. 4. cap. 15. f in lib. 4. de caus. plant. cap. 17. g lib. 4. de caus. plant. cap. 15. h in lib. 3. de caus. plant. cap. 30. i lib. 18. cap. 28. k lib. 8. hist. plant. cap. 10. l lib. 18. cap. 17. m lib. 3. de caus. plant. cap. 27. n Theophr. lib. 2. hist. plant. cap. 10. o lib. 4. de caus. plant. cap. 15. p lib. 2. de caus. plant. cap. 27. q lib. 18. cap. 17. r lib. 4. de caus. plant. cap. 15. s lib. 17. cap. 24. t lib. 18. cap. 28. u in Catalogo plantar. x lib. de arborib. cap. 13. y in suis iconibus.



ad nullam aliam rem utilis, quam ut vice straminis iumentis substernatur. Pictores aliqui, eius puluere, ad colorem atrorubentem utuntur.

## DE ORYZA.

### CAPVT XXIX.

#### ORYZA.



**O**RYZAM, quam cum Dioscoride *a* ex genere τῶν σιτηρῶν Aegineta *b*, Plinius *c* & Celsus *d* dixere, Galenus *e* inter τὰ ὅσπρια legumina recenset: ὅσπρια enim *f* appellari scribit, cerealia omnia semina, e quibus panis minime conficitur. Aetius, modo inter frumenta, modo inter legumina, retulit. Theophrastus *g* sic descripsit: Oryza feritur & Zeæ (semini Gaza) similis est, aspectu Lolij similis: statq; magna parte temporis in aqua, effundit non spicam, sed veluti iubam, modo Milij atque Panici: pistaque tanquam Alica, redditur concoctu perfacilis. Sed integram descriptionem subiungamus. Radicibus est triticeis: culmis bicubitalibus & tricubitalibus, striatis, triticeis & hordeaceis, crassioribus ac robustioribus, geniculatis: folijs longis, arundinaceis, carnosis,

A porraceis haud absimilibus: in culmi cacumine, non *b* spica, sed iuba Milij aut Panici modo, in ramulos diuisa, in quibus semen vtrinque impari exortu & alternatim provenit, cortice subflauo, aspero, & angulosis strijs in longitudinem donato, superne viloso, oui figura, tectum, & aspera arista armatum est: quo exuto, granum quouis præstantissimo Tritico candidius, pellucidum, durum, Auena breuius & crassius conspicitur, qualem in agris Veronensium legimus: B at flores non obseruauimus, quos ut in Milio purpureos esse *i* & eodem tempore & flores & semen proferre, dicunt. Labet descriptionem Oryzæ, prout autor historiae auriferi regni Guineæ *k* proposuit, subiungere: Oryza, inquit, in culmis crescit, non nihil inflexis & incuruatis, firmis tamen & rigidis, spicas habet acutissimis aristis formidabiles, grana vero ipsa glumis inhaerent; siue folliculis cerei coloris: culmus longitudinem habet vnus pedis cum C dimidio, assimilatur vero stipulis Hordei, sed radix ad Triticum magis accedit. Originem traxit ex India, & per vniuersum ferè terrarum orbem distracta atque disseminata est, ita ut vix vllus locus Indiae Oryza vacuus reperiatur. Multum requirit caloris, & messis eius sera admodum est, in Septembrem nimirum incidens. Hoc verò mirum est, quod grana iam dura & spissa, humido agro delectentur, & quod terra humida & vliginosa, frumentum tam præstantis saporis & alimenti, tamque siccum procreare possit: hæc ille. Genera duo faciunt ex Simeone Sethi, Ruellius *l*, Lonicerus & Tabernæmontanus, vnum grano candido: alterum grano rubente, quod hæctenus non vidimus: & hoc à Plinio descriptum Ruellius *l* asserit. An Plinius *m*, Oryzam à nobis descriptam, intelligat, dubitamus: Oryzæ, inquit, folia carnosæ, porro similia, sed latiora: altitudo cubitalis, flos purpureus, radix gemmeæ rotunditatis. Hanc Plinij descriptionem, recentiorum plures Oryzæ Italicæ, sed ut censemus, male tribuunt. An forte hoc Plinij illud sit, quod Asia & Syria Barbara, Romanis inuidebat: nam ut refert Strabo *n*, apud Bosmoros Oryzæ genus religiosum, Tritico minus, excussum areis protinus torretur, & messoris iureiurando

*a* lib. 2. cap. 117. *b* lib. 1. cap. 78. *c* lib. 12. cap. 7. *d* lib. 2. cap. 12. *e* lib. 1. de aliment. facult. *f* ibidem. *g* lib. 4. hist. plant. cap. 3. *h* sic ante quoque ex Theophr. lib. 4. hist. plant. cap. 5. ad Masshol. spica: Lugdunensi iuba sine spica. *i* Broyer. de re cibar. lib. 5. cap. 21. *k* parte sexta India Orientalis cap. 3. *l* lib. 2. cap. 25. *m* lib. 12. cap. 7. *n* lib. 15.



adiguntur, id se prius inde non asportatu-  
ros, quam excoherint: veriti, ne semen alijs  
terris communicaretur. Sic in Baly insula  
o licet abundet, tamen regis interdicto ni-  
hil efferre licet: quam collectam numero-  
sissimi incolæ suis cibis adhibent: & si quid  
abundat, castellis ad hanc rem montibus su-  
perstructis, aut pro steriliū annorum so-  
latio, aut pro famis, obsidionisue alicuius  
remedio, recondunt: Oryza enim præci-  
pua omnium Indiæ Orientalis locorum an-  
nona est. Differentia tamen apud ipsos ob-  
seruatur: siquidem in Goa p vrbe Oryzam  
vendunt in forma massæ orbicularis, funi-  
bus & stramine colligatæ: quæ ita venditur,  
bonitate reliquam non conuasatam superat,  
& dicitur Oryza Girasol: at vilior Chambasal  
nominatur. Verum q binis hisce voculis,  
Girasol & Chambasal non solum Oryzam, sed  
& reliqua omnia distinguunt, & cuiusuis  
generis nobilius Girasol, inferius verò Cham-  
basal vocare solent. At Oryzæ r genus ali-  
quod peculiare, inter alia munera reginam  
Patanensem Hollandis misisse, in nauigatio-  
ne Indica refertur.

Locvs. Locis vliginosis ac palustribus  
nascitur, Dioscoridi s: magna temporis  
parte in aquis residet, Theophrasto t: in-  
ter amnes prouenit, Straboni. Ex India il-  
lata fuit, & Theophrasti ætate Græciæ pe-  
regrina fuit, in India ferebatur: & quidem  
Eratosthene auctore, cum æstiuis imbribus  
maderet. Et Aristobulus apud Strabonem  
tradit, Oryzam in aquis conclusam stare,  
areolis quibusdam factis, etiam altitudine  
quatuor cubitorum, multiplici spica, co-  
pioso fructu, meti circa Pleiadum occasum,  
& vt Zeam repurgari: nasci in Bactriano  
agro & in Babilonia, & Suside, & inferiore  
Syria. Hoc seculo licet in vniuersa India  
Oryzæ frequentissimus vsus sit, alijs tamen  
in locis copiosissime colitur, vt in Benga-  
la u, vbi præ omnibus alijs Indiæ locis v-  
berius prouenit: onerantur enim ea naues  
complures quotannis, per terrarum orbem  
inuehendæ, nec tamen vnquam in Bengala  
ea deficit: sic per vniuersam insulam x Ce-  
lon, quæ in regno Candy est, & Madura y  
insula, tanta copia, vt hinc vicini omnes pe-  
tant: terra enim pinguis perpetuis exunda-  
tionibus ita mollescit, vt Oryzæ messem fa-  
cturi, ad dimidium genu in aqua versentur:

A in regno Pegu z, vbi nil præter Oryzam  
crescit: in Patani a instar Siliginis & Tri-  
tici nostratis prouenit: in insula Ternate b,  
& in promontorio c viridi, & alibi. Sic  
& Cambaiæ d regnum ea abundat: & Oti-  
nea, & insula S. Laurentij: in Iauæ e insu-  
lis S. Mariæ & Celduum. Iaponenses etiam  
f vulgò ea victitant. In regno Congiano ad  
metropolim, quæ & Congus dicitur, plani-  
ties in qua, sed non magni pretij, prouenit.  
Sic in insula Coyo u non magna copia.  
B At in quibusdam non crescit, vt in Moluc-  
cis insulis, & quidem ex incolarum negli-  
gentia potius, quam ex soli vitio. Autor  
est Bellonius g, per vniuersam Ægyptum  
præ reliquis magni census esse, ita vt h sin-  
gulis annis ad minimum sex naues ea plenæ  
ex Ægypto Constantinopolim aduehantur,  
siquidem agri circa Nilum plurimis locis  
Oryza consiti sint: quemadmodum in pla-  
nitie i ad montem Olympi, ampla, & val-  
dè, aquis à monte defluentibus, rigata. Li-  
cet autem copiosissime in Asia, Syria, Ægy-  
pto & Fortunatis insulis proueniat, nunc  
tamen etiam in multis Europæ locis feritur,  
vt in Hispania, in agris Hetruriæ & Lom-  
bardia, circa Mediolanum, vnde potissi-  
mum ad nos adfertur: quare Plinius k ait  
Italicos agros maximè Oryza gaudere. Sic  
auctore Porta l, in Salernitano agro pa-  
tenti, vda planitie, maximo prouentu, quam  
tamen euripis & ilicibus & fluuijs ductis,  
quoties opus est, rigant, alias nullam aut cas-  
sam segetem laturam: ita vt mirum sit, tam  
siccum & exsuccum granum, tam humi-  
dum requirere solum: bonum, iucundum,  
& salubre alimentum præbere. Scaliger m  
monet perire Oryzam, si propter fontes exi-  
stant elices, vnde frigidior exeat aqua. Plu-  
ribus Italia, Pedemontanæ prouinciæ, qui-  
busdam & Gallia locis prouenit. Verum  
quo pacto & qua superstitione, vt cymbalis,  
choreis, & inuocatione diabolorum, quos  
colunt, apud Calecutos in India feratur,  
metatur & recondatur, cum alibi passim  
E apud auctores, tum verò in itinerario A-  
loysij quod de nauigatione sua scripsit, non  
iniucunda habentur. Sic de eius cultura  
copiose Quiqueranus Gallus n scripsit. Rei  
rusticæ auctores Latini, quod quidem ræ-  
minerimus, Oryzæ culturam minime per-  
secuti sunt: fortè quod tum Italia parum

o 3. part. Ind. Orient. 39. p 2. part. Ind. Orient. 32. q 4. part. Ind. Orient. 6. r part. 8. Orient. Ind. s lib. 2. cap. 117. t 4. hist. plant. cap. 4. u part. 2. Orient. India 18. x part. 7. Orient. Ind. y part. 5. Orient. z part. 7. Orient. 39. a part. 8. Orient. b part. 5. Orient. c part. 6. Orient. 2. d part. 2. Orient. 4. 5. 11. e part. 3. Orient. cap. 12. 21. 37. f part. 2. Orient. 28. g lib. 2. c. 28 & 29. h lib. 1. cap. 59. i lib. 3. cap. 41. k lib. 18. cap. 7. l lib. 11. cap. 28. m in lib. 2. de plantis Aristot. n in lib. de laudibus Prouincia.



familiaris fuerit: ea etenim ab externo orbe inuecta, cum Indiae populis cibus vulgatissimus sit. Maturescit aestiuus solibus multis, eiusque messis ferotina circa æquinoctium autumnale: quare Septentrionales regiones, licet humentes magis, tamen ut aliosas respuit: etsi Camerario *o* in aquosis locis aliquoties prouenerit. In Gallia *p* Lugdunensi quidam eam excolere tentaue-  
re, frustra tamen: nam parum lacte prouenit, & impensa maior, quam ex eius prouentu utilitas, sentiebatur. Præstantissima censetur, quæ ex insulis Philippinis & ex China aduehitur.

NOMEN. *Orυza* Græcis, soli Theophrasto *q* *ορυζον*, quod forsitan Indicum nomen est, cum primum ex India fuerit allatum, ut ex Theophrasto *q* colligere est. Latini, Græcam vocem Oryzam retinent, nonnulli tamen Risum nuncupant. Arabibus, *Arz* & *Arzi*, ut Serapioni *r*. Haliabbati, *Arşura* & *Aezum*. Glossographo Auicennæ, *laibedi*. Germanis, *Reiß* / *Ryß*. Belgis, *Rys*. Anglis, *Rises*. Gallis, *Rys*, *Ris*. Italis, *Riso*. Hispanis, *Arroz*, *Atroz*. Vngaris, *Ris*, *Kusa*. Bohemis, *Reyze*, *Malaice*. In Bantan *Bris* dicitur. Sic in regno Congiano *s*, Oryza, quæ non magni pretij est, *Mazza de Mamputo*, id est semen Lusitanicum (Lusitaniam enim *Mamputo* dicunt,) ab ipsis appellatur. Herbarijs Oryza: Oryza peregrina, Trago. Hordeum Galaticum siue distichum (quia ponderis & candoris eximij dicit) Columellæ, censuere, Hermolaus, Ruellius, Amatus, Porta & Tabernæmontanus, cui & Hordeum Siciliense, quod non probamus: siquidem Columella *t* scribat, Hordeum hoc pinguiissimis sed frigidis locis circa Martium mensem feri: & Palladius *u* circa Idus Ianuarij locis temperatis. Sunt qui Typhen Plinij *x* statuunt, moti his verbis ipsius: Typhe & ipsa eiusdem generis, ex qua fit in nostro orbe Oryza: vbi cum Dalechamptio Olyra legimus: his persuasus Turranius, Olyram & Oryzam eandem esse existimauit.

QUALITAS ET VSUS. Calida est in primo, sicca verò secundo gradu, Simeoni Sethi *y*, & Actuuario *z*, Oryza edulium est modice calidum ac siccum & alibile & meatus obducens: temporis autem interuallo sumpta, nihil sanè molestiæ corpori attu-

alerit. Vulgi animos opinio peruasit, ea frequenter vescentes, obefiores reddi: quare in quibusdam locis foeminae gaciliores & macilentiores Oryza frequentius vtuntur, eam ex lacte & largiore saccharo assumentes. Sed veterum Medicorum sententia contradicit: ut qui inter *ολιγότροφα*, siue leuiter alentia, & *δύσπετα* siue quæ difficulter conficiuntur retulere. Nam Aegineta *a*, Oribasius *b*, Aetius *c*, ægrè concoqui, exigui nutrimenti esse & aluum sistere scribunt. Galeno *d* & Aeginetæ *e* adstrictionis quippiam habet, quare mediocriter ventrem sistit. Dioscoridi ac Psello mediocriter alit, aluum supprimit: & Galeno Chondro *f* similiter paratur, coquiturque, sed difficilius, quam Alica conficitur & minus alit, & in edendi suauitate, ab ea quam plurimum relinquitur: qua omnes insistenda aluo vtuntur, ipsam eodem modo quo Alicam coquentes: pista, tanquam Alica, concoctu facilis redditur Theophrasto. At *g* vis adstrictoria infringitur, si per noctem in aqua maceretur. Celsus *h* imbecillimis adnumerat, præsertim elotam, bonique esse succi & stomacho idoneam. Sed crassiorem pituitam facere, rei medicæ autores testantur. Oryza inquit Plinius *i* in Italia maxima est copia, ex qua Ptisanam conficiunt, quam reliqui mortales ex Hordeo. Vnde apud Horatium *k* medicus ait: Tu cessas? agetum sume hoc ptisanarium Oryzæ: quod alij sumunt pro vase, in quo ptisana coquitur, vel tunditur: alij pro Oryza cocta, vel Ptisana ex Oryza. Plinium censemus per Ptisanam Oryzæ, intelligere Oryzam pistam, Ptisanæ modo repurgatam, hoc est cortice nudatam, quemadmodum ad nos adfertur, & omnibus locis venalis prostat. Oryzæ vsus vniuersis propè nationibus, tam Europæis, quam Africanis familiaris est: inprimis Indis (maximè in Orientali India habitantibus) ut China & Philippinis insulis, Iapponia, Mexico, Peru, alijsque locis, apud quos præcipua *m* annonæ est. Quomodo Indi primo ea in cibo & potu, dein quomodo Turcæ, tandem quomodo quoque Christiani vtantur, breuiter subiiciemus. Hæc Indis *n* panis loco est: etenim in Nagabatan cum pane destituantur, hac contenti esse coguntur: sic in Achin *o*, panem non habent, sed eius

*o* in suo horto. *p* Bruyer. de re cibarij. lib. 5. cap. 21. *q* 4. histor. plant. cap. 5. *r* cap. 13. *s* 1. part. Ind. Orient. 1. *t* lib. 2. cap. 9. *u* tit. 4. *x* lib. 18. cap. 10. *y* lib. de aliment. *z* de spiritibus animalis nutritis. cap. 5. *a* lib. 1. cap. 78. *b* lib. 1. collect. cap. 16. *c* terr. abibl. 1. ferm. 1. *d* 8. simpl. *e* lib. 7. *f* lib. 1. de aliment. faculis. *g* Petron. de victu Romanor. lib. 3. cap. 9. *h* lib. 2. cap. 18. *i* lib. 18. cap. 7. *k* 2. ferm. Satyr. 3. *l* 9. part. Ind. Occident. *m* 3. part. Ind. Orient. 39. *n* 4. part. Ind. Orient. 4. *o* 7. part. Ind. Orient. 31.



loco Oryza in pulmentum tosta vtuntur. A potus, conficitur. Alij y vt in Pegu, aquam extrahunt, quæ cum Aqua vitæ, vel vino igne eliquato, sua virtute & efficacia certare potest: in Achin z ex Oryza & nucibus Indicis, aquam destillant, quæ homines inebriat & Arack ipsis nominatur: sed in hac re Chineses a præ cæteris peritissimi sunt, & ex hac aqua, ceu vino, victus certum emolumentum quærunt. Qui Orientem b inhabitant, magno illi Cam subditi, ex Oryza additis varijs aromatis, nonnunquam & Saccharo, quotidianam potionem parant, qua facilius ociusque quam vino, inebriantur. Sic apud Mauritanos, ex Oryza lacte macerata liquorem (inquit Pena c) destillant, limpidum primo, deinde oleosum, nec parum suauem, nec minus exhilarantem spiritus, & inebriantem, quam ipsum vinum. Apud Turcas etiam Oryza in magno vsu est, quam ita in cibum apparare solent: copiose eam assumunt, in iusculo coquunt, diuque ebullire sinunt, nullo modo agitantes, si enim dum ebullit, ageretur, corrumpetur, Bellonio d monente: & vt Rau Wolffius e obseruauit, vix vllus cibus apud ipsos tam vulgaris, sed eam ita densam coquunt, vt digitis eximere possint. Quare (vt Bellonius f,) Turcæ, cum diuersoria nulla habeant, in Nosocomijs pultem ex Oryza confectam habent, quam transeuntibus liberaliter præbent: sic etiam g in Monasterijs, ad montem Sinai, eam peregrinantibus offerentes. In Europa, Peru & Mexico, apud quos Triticum in panem venit, vescuntur Oryza, non quidem loco panis, sed decocta ex pinguium carniū iure, vt & Italis consuetum, aut cum Amygdalarum dulcium cremore: aut cum lacte vaccino, (sic enim facilius concoqui h volunt) vt Germani & Belgæ, Græcos imitati, vt videre est apud Aëtium i. Sic apud Gallos k nulla ferè conuiuia celebrantur, quæ non Oryzæ cibarijs ornentur: quibusdam prima mensa apponitur ex iure gallinaeo, aut iusculo alio pingui, croco addito ad commendandum colorem & saporis gratiam conciliandam. Alij ex lacte parant, aut ex succo Amygdalarum dulcium, croco adiecto. Culinæ saccharum quandoque simul coquunt: quandoque verò nostrates propidibus impositam eo, vt & cinamomo contuso, aspergunt. Cum lacte, inquit Se-

p 9. part. Ind. Occident. q 8. part. Ind. Orient. r 2. part. Ind. Orient. 97. s 5. part. Ind. Orient. t 7. part. Ind. Orient. 39. u 3. part. Ind. Orient. x Joseph. à Costa lib. 4. cap. 17. y 1. part. Ind. Orient. 35. z 8. part. Ind. Orient. a 3. part. Ind. Orient. 29. b Tabernam. c in Aduersar. d lib. 3. obser. cap. 41. e parte 1. itiner. cap. 8. f lib. 1. obs. cap. 59. g lib. 2. obs. cap. 65. h Petronius de vitæ Romanæ. i lib. 3. cap. 9. k Ernywin.



thi, apparatus, bonum habitum, bonumque colorem affert & genitale semen auget. Pul-  
 tes ex *Oryza* conficiuntur, vt in ijs solidæ partes maneat, & in cibum fumantur, non autem eius succus, vt cum *Hordeo* fit, licet *Theophrastus* ex *Oryza* iuscula parari scribat. In *Hispania* l, ex farina huius & gallinarum pectoribus elixis & incisis, cumque *Saccharo* & lacte, lento igne coctis, & ligneo instrumento valde subactis, suauissimum cibum, quem *Album* vocant, parare solent, estque plurimi alimenti, sed paulo crassioris. Verum *oryzæ* esum in *Pleuritide* damnat *Aretæus* m, quoniam siccet & exasperet, potiusque costarum purgationem supprimat, quam facilem reddat. In *catarrhis* vero & doloribus capitis, à bile causatis, nimio fluxu sanguinis ex quacunque corporis parte: vlcibus intestinorum, renum, vesicæ: fluxu hepatico, eius esus commendatur. Sic *Dysentericis*, *coeliacis*, & *diarrhœa* laborantibus exhibetur, præsertim torrefacta & decocta in lacte, in quo igniti calculi extincti fuerint: addi possunt & pedes vitulini. *Dysentericis* eius decoctum, vtiliter in potu exhibetur, & clystere infunditur. *Alba* cum est, inquit *Sethi*, modice sistit: *rubra* verò cum est magis propter siccitatem astringit. In hepatico fluore & mictione sanguinea *Oryzam* cum lacte, aut carni iure coctam, per setaceum transmissam, additis duobus ouorum vitellis, exhibent. In tussi singulare remedium, *Oryza* cocta per setaceum transmissa, & in die aliquoties assumpta. In heclicis & faucium exulceratione, ex farina cum aqua mista & butyro recenti cocta, addito *Amygdalarum* cremore, sorbitionem *Saccharo* dulcoratam conficiunt. Aqua, in qua *Oryza* fuerit decocta epota, corrigit vitia, quæ ex assumpto *Arsenico*, *Calce* viua & *Cantharidibus* contingere. *Oleum* quoque *Indi* ex *Castaneis* & *Sesamo* atque *Oryza* facere dicuntur, *Plinio* n monente. Farina, *Cataplasmatibus* repellentibus admiscetur: & ijs quæ *mammæ* incipientem inflammationem arcent, floribus *Chamæmeli* & *Rosarum* additis. *Variolarum* vlcusculis farina inspersa, ea sic exsiccat, vt vestigia non remaneant: hinc ipsius cum lacte ad fucos etiam vsus est.

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

l *Camerarius*. in *lib. 1. de cur. acut. 10.* n. *lib. 15. cap. 7.*

a *part. 6. fig. 14.* b *6. part. Ind. Orient. cap. 30.*

## DE FRUMENTO INDICO

DVPLICI.

### C A P V T X X X.

FRUMENTVM apud *Indiæ* scriptores quadruplex reperio: primum, ipsis *Milium Indicum*: secundum, *Mays*, quod *Triticum* ipforum est: tertium, quod *Manigette* indigetant: quartum est *Oryza*: & trium posteriorum delineationes, in *historia Indiæ Orientalis* a, proponuntur: de *Oryza* cum dictum sit, de tribus prioribus acturi sumus, & quidem de primo & tertio, quantum ex *Indicis* scriptoribus colligere licuit: cum de secundo etiam cæteri *Botanographi* iam egerint.

I. FRUMENTVM INDICVM QVOD MILIVM INDICVM VOCANT, his verbis in descriptione auriferi regni *Guineæ* ad *Africam* pertinentis, quod alias *littus de Mina* vocant, à *Batauo* b quodam proponitur. *Milium* hoc spicas habet oblongas, suntque granula colore quidem semen *cannabis* æmulantia, sed forma tamen nonnihil oblongiori, quæ glumis siue vtriculis & folliculis, aristas nullas habentibus inhaerent, instar *Dipsaci* herbæ: fractum verò & comminutum, candidissimum apparet. Et hoc frumenti genus semper habuerunt, etiam ante *Lusitanorum* aduentum: Hoc terræ commissum, breui spacio pullulare & germinare cernitur, cumque altitudinem viri assecutum est, & flores iam ex spica prominent, in agri medio tabernam quandam ex ligno extruunt, stramine contegunt, & filios in ea collocant, vt ab auium pernicio (quam aliunde non metuunt) frumentum vindicent: *Lolium* enim & *Zizania* non euellunt, sed simul vsque ad tempus messis crescere sinunt. Exactis tribus mensibus, hoc enim spacio excrescit, abscinditur & in terram depositum, vnus adhuc mensis spacium requirit, vt *Solis* calore probe exsiccet & percoquatur: postmodum spicas culmis resecant, inque fasciculos collectas domum deportant, stramine operiendis vel muniendis quasi, & cingendis ædificijs suis destinato. *Milium* hoc, frumenti genus optimum est, ex quo facili labore & cura, panes pinsere licet, cum non sit crassum & durum, sed molle admodum & attritu fa-

Milium saccharatum, L. 1. p. 1484. Annot. dicit.



cilè, massam conficiendis panibus statim aptam præbens: qui quidem panes, si rectè pinferentur, ejusdem ferè coloris, cum panibus quos nostri ex Farre seu Zea conficiunt, forent. Verùm cum fornacum & clibanorum usum ignorent, & massam istam, foco ab ignitis saltem cineribus calenti, imponant, colore ad placentas ex legumine quodam, quod Panicum quidam, quidam Fegopyrum vocant, factas accedunt: saporis tamen boni sunt, & nutrimentum salutare hominibus præstant, inter edendum dulcedine quadam linguam afficiunt, licet interim dentes nonnihil offendant, quod arenulis ex lapide molari contractis, abundant. hæc ille. Meminit Philippus Pigafetta c, in descriptione regni Africani, quod Congo tam incolæ, quàm Lusitani appellant, seminis cuiusdam ex quo panem conficiant, his verbis: omnium generum leguminibus abundant, præcipuum autem semen est quoddam, quod *Lucum* appellant, Cannabis grana, nisi quod paulo majus sit, referens, quod mola manuarum subactum & pistum, panem præbet ciuibus saluberrimum, candidum, triticeo non inferiorem. Labet etiam hic meminisse Arundinis granum ferentis, in Virginia d insula prouenientis: inquit autor, est isthic Arundinis genus, granum ferens nostræ Secali aut frumento simile, quod decoctum esui aptum est.


II. FRUMENTVM INDICVM GRANO AVELLANÆ MAGNITVDINE: folia e habet angusta & tenuia, sed in tantam altitudinem, quemadmodum Frumentum verum (intelligit Turcicum vulgo dictum) non exurgit: ex ramis Frumentum instar nucum Avelanarum dependet, quod aristas habet cum Tritico siue Mays conuenientes, colore rubicundo: grana cute tenella inuoluta, putaminibus includuntur, & peculiaribus quasi loculis, ad modum granorum in malo Punico, ad inuicem distincta. Seminatur in agris, quemadmodum frumentum verum, potissimum in Africa & quidem in peculiari quodam loco, qui nomen etiam suum inde retinuit: & Æthiopibus *Manigette*, Batavis *Grain* dicitur: & ut ibidem f habetur, *Manigette* frumenti genus, tam magna copia in Guinea prouenit, ita vt, ob eius copiam, litus de *Manigette* vocitetur: & ut idem g, in Guinea mulieres grauidæ,

statim nato infante (quem, absque omni pudore, magno virorum, mulierum, iuuenum, & virginum numero spectantibus, in lucem proferunt,) ad fluuium aliquem properant, ut se ibi purgent & sordes abluant, mox assumpto tantum potu aliquo, quem ex oleo & frumento *Manigette* vocato parant, ad operas & negotia domestica reuertuntur, perinde ac si nihil ex puerperio doloris percepissent.

DE FRUMENTO INDICO  
TERTIO MAYS DICTO.

CAPVT XXXI.

I. FRUMENTVM INDICVM  
MAYS DICTVM.




FRUMENTVM INDICVM MAYS DICTVM: radicibus nititur numerosis, duris, fibrosis, sed minimè crassis, & albis: quibus ab imo caulis geniculo, fulcra quædam in terram demittuntur, quibus culmi à vento agitati sustineantur, qui arundinei, septem vel octo pedes alti, rotundi, pollicem crassi, rigidi, multis geniculis articulati, infernâ parte purpurascens, qui paulatim extenuantur, solidi, densa & alba medulla, instar Arundinis saccharinæ, farcti, qui dum



## I. FRUMENTI INDICI MAYS-

DICTI SPICA.



adhuc virides & succulenti sunt, dulcedine sunt Sacchari: folijs est arundinaceis, cubito plerunque longioribus, trium aut quatuor unciarum latis, venosis, marginibus aliquantum asperis: paniculis summo caule dodrantalibus, gracilibus, raris, iubarè modo multiplicibus: aliquando in quindecim, viginti & etiam triginta spicas procumbentes diuisis, aristis carentibus & flori tantum emittendo natis: etenim flores summo culmo nutant, non foeturæ destinati, non umbræ, sed ornatu spectatores oblectantes, naturæque luxum ostentantes, quod rarò in alijs conspicitur: nam cum defloruerint, excrescunt & nullum semen producunt: floret autem Secales instar, flore nunc candidi, nunc lutei, nunc purpurei coloris, prout videlicet fructus, siue frugiferæ spicæ coloratæ erunt. Et quod singulare huic plantæ videtur esse, quòd alia parte florem, alia parte fructum ferat, & non reliquarum frugum modo in panicula semen fructumue proferat, sed à latere ex culmorum geniculis, medio foliorum & geniculorum sinu, spicæ aristis carentes, longæ, crassæ, rotundæ, cylindræ effigie, fructum ferentes, & ab vno culmo tres quatuorue, alterno ordine exeunt: at à singulis nodis singulæ, quæ multis foliaceis tunicis vaginæ modo obuoluuntur, in summo tam arcuè conuolutæ, ut ne aquam quidem transmittant, quæ spicas corrumpere possit: & spicæ cum ad justam magnitudinem peruenerint, Piceæ arboris conostum

A longitudine, tum crassitudine æquant, & è vaginalium verticibus, filamenta capillacea, eisdem cum granis colore dependent, quo ab auium & vermium iniuria tutæ esse possint. Vaginis cum exaruerint denudatis, grana apparent pisi magnitudine, omnino nuda, nulloque folliculo inclusa, læuia, subrotunda, & quæ mediastino fungoso, vndique hærent: propter compressionem angulosa, frequentia, quæ sæpè in vno racemo apud Indos septingenta (apud quos sæpè, ex vno grano trecenta modia colliguntur,) coaceruata, at artissimè junctæ, ac in octo, aut decem, rarius duodecim ordines in longitudinem rectis lineis digesta: quæ ratione coloris variant, modo candida, interdum lutea, modò purpurea, nonnunquam fusca aut rubra, medulla tamen candida & sapore cæteris frumentaceis dulciori ac suauiori. Interdum paniculæ, Camerario a monente, etiam grana adnascuntur, ubi nondum plenè sese explicauit, potissimum circa imam partem, qua tunicis vestitur, quasi foecunditas nuditate euanesceat, eademque à tempestatum injurijs operimentis integra conseruetur. Autor historię regni Guineæ b, de hoc frumenti genere sic scribit: non diu sub terra latitat, sed leui temporis spacio erumpens crescit, donec viri altitudinem assequatur: culmos habet arundini in paludibus apud nos passim crescenti, non absimiles, qua rustici in casis & horreis suis contegendis, vulgò vtuntur. Quamuis autem spicas graues & ponderosas protrudat, ita ut Cucumeres æmulari videantur, & culmus in summitate admodum tenuis, fragilisque sit, in formam quippe pyramidis fastigiatus, attamen ab vno sæpè culmo septem & octo spicas pendere videas, vt ita ab vno culmo ex vnico granulo pronato quingenta quinquaginta interdum grana colligere possis: grana hæc non eiusdem, sed varij coloris cernuntur: sic enim alba quædam & nigra, quædam flaua & cerea, quædam rubicunda, rosea, purpurea &c. reperiuntur: interdum vna spica, grana diuersi coloris profert. Differunt autem quantitate, quædam enim maiora sunt, quædam minora, sed illa efficaciam maiorem habent. Et in expeditione in Floridam c: Milij quoddam genus summa copia habent, quod in septenum pedum altitudinem cre-

a in horto. b part. 6. Indiæ Orient. cap. 31. c part. 6. hist. occident.



scens, culmo arundineo, granum pisi crassitudine, spicam seu paniculam pedali longitudine fundit, recentis ceræ colore: cuiusmodi omnes ferè tum insularum, tum continentis Indiæ occidentalis indigenæ utuntur, & vulgò *Maiz* in Hispaniola: Brasilienses verò *Auati*, vocant. Recentiores ex granorum & spicarum colore & ratione temporis differentias constituunt: ratione granorum & spicarum, differentias quatuor *d* faciunt, quod vel albicent, vel crocea, vel ruffa, vel nigra sint: rarius enim ex croceo & subpurpureo colore mixto reperiuntur. Ratione verò temporis, est genus trimestre: est quoddam quod duobus tantum *d* mensibus & feritur & metitur. Quin etiam aliud est, quod quadraginta *d* tantum diebus à facione maturefcit, prout terræ & ætheris temperies fert: sed id minutius est *d* & infirmius, nec feritur nisi cum futura annonæ suspicio est, ut autores rerum Indicarum tradunt: apud quos hæc differentia notanda, quod duo genera, ad sex, vel septem pedes, tertium ad decem in Virginia excrescat: sic alterum crassius & rotundius, vt quod à Lucanis tollitur: alterum subtilius & aridius quod *Moroche* appellant. Granum hoc magni prouentus est, cum in Peru ex vno grano sexcenta gignantur: at in Virginia *e* mille & quinquaginta, & interdum bina millia reddat, siquidem spica vel vna, vel binæ, ternæ vel quaternæ: & singulæ spicæ quinquies, sexies & septies centena grana in Virginia, continent. Apud Americanos singuli culmi, tribus quatuorve spicis onusti adolefcunt, quarum singulæ grana centum & amplius pendunt. Sic grana alba, rubra, flaua, cærulea, in Virginia sunt. Duplex proponit Iosephus Acoſta *f*, vnum quod magnum & valdè nutrit: alterum paruum & siccum, quod *MOROCHÉ* appellant.

LOCVS. Ex Asia, aut ex Oriente primum inuectum, credidit Fuchſius, cui cæteri contradicunt & ab Occidente (ex Occidentalibus Indijs non ex Turcia & Asia primò allatum aſſerit Matthiolum, & cum eo Lugdunensis historia,) & ex America, vicinisque apud quos feritur insulis, in Hispaniam primum, & inde in alias Europæ prouincias delatum statuunt. At Aduersaria Fuchſij opinionem tuentur, siquidem huius delineationem, procreationem & foecundi-

Atatem Plinius *g* ex Milio Indico, quod Neronis principatu in Italiam fuit conuectum, adumbrarit, cuius auctori, nulli Europæorum nota fuerit, aut peruia India Occidua, idcirco perperam dici, inde primum delatum, quare rectius naucleros, qui ex Asia Turcica Indijs finitima aduexerint, Turcicum vocasse: Autor historiae regni Guineæ aſſerit *h* primo quidem ex America in insulam S. Thomæ & inde postea à Lusitanis, ad Indiæ Orientalis loca delatum esse. Antequam enim Lusitani in has terras venissent, frumentum hoc Nigritis planè ignotum fuisse, quo verò jam ita abundant, vt tota regio eo quasi oppleta videatur. Quare quemadmodum circa Euphratem agros frumento Turcico consitos Rauwolfſius *i* notauit: hæctenus tamen in Asia, Africa, & Europa, Triticum communissimum fuit, ex quo panis fuit confectus: sic in nouo orbe, licet ex varijs granis & radicibus panem conficiant, primas tamen tenet *MAYS* ab ipsis dictum, quod omnibus penè Indiæ Occidentalis (plurimis, etiam Orientalis,) regionibus reperitur, ut in Peru, noua Hispania, nouo regno, in Guatimala, in Chille, totoque continente. Agrum *k* requirit calidum & humidum: & non vulgari modo feritur, sed per positionem & insitionem quasi, vt Pisa nostra terra mandantur, & bis in anno fructus suos apud Indos præbet. Itaque hoc pacto ferunt *l* vernali tempore, in agrum prius pluvia madefactum, aliquot simul eunt, recta linea dispositi, æqualiterque distantes, deinde dextra manu acuto palo terram perforant, statimque sinistra manu grana quatuor vel quinque, triduo macerata, in unum quodque foramen conjiciunt, pede altero foramina operientes, ne Psittaci semen depascantur: atque ita feriatim suo passu distantias metientes & retrocedentes, agrum totum semine complent. Nascitur paucis diebus, & quarto in India mense demetitur: dicunt Peruuiani, toto ferme anno & feri & meti posse. Apud Germanos, terram probè stercoretam, pinguem & humidam expetit, & granum vnum post alterum Martio aut Aprilis mense, cum frigoris & pruinarum impatientissimum sit, maceratum pisorum instar defoditur, & tepente aqua rigari vult, primo exortu non aliter quam Milium erumpit, & fructus au-

*d* Matthiolo & ex eo Lugdunensi. *e* part. 1. hist. Indiæ Occident. *f* hist. Ind. lib. 4. cap. 16. *g* lib. 18. cap. 7. *h* part. 6. Ind. Orient. cap. 31. *i* part. 2. itiner. cap. 1. *k* part. 6. Ind. Orient. cap. 31. *l* Matth. Perse. Lugdun.



tumno maturefcit: apud Italos etiam fatum A  
optimè prouenit, & Galli in hortis volu-  
ptatis gratia ferunt.

NOMEN. Americæ & vicinarum insula-  
rum incolæ, *Maizium* & *Mays* nominant.  
Turcicum frumentum, Trago, cui & Ti-  
pha magna: Triticum magnum seu Asia-  
ticum: Frumentum Turcicum, Fuchfio,  
Anguillaræ, Dodonæo, Taber. (& Milium  
Indicum Plinij,) Gerardo, & Indicum, ei-  
dem. Frumentum Turcicum vulgo, quod  
Panicum rectius quam frumentum vocabi- B  
tur, cognomento peregrinum, Gesnero *m*:  
Frumentum Indicum, perperam Turci-  
cum, Matthiolo, Lonicero, Castori: Triti-  
cum Indicum, Lugdunensi, (Fuchfij & Mat-  
thioli figura adposita,) Portæ, cui non pla-  
cet referri ad Milium Plinij. Triticum Ba-  
ctrianum siue Indicum, Cordo *n*, Gesne-  
ro *m*, Milium Indicum, Dodonæo *o* (cui  
& Frumentum Asiaticum,) Lacunæ: Mi-  
lium Indicum Plinianum, Ruellio, Gesne-  
ro *p*, Aduersarijs, Lobelio cui & Mais Oc- C  
cidentalium: Maiz Indorum, quod Pani-  
cum Indicum, imitatione Milij Indici appel-  
lari potest, Cæfalpino: Maiz, Camerario  
& Monardi. Germanis, *Türckifch Korn* oder  
*Weyhen / Welschkorn*. Belgis, *Turckskoren*.  
Anglis, *Turkie corne*. Gallis, *Bled Sarasin*,  
id est, frumentum Saracenicum, quasi pe-  
regrinum: at, Ruellio *q* monente, Mi-  
lium Saracenicum. Italis, *Grano* siue *For-*  
*mento Indiano*. Hispanis, *Mijo Tarquesco*. Bo-  
hemis, *Turecká pffenice*, *Indycká aneb*. Vnga- D  
ris, *Torck Buza*. Ad quam veterum plan-  
tam referri debeat, adhuc sub iudice lis est,  
alijs ad Triticum, alijs ad Milium, alijs ad  
Panicum referentibus: nam Græcis indi-  
ctum videtur, & veteribus incognitum cen-  
semus: Et si cum Milio Pliniano, quod ex  
India in Italiam, decimo anno antequam  
scriberet, delatum testatur *r*, similitudinem  
quandam habeat: dū dicit, Milium nigrum  
colore, amplum grano, harundineum cul-  
mo: adolescit altitudine ad pedes septem, E  
prægrandibus culmis: lobas (phobas Sca-  
liger ex Theophrasto,) vocant: omnium  
frugum fertilissimum: ex vno grano terni  
sextarij (id est, sex libræ,) gignuntur. Iose-  
phus à Costa *s* inquit, nulla specie cum Mi-  
lio Plinij hoc conuenire. Triticum Bactria-  
num non est, siquidem nec cum Tritico no-  
stro, nec cum frumento, quod Asiæ quo-

dam loco ultra Bactra nasci proditur, quid  
similitudinis habet, cuius grana singula, ma-  
gnitudine nucleis Oliuarum æquiparari,  
Theophrastus *t* scribit: at Plinio *u*, gra-  
na tantæ magnitudinis in Bactris fieri tra-  
dunt, vt singula spicas nostras æquent: vbi  
forte pro spicis, oliuæ nucleos legere o-  
portet, cum ex Theophrasto hæc transcri-  
pta sint. Alij ad Plinij *x* Panicum, quod  
colore candido, nigro, ruffo, etiam purpu-  
reo distinxit, referri posse censent, sed ne-  
scio quàm rectè, cum reliquæ notæ à Plinio  
propositæ non respondeant.

QUALITAS. Huius temperamētum mul-  
tò calidius est, quàm sit nostri vulgaris  
Tritici, cui tamen nec viribus, nec substan-  
tia cedere videtur: hoc Indis nutrimentum  
bonum & salutare præbet: nec solum triti-  
co calidius est, verum & crassius, multumq;  
sanguinis generans: hinc si eo nimium v-  
tantur tumidi & scabiosi redduntur: imò  
pueri Guinensium, qui hoc frumento sæpè  
panis loco vescuntur, videlicet granis ex spi-  
cis excussis, ijsque non nihil tostis & præ-  
ustis, si paulò frequentius vtantur, à scabie  
sefe vindicare non possunt, cum sanguinem  
nimis calidum & quasi adustum gignat.  
Quare non mouet Tragi sententia, qui ei  
idem cum Tritico temperamentum tri-  
buit: quæ & Matthioli ferè sententia (ex  
quo Lugdunensis historia,) qui idem tem-  
peramentum vel paulò calidius tribuit,  
quod ipsius panis dulcedo indicare videa-  
tur: nec Dodonæi, cui in nutriendo, tri-  
ticeis omnibus, imò & Hordeo longè infe-  
rius est. Ex hoc, apud Indos tam Orienta-  
les, quàm Occidentales (minus tamen fre-  
quenter in insulis Cuba, S. Dominici, S. Io-  
hannis & Iamaycqué) & panis & vinum  
conficitur. Panis *y* quidem huius fari-  
nam cum ipsorum Milio commiscendo:  
quidam autem cum Lusitanis frequenter  
versantes, seorsim illud terunt, panes inde  
præstantissimos conficientes, quos postea  
Lusitanis & alijs diuendunt, & non parum  
inde lucrantur, cum eos ita parare possint,  
vt quadrimestres sæpè fiant, & aliquot  
mensibus superesse soleant. Sic in Flori-  
dâ *z* cum eo vesci lubet, primum tritum in  
farinam soluunt: mox eo diluto mistoq;  
*Megan* suum, vt ipsi vocant, informant:  
id Oryzæ nostræ speciem refert: quod  
protinus corrumpitur, itaque quàm recen-

*m* lib. de hortis. *n* in sua historia. *o* edition Gallica. *p* in Catalogo quadrilingui. *q* lib. 2. cap. 27. *r* lib. 18. cap. 7. *s* hist. Indic. lib. 4. cap. 16.  
*t* 8. hist. 4. *u* lib. 18. cap. 7. *x* lib. 18. cap. 7. *y* 6. part. Ind. Oriens. cap. 31. *z* 6. part. Ind. Occident.



tissimum edi oportet. Præterea Indi communiter elixo, adhuc *allente*, vescuntur, *Mote* vocantes (quemadmodum Chineses & Iapponenses Oryzam comedunt,) aliquando & tosto. Sic & Indorum & Hispanorum deliciae grana Mays, dum adhuc mollia sunt, elixa aut assata sapore piscis tostis gratiore. Sed delicatior erit cibus, si ex grani moliti farina, paruae placentæ ad ignem conficiantur, quas calidas mensis inferunt, & alicubi *Arepas* nominant: Ex eadem pasta pilas certo modo pinfunt, quæ diu conseruantur, & quibus pro cibo delicato vtuntur. Stolonibus etiam cum pingues sint, butyri & olei loco vtuntur. Indi quin etiam deliciarum causa, ex prædicta pasta & saccharo cibum conficiunt, *Biscoctum* & *Mellindres* vocantes. Verum & vini apud Indos locum subit, vt qui ex eo potionem conficiant, quæ in Peru, *Acua*, & maxime communi apud Indos nomine *Chicha* vocantur, qua citius quam vino inebriantur: varijs autem modis conficiunt: In America a ex panibus huius frumenti potum, quem ipsi *Chicka* vocant, conficiunt, qui sicut vinum ex vuis paratum inebriat: at in Guinea, frumentum hoc aqua probe maceratum coquunt, & potum cereuisiæ non ab similem, quem ipsi *Pittouwe* vocant, inde parant: quod plerumq; illi solum faciunt, qui cum Lusitanis multum conuersantur. At in Brasilia b, vbi terra Milium illud duntaxat producit, quod vulgo Frumentum Turcicum dicitur, & quandam radicem ex qua, Milio commista, vinum conficiunt. At generosissimum potum hoc modo instar Cereuisiæ parant: Mays grana ad crepaturam macerant, mox ita coquunt vt generosissimum fiat, paucaque ipsius quantitas inebriet: & hoc genus in Peru *Sora* nominant: quod potionis genus, ob magna incommoda, quæ inebriatis, contingunt, lege vetitum est, quod parum curant, vt qui noctes diesque saltando se inebrient. Alius modus est, quo ex granis masticatis fermentum conficiunt & decoquunt, imò sibi persuadent ad fermenti optimi confectionem, à vetulis, quæ foetido sunt ore, masticari debere, quo in confectione potus utuntur. At purissimus, minusque noxius potus, ex granis assatis fit: quo & Hispanorum aliqui loco medicamento utuntur, siquidem vsu constet, potum renibus

renibus salubrem esse, quam ob causam apud Indos nephritici rari sint. Hinc liquet quæ ratione Mays apud Indos, hominibus, & panem, & vinum, & oleum subministret. Verum & brutis vtile est, siquidem & folia & caules virentes, mulis & equis in America commodissimo pabulo sint: sicca verò straminis vsu præbeant: grana quin etiam equis exhibent, quod Hordeo plus nutrit, at solent potum prius exhibere: si namque granis comestis superbibant, intumescunt. Merito summi Creatoris providentiæ admiranda, quod singulis regionibus ea quæ ad vitam necessaria largita sit. Europæorum aliqui Milij modo coquunt: vel ex granorum farina candidissima, cum lacte pultes conficiunt, & vt Matthiolus, ruri in alpinis tractibus pultem conficiunt, & addito butyro & caseo, avidissime vorant, cum non sit cibus insuavis, qui tamen crassum alimentum præbet: sed suspicor hæc de pulte ex frumento Saraceno, quod huic Matthiolus subijcit, intelligenda esse. Panis etiam conficitur, qui mediocriter candidus, si absque furfuribus conficiatur, dulcis, sed sapore peregrino præditus, durus ac siccus, nihilque lentoris habens: quare concoctu difficilis, corpori exiguum, (Dodonæus inquit nullum,) alimentum præbens, tardè descendens & alvum constringens: ideò & pultes ex farina tosta & lacte confectæ, in diuturnis alui fluoribus commendantur. Farinæ c vsus est ad Cataplasmata mollientia & suppurantia, nam suo lentore meatus obstruens, apostematibus suppurandis peridonea est, id d quod fermentum ex eadem farina paratum, valentius præstat. Foliorum item e recentium succus refrigerandi facultatem obtinet, & Erysipelatibus, si panni intincti applicentur, conducit.


II. FRUMENTVM INDICVM MAYS DICTVM ALTERVM: hoc si quis cum priore idem esse volet, cum eo non certarim, siquidem caule geniculato, folijs, panicula & floribus cum præcedente conueniat, ita tamen vt & altitudine & crassitie omnibus sui partibus, illud superet. Radicibus verò discrepat, vt quod præter radices inferiores sub terra sparsas, alias radices fibrosas, quatuor aut quinque ordinibus sibi succedentibus ad primum vsque inter-

a pars. 6. Ind. Orient. cap. 31. b part. 3. Americ. epist. 1. de Brasilia. c. Matth. Lugdun. d. Matthiolus. e. Traque.




II. FRUMENTVM INDICVM

MAYS DICTVM ALTERVM.



II. FRUMENTI INDICI MAYS

DICTI ALTERIVS SPICA.



dium, dispositas habeat, vnde prima folia prodeunt. Spicæ quin & frugiferæ, quæ

A illis multò maiores, colore multò magis vario sunt, siquidem non unius tantum, sed diuersi coloris in una spica mixtæ sint. Simplici colore sunt candido, luteo, aureo, violaceo, spadiceo, aterrimo, splendente. Mixtis coloribus, albo, spadiceo & cæruleo: cæruleo, albo, nigro, partimque punctis spadiceis mixtis: albo, violaceo, luteo cum punctis spadiceis: rubro, nigro & spadiceo: luteo, albo, aliquando cæruleo & violaceo: aliquando luteo & albo, violaceis & cæruleis punctis aspersis: rubro & spadiceo: aureo & albo: cæruleo, luteo, albo, & punctulis cæruleis picto: denique cæruleo, luteo, violaceo & albo.

NOMEN. Milium Indicum magnum aliud, Lobelio: Milium Indicum, Castori: Frumentum seu Triticum Indicum, Tabernæmontano, qui spicarum colore tantum variantium figuras sedecim posuit. Frumentum Asiaticum (qui duodecim habet spicas) Gerardo. Germanis, *Indianisch Korn*. Belgis, *Indiaensch groot aerlich Turecks koren*. Anglis, *Corn of Asia*. Iisdem cum priori viribus præditum est.

III. FRUMENTVM INDICVM MAYS DICTVM MINVS: Meminit Tabernæmontanus & alterius frumenti Indici, quod culmis & folijs prædicto simile sit, sed mediam eius altitudinem vix attingat, cuius spicæ frugiferæ non ad culmorum latera prodeunt, sed paniculis ubi defloruerint succedunt, quæ colore albo, rubro, spadiceo, luteo, atrorubente, aliquando mixto, sunt.

~~~~~

DE MILIO.

CAPVT XXXII.

MILIVM κέγγριος Theophrasto, Dioscoridi, Galeno & alijs: κέγγριον Straboni: à minutis ficuum granis, seu gigartis numerosissimis, quæ κέγγραμίδες vocantur, Edictum videtur: πύσων Hippocrati, vt Galenus voluit a: verum, pro πύσων, apud Galenum πύσων Varinus legit: & πύσων Hippocrati dici, Hermolaus b censuit. Græcis recentioribus, vt Simeoni Sethi c, πύσων. Latinis, Milium, à miliari summa, Festo autore, quasi millesimum granum ferat, tantæ enim feracitatis esse (addunt aliqui d ex Plinio,) vt singula

a in *Lexico Hippocr.* b *lib. 2. Cap. 320.* c *lib. de aliment.* d *Porphyri lib. 11. Villa cap. 33. Adversus pag. 12.*




grana ternos sextarios reddant: quæ Plinij A verba, non de hoc, sed de Indico Milio intelligimus. At Varro e, etymon à Græcis deducit, quod communi nomenclaturâ; tam Panicum quam Milium, *μείλιον* vocent: cum tamen Dioscorides & Galenus per Melinen Panicum intelligant. Scaligero f, Milio quia valida radix, idcirco fructus adeo numerosi, ut ab eo Latini Mille dixerint. Arabibus, *Greuers*, *Dochon* Serapioni g: *Algaures*, *Alfaharauio*: *Auresum* & *Laufesum*, Halyabbati: alijs *Albain*, *Algenars*, *Piners*, *Cechius* & *Giaures*. Germanis, *Hirsh*. Belgis, *Hirs*, *milie*. Anglis, *Mili*, *Millet*: Gallis, *du Mil*, *du Milliet*. Italis, *Miglio*. Hispanis, *Milho*, *Myo*. Vngaris, *Lotes*. Bohemis, *Profo*. Danis, *Hyrsegryn*. Milium autem cum Panico inter frumenta tertii generis, quæ æstiuâ dicuntur, cum antè Vergiliarum exortum satum fuerit, à Theophrasto h: at à Dioscoridè i, Galeno k, & Aegineta l, inter fruges, ex quibus panes fiunt, refertur. Et Martialis m *Frumentum*, C. *Milium*, *ptisanam*, *fabamque solebas Venderè*. Plinius n inter frumentu generâ vernâ connumerat. A Columella verò o, modo inter fruges, modo vnâ cum Panico, inter legumina p, eò quod multis regionibus cibarijs eorum coloni sustineantur, recensetur. Huius apud antiquos tria genera: vnum Milium est syluestre apud Galenum q: alterum Milium Indicum apud Plinium r: tertium Milium est commune, de quo in præfens, quod & flauum est & nigrum, cuius & Oribasius meminit.

MILIVM autem SEMINE LVTEO ALBÔVE, radicibus r est numerosis, duris, & altis, quod quàm primum è terra erumpit, herbam latiore magisque hirsutam cæteris frugibus ostendit: caule s arundinaceo, multiplici, lanuginoso, septenis aut pluribus geniculis distincto, altitudine quinos pedes superante, fruticat: qui folijs amplis, harundinaceis vestitur: in summo caule E non spicam, sed iubam harundinaceam, (*φάεινον*, Theophrastus s appellat) diuisam, è vagina graminea prorepentem, deorsum reflexam, hautescentem promit: (vel vt Plinius t *Milij comæ*, granum complexæ, fimbriato capillo curuantur,) floribus purpureis, cæterisque frugibus longè mino-

## MILIVM SEMINE LVTEO

VEL ALBO.



ribus, (flos lanugineus vt frumenti, Theophrasto) succedit copiosum semen, paruum, durum, læue, læuore quodam peculiari splendens, rotundum, folliculo tenuissimo conclusum, coloris ex candido flavescentis, interdum pallido & candido, facillimè tenui folliculo relicto excidit: sed n præter primam cutem nitidam, altera tenuior subest, & cum nullis aristis armatur vt & Panicum, maximè ab auiculis infestatur.

Locvs. Agro crasso & nebuloso Milium & Panicum feri Cato iubet x, quem Plinius sequitur. Calidis & siccis regionibus leuem & solutam terram (limosam & humidam Constantino y desiderant: nec in sabuloso solum, sed & in arena quoque (si frequenter rigentur, Constantino) prodeunt, dum modo coelo humido & solo irriguo serantur, quia siccum & argillosum agrum reformidant, Palladio z, & Columella a. Ventant, inquit Plinius b, inter vites arboresq; frugiferas feri Milium & Panicum, terram emaciari hoc satum existimâtes. Serendum b in frigido & aquoso prius, postea in Calido ex Catone c. In vliginosis & arenosis agris

e de lingua Lat. f in 2. de caus. 16. g de temper. simplic. cap. 104. h 8. hist. plant. cap. 1. i lib. 2. cap. 119. k lib. 1. de aliment. facult. cap. 15. l lib. 7. m lib. 12. n lib. 18. c. 7. o lib. 2. cap. 9. p lib. 11. q 2. de antidot. r Theophr. lib. 8. hist. plant. cap. 10. s lib. 8. hist. plant. cap. 3. t lib. 18. c. 7. u Scalig. 1. de caus. plant. 22. x de rustic. y 1. 2. de Agric. z in Martialis. 3. a lib. 2. c. 9. b lib. 18. c. 17. c cap. 6. & 34.



nostri ferunt. Milium vt & Panicum, ante Ver commodè feri non potest, quoniam temporibus maximè delectatur, ob suam enim imbecillitatem hyemem perferre nequit, quare ultima parte Martij mensis commodissimè terræ committitur: & Constantino *d* seminatur ab æquinoctio, quod est ad octauum Calendas Aprilis. Hesiodus omnes fruges æstiuas sub exortum Vergiliarum, id est, Majo mense, feri felicius docet: hinc Theophrastus *e* æstiuus feri, & intra quadragesimum diem, vnâ cum Panico meti scripsit. Idcirco alij ante Vergiliarum exortum ferunt Italiae ritu: alioquin in Græcia earundem occasu: nonnusquam vtroque tempore. Galliae Transpadanæ agros egregios ferendo Milio Strabo *f* tradit, ob feracium aquarum abundantiam: quod famis remedium per maximum. Contra tempestates enim vniuersas aërisque malignitates resistit, & nullo tempore deficere potest, licet frugum cæterarum sterilitas inualecat. Sic macræ regiones, ut Bigeronum, annonæ inopiam milio sustinent, Scaligero *g* autore. In Gallia, ut agro Sigalonio, humo leui & tenui, copiose feritur lætissimeque provenit. At, in Narbonensi & Hetruria, primo Vere in pingui, limoso solo, ferunt, & tertio ferè mense post metunt. Quadragesima diebus maturatur à flore, & quia purgari nisi tostum non potest, cum suis folliculis crudum feritur. Rarum est Milium in aruo annum integrum sub terra, absque vlla mutatione manere & post illud tempus exire, quod Scaliger *h* notauit: qui etiam, quadriennio postquam fulcis mandatum fuerat de terra exiisse, obseruauit: nec mirum cum plurimos *k* annos duret. Modicum autem eius semen omnem regionem implet: iugerum enim ampliorem, quam manus plenæ mensuram non suscipit, autore Constantino *l*. Nec impensa graui sationem cultoris onerat, quippe sextarijs ferè quatuor (quinque Palladio *m*) iugerum implet, Columellæ *n*. Si densius seminetur, nocebit: quare in sarriendo ipsum euellere oportet: Sarri & runcari assidue (herbis liberetur assidue, Palladius *m*) expetit: hoc modo tractatum, iugerum modios indubitate quadragesima profert Constantino *l*. Fertilissimum ideo Milium dixit Theophrastus *o*, quia par-

uum est, & quæ exigua sunt facilius effici possunt *p*, copia autem facilitati adjudicanda est, quod ejusmodi omnia facilius auferant, celeriusque aeris qualitati obtemperant. Plinius *q*, ex Democrito, ad Milij remedia rubetam noctu aruo circumferri jubet, priusquam sarriatur, defodi que in medio inclusam vase fictili, ita nec passerem, nec vermem nocere testatur: sed eruendam priusquam metatur, alioqui amarum fieri. Quin &, aruo talpæ contacta, semina vberiora esse. Pestem à Milio & Panico, sturnorum, passerumue agmina sciuit arcere Plinius *r*, herba cuius nomen est ignotum, in quatuor angulis segetis defossa: mirum dictu, vt omnino nulla auis intret. Cum spicam (ut & Panicum) ediderit, priusquam semina hient æstibus, manu carpan- tur, & suspensa in sole cum assiccata fuerint, recondantur, ea que ita reposita perennant diutius quam cætera, Columellæ *s*. Siquidem Milium, referente Theophrasto *t*, diuturnum est, quia pluribus tunicis vestitur & siccum est: & annis plus centum durare, vt Triticum quinquaginta, si quo ventus & aer non permeant, reponatur, autor est Varro *u*.

NOMEN. Milium herbarijs: Milium vulgare, Gesnero *x*, Milium tertium, Anguilla. Milium aureum, Camerar. Milium semine luteo, vel albo, ad differentiam subsequæ, nominamus. Hic meminisse conuenit duarum Milij specierum ex Serapione: vna, inquit, earum est asperum granum habens, & est illud quod potest teri, & à quo aufertur cortex, sicut fit à Rizis. Et alia species est fortissimi & asperi granis, & ab eo cortex auferri non potest.

II. Alterum est MILIUM SEMINE NIGRO, quod caule est altiore, tenuiore, non hirsuto, sed glabro, iuba latiore, semine nigro oblongiore, medulla, quam in priore albiore, illoque deterius, non minus tamen auiculis, vt columbis & gallinis nutriendis, expetitur.

Locvs. In hortis, voluptatis causa, aliqui colunt, quod semel satum, postea non ita facile extirpatur. In Argouia Heluetiorum frequenter feritur, Milium nigrum, quod folijs est vulgari latioribus, caule non adeo alto, iuba sparsa & minore, semine

*d* lib. 2. de Agricult. 36. *e* lib. 8. hist. plant. cap. 1. *f* lib. 4. Geograph. *g* 2. de caus. plant. 16. *h* 4. de caus. plant. cap. 1. *i* 2. de plant. Arist. *k* Scalig. 4. de caus. plant. 2. *l* lib. 2. agricult. 36. *m* in Martio tit. 3. *n* lib. 2. cap. 9. *o* lib. 8. hist. plant. cap. 3. *p* lib. 2. de caus. plant. cap. 17. *q* lib. 18. cap. 17. *r* lib. 18. cap. 17. *s* lib. 2. cap. 9. *t* lib. 4. de caus. plant. cap. 2. & 16. *u* lib. 1. cap. 57. *x* lib. de horris.



II. MILIVM SEMINE  
NIGRO.



aliquantum maiore & rotundiore, & ad pul-  
tes conficiendas altero longè vtiliore.

**NOMEN.** Illud, Milium nigrum Taber-  
næmontanus & Gerardus: hoc verò, Mi-  
lium nigrum, Anguillara, Camer. & Lobe-  
lius *y*, vocauit.

**QUALITAS ET VSVS.** Galeno & primo  
ordine refrigerat, exsiccatur vero tertio com-  
pleto, aut certè secundo intenso: paululum  
etiam tenuitatis habet. Aëtio *a* boni succi  
non est, difficulter concoquitur, flatus ge-  
nerat, aluum cohibet itemque refrigerat:  
Paulus *b* frigidum & siccum esse, parum-  
que alere & ventrem suppressere, scriptum  
reliquit: ac, Galeno subscribens, Panico ad  
omnia anteponit. Celso, mali succi est, &  
pulticula ex eo, siue sorbitio aluum adstrin-  
git, & magis si hoc ante frictum fuerit. Ex  
posterioribus *c* sunt, qui refrigerare in ter-  
tio, & siccare in secundo asserant. Attamen,  
hoc multis gentibus in cibis gratissimum  
fuisse, & hodie quoque esse, inter omnes  
constat. Quin etiam Aethiopes *d*, non a-  
liam frugem quam Milium, Hordeumque  
nouere. Sane meliorum *e* frugum penu-  
ria urgente, in panificia cogi Galenus scri-

psit: panis tamen qui ex eo, & Panico fit,  
exigui alimenti est (minor enim *f*, ceteris  
frugibus, alit,) & refrigerans, per aridus ac  
friabilis (aluoque humentiori resiccando ad-  
modum idoneus,) nihil namque lentoris,  
neque pinguedinis in se habet: at eum, ante-  
quam refrigerat, sine fastidio assumi posse  
Columella *g* promittit: & pulsem quoque  
eius, quavis inopia, maxime cum lacte, non  
fastidiendam. Sed in panes coqui nequit,  
nisi feruente aqua, vt lentorem quendam  
**B** assumat, cum omnium fortasse frugum mi-  
nime lentum sit. Panis autem (vti Plinius *h*)  
è Milio multifarie fit, è Panico rarius. Sed  
nullum frumentum ponderosius est, aut  
quod coquendo magis crescat. L. X. enim  
pondo panes è modio procedunt, modiusque  
pultis ex tribus sextarijs madidis. Et Dio-  
scoridis tempore in panes cogebatur. Sic in  
Campania, monente Plinio *i*, panis fit præ-  
dulcis, & cum musto fermentum fit in an-  
num tempus. Apud Italos vidimus fre-  
**C**quenter panes ex Milio confici, qui flauent,  
qui que calidi deuorati, sua dulcedine pla-  
cent, & à multis, etiam non urgente neces-  
sitate, expetuntur: quemadmodum & Mat-  
thiolus Veronæ notauit. Cum vero panis  
ex Milio obduruit plane ingratus est. Ve-  
rum vt Vasconibus frequens, sic Germanis  
infrequens est panis, qui Græcis *κερχείας* &  
*κερχείδιος* nominatur. Hippocrati vero eius  
farina subtilis, vel etiam panis *πικραλίτης*  
Galeno monente dicitur. Sunt *k*, qui, fa-  
rinam Miliaceam, siue fructum Milium,  
Scrutum apud Horatium vocari, putant:  
quemadmodum eius, vt & Panici & Sesami  
purgamenta Applaudam *l* vocitant, qua  
tamen voce Plautus *m* Tritici furfures si-  
gnificauit. Verum ex farina quoque & lacte  
Itali lagana & placentas parant: quæ, nisi  
mox cum coctæ fuerint, edantur, in man-  
dendo glutinosæ, & ingratae sunt: ideo Ve-  
netijs calentia adhuc esitant, & in compitis  
vendunt addito elogio, recentis à clibano,  
**E** vel furno caliditatis. Rustici Lusitaniæ, ex  
eius farina cum melle panes conficiunt, qui-  
bus maximè oblectantur & eos sua lingua,  
Amato teste Beroas appellant. Huius, vt &  
Panici farinam rustici Asiani, inquit Gale-  
nus *n* & Oribasius *o*, coquentes, adipem  
suillum aut oleum miscentes, esitant: non-

*y* in observationibus. *z* 7. simplic. Oribas. 15. collect. *a* tetra bibl. 1. ferm. 1. *b* lib. 7. & Auerrac. de simplic. cap. 39. *c* Marcellus & Ama-  
nus. *d* Plin. lib. 18. cap. 10. *e* Galen. lib. 1. de aliment. facult. cap. 15. Oribas. lib. 1. Collect. cap. 15. *f* Dioscoridi & Aetio. *g* lib. 2.  
cap. 9. *h* lib. 18. cap. 7. *i* lib. 18. cap. 10. *k* Hermolao, Ruellio, & Lugdunensi monentibus. *l* Plinius lib. 18. cap. 10. *m* in  
Astraba, Gellio monente lib. 11. cap. 7. *n* lib. 1. de aliment. facult. cap. 15. *o* lib. 1. Collect. cap. 15.



nunquam lacti incoctam mandunt, non aliter quam Tritici. Germani milium à suo cortice deglubitum, Oryzæ modo lacte decoquunt, maximè circa Bacchanalia, addito butyro, nonnunquam & Saccharo asperso. In agro Tridentino, syluani, qui carbones & arbores secant, sola pulte miliacea, quam vulgo *Polenta* appellant, se alunt, eam cum lacte edentes, nec alio alimento se perdurare posse dicunt: quare toto anno, hoc tantum alimento viuunt, & aquam fontanam bibunt, Matthiolo *p* referente: in Aquitania *q* cibum parant ex Milio, quem Miliaceum appellant: eumque aliarum frugum potibus & cibarijs præferunt. Refert ex Philotimo Oribasius *r*, si totum coquatur multo ad conficiendum difficilius esse, & quandoque aluum molliorem facere, & non admodum in excrementis alterari & glutinosum esse: succum verò, qui dulcem adstrictionem habeat, corpori distribuere. Actuarius *s* flatulentiam parere scribit, idcirco eius usum abdicandum, nisi meliorum penuria. Plinio monente *t* Milio Campani gaudet præcipue, & ex eo pultem candidam facit: Sarmatarum quoque gentes hac maximè pulte aluntur, & cruda etiam farina, equino lacte, vel sanguine è cruris venis admisto: quem morem nostra quoque ætate *u* apud Tartaros durare scriptum inuenitur: qui non solum edulia, sed etiam potum, quem *Prysam* vocant ex eo conficiunt. Virgilius *x* Et lac concretum cum sanguine potat equino. Martialis, Venit & epoto Sarmata potus equo. Quod & Aelianus *y*, non solum de Saurōmatis, sed & Mauris refert: hinc Carchesius Delicias Milium mensis sibi Sarmata ponit, Hoc quoties tepido sanguine miscet equus. Verum inter *z* omnia frumentacea edulia, minimum nutrimenti confert, tum consistentia, tum temperatura. Malè *a* concoquitur & ventrem sistit: eos iuuat, qui refrigeratione & desiccatione ventriculi indigent: sumptum autem cum lacte, vel cum amygdala Thasia, E melius cōcoquitur & humidius fit. Lactantibus & aquosius lac habentibus, puls ex Milio, in lacte vel iure carniū, decocta utilis est. Dioscorides *b*, pulte sua aluum & vrinam ciere dixit. In eum usum, vt parari debeat, Oribasius *c* tradidit: Milium & Pa-

A nicum, confusa & maximè fricta, & detracto cortice, præcipue conueniunt ijs, quibus venter biliosa affectione laborat, & quibus, multæ tenuesque excretiones, per aluum fiunt. Hæc autem confusa, in aqua sunt resoluenda: nec horum minus esse debet, quam quod acetabulum contineat: aquæ verò acetabula decem: cumque in succum redacta fuerint, per densum linteum excolanda sunt, & vini austeri modicum perfundendum est, & postea coquenda: tum ita confecta ieiunis exhibenda. Milium solidum oleo incoctum, Hippocrati *d* liquidas & crudas deiectiones sistit: eius grana & farinæ (alij paleas interpretantur, alij *κυσθηρα* legunt, vbi forte *κυσθία* legendum, quod *κυσθία* Hesychius *f τῶν κίχρηων ἀλφίλα* exponat,) siccant & aluum sistunt, & cum sicubus vehementibus doloribus succurrūt. Coctum nutrit, minimè tamen per aluum secedit. Plinius *g* Theriaces compositioni, qua magnus Antiochus rex aduersus omnia venena vsus traditur, Milium addit, vbi non Milij, sed Mei legendum ex Galeno *h* censemus. Fit etiam Vinum, ex Milij semine maturo, cum ipsa stipula (iuba) libra & quadrante in congios duos musti macerato, & post septimum mensem transfuso, Plinius *i*. Et cereuisiæ è Milio confectæ Athæneus *k* meminit. Antonius Guainerius *l* refert potionem ex Milio à D. Ambrosio confectam, qua Mediolani plures à tertiana liberarunt: confectio talis est. Accipe Milij decorticati libram vnā, in aquæ libris tribus, vsque ad Milij crepaturam decoque, dein cola: huius haustus in fine paroxyismi exhibeatur & composito corpore sudor expectetur. Sanè egregie sudorem promouet Milij in aqua decocti & Saccharo pauco dulcorati haustus, in balnei introitu sumptus. Elicitur etiam ex Milio aqua hoc pacto, Accipiunt Milij iam florentis & semen proferentis plantas integras, quas ablutis prius radicibus, minutim conscindunt, & in balneo Mariæ aquam eliciunt: dein singulis mensuris aquæ elicite, iubæ miliacæ exsiccatae & puluerisatæ vncias quatuor addunt, denuoque simul destillant, quod dein in Sole rectificandum. Hæc mane & vesperi ad vncias duas pota, vrinam promouet, renes & vesicam ab omnibus excremen-

*p* cap. de Milio. *q* Bryer. de re cib. lib. 1. cap. 15. *r* lib. 4. Collect. cap. 10. *s* de spiritus animalis nutritione cap. 6. *t* lib. 18. cap. 10.  
*u* Bryer. lib. 5. c. 18. *x* lib. 3. Georgic. *y* lib. 3. *z* Galenus lib. 7. de facult. simpl. *a* Seshi. *b* lib. 2. cap. 119. *c* lib. 4. Synops.  
 cap. 35. *d* 2. de morb. vulg. *e* 2. de ratione viuis. *f* præter alia significata qua habet, nempe τῶν κίχρηων τῶν κίχρηων ἀλφίλα, ἢ κίχρηων  
 λιπυρα. *g* lib. 20. cap. 24. *h* 2. de antidotis. *i* lib. 14. cap. 16. *k* lib. 10. *l* in cura tertianæ.



tis, etiam calculis, expurgat. Sunt qui singulo trimestri vtantur, sex diebus continuis, duabus horis ante prandium & cenam, duas vel tres vncias assumendo, cuius vsu tribus mensibus à calculo tutos, refert Tabernæmontanus. EXTERNVS VSVS. Farina eius (Plinio *m*.) cum pice liquida, serpentum & millepedæ plagis imponitur. Torminibus atque doloribus, Milium tostum feruensque sacculo inditum, si ægra pars eo foueatur, auxilio esse Dioscorides & Plinius tradunt: sed hoc iuuantur quibus alius adstricta non est. Sic Hippocrati fomentum siccum, ex sale & Milio torrefactis, ac laneo marsupio exceptis accommodatissimum: quoniam leue & lene Milium est: Plinius leuissimum, mollissimum, & caloris capacissimum dixit. Itaque eius vsus esse potest, ad omnia quibus calor profuturus est, cum non solum calorem recipiat, sed etiam retineat: quapropter ad flatus discutandos, & inde ortos intestinorum dolores & fluxiones artuum neruorumque dolores mitigandos, optimum fomentum est, præsertim si Chammei flores addantur. In mensium fluxu nimio, lumbis applicant. In spontaneo vrinæ fluxu, vel eius stillicidio, Milium in aqua hordei decoctum, pettini & vmbilico vtiliter imponitur. Galenus, Aegineta, & Aetius commendant huius fotum, in ijs quæ citra morsum exsiccari postulant: laudat idem Galenus o fomenta ex Milio in capitis dolore. At cum admodum friabile sit, difficilis eius in cataplasmatibus vsus est, in quibus exsiccare potest. Tandem Milium, non solum seipsum propter suam siccitatem, potissimum à putredine, & corruptione conseruat, sed & alia multa, quæ in illius aceruis reconduntur, vt inter medicamenta sunt Rhabarbarum, Camphora, & similia non pauca: sic & mala Cydonia: imo & carnes ipsæ recentes, in milio æstate reconditæ, à putredine pluribus diebus vindicantur. Hinc sumptum volunt Symbolum Mariæ de Arragonia, Marchionis Vasti coniugis, Seruari & seruare meum est: quod Camerarius in suis Emblematibus sic expressit, Sequæ aliasque pudens matrona à crimine seruat Putorem Milium ceu procul esse facit. innuens Milium pudicæ matronæ imaginem esse.

III. MILIUM SABÆVM: granum est parvulum, rotundum, Milio vt nomine, ita &

A forma non absimile, sed gustu dulcius: hoc in Guinea in regno Sabo, *Millo* vocitant, & hoc frumento incolæ præcipue vescuntur, ex hoc panem conficientes: granum probe maceratum, lapidi plano seu lateri imponunt, humani genu altitudine à terra eleuato, hocque alio lapide manibus suis assidue terunt, non secus ac pictores coloramenta sua cominuere solent: comminutum aqua subigunt & ex eo rotunda liba, aut globos conficiunt: quos linteis, seu alijs serutis pannisue, inuolutos coquunt, quantum ipsis sufficere videtur. Panis hic mali aut ingrati gustus non est. Ex eodem grano, potum conficiunt coquendo, aut aliter miscendo, quem Admiralius Batauus in vrbe Bergu ad mensam regiam inuitatus, maximo cum gustu bibit, vsque adeo, vt qui ante subægrotabat, ex hoc potu conualuisse, aut saltem sanior factus, sibi videretur. Hæc desumpta sunt ex descriptione nauigationis Stephani van der Hagen, nauarche siue Admiralijs nauium aliquot versus Guineam & Orientales Indias: quæ C. Clusij curis posterioribus addita est. Meminit Hieronymus Benzo in descriptione Insulæ Canariae, Milij ex quo apud ipsos panis conficitur, his verbis: Canariensibus, Milium pro omni fruge erat, ex quo duorum lapidum attritu commolito panem faciebant, ab ipsis *Gofio* appellatum: plura non habet: an idem cum priore?

.....

## DE MILIO ARVNDINACEO SIVE INDICO SORGO DICTO.

### CAPVT XXXIII.

I. MILIUM ARVNDINACEVM SIVE INDICVM SEMINE SVBROTUNDO: sic dictum, quod tota planta Arundinem tam forma, quam proceritate referat, ita vt agri in quibus ad maturitatem vsque adoleuit, procul distantibus arundineta esse videantur. Hoc radicibus fibrosis, multis, ac validis nititur: culmis est quaternis, quinis, aut pluribus, ex vno grano assurgentibus, octo, decem, nonnunquam tredecim pedum altis, digitum crassis, fuscis, vt plurimum nouem geniculis tuberosis interceptis, medulla candida, subdulci, Sambuci modo farctis, & maturescente semine, rubentibus, folijs arundinaceis, è singulis geniculis cubito longiori-







Anglis, *Turkie Millet, or Turkie Hirffe*. Italis, *Sorgo* vel *Surga*, à proceritate qua inter suas cognatas fruges, milium scilicet & panicum surgit. Insubribus, *Melegua* quæ voce Panicum ab Italis nominari, Ruellius *k* malè censuit: cui fortasse errandi occasionem, nominis Melicæ & *Μελίτης* siue *Μελίτης* vicinitas præbuit: quæ fecit vt Panicum cum Sorgo, & huius descriptionem cum illius descriptione, confuderit. Longobardis, *Melega*. Hetruscis, *Sagina*, quia ea animalia saginantur. Lusitanis, *Milium Zaburum*. B Vngaris, *Cirok*.

**QUALITAS.** Refrigerat, siccat, cohibet: facultas ei Milio & Panicò haud dissimilis, cum eorum, vt & Oryzæ saporem æmuletur. Italiae infima plebs & Patauini rustici ex granis in farinam molitis, panes conficiunt, qui friabiles sunt & parum alimenti subministrant, nigri, duræ concoctionis & aluum constringentes: ex farina cum lacte pultes conficiunt frèquentius: at in Hetruria, gallinarum columbarumque saginæ feritur, potius, quàm ad hominum alimentum: suum, & bouum, & equarum pabulo etiam seruit. Si boues, autore Cæsalpino *l*, herbam virentem depascatur, intumescunt & pereunt: si culmos exsiccatos, proficiunt: quare ex hoc genere ipsi videtur Calamagrostis Dioscoridis *m*, in omnibus gramine grandius, quod iumenta in pabulo sumptum necat, maximè quod in Babylonis regione secus vias nascitur: & quod in Cilicia oritur Cinna ab indigenis vocatum, quod D viridè bobus appositum eos amburit. Ex culmorum *n* medulla medicamentum ad strumas præstantissimum fit, hoc modo. Ex decem culmorum internodijs medulla extrahitur, quæ cum spongia noua integra, rubenteque comburitur: hæc in puluerem teruntur, piperis nigri grana duodecim contusa adduntur: huic pulueri triticæ farinæ vncia admiscetur. Deinde omnia ouo recente excepta, in placentam conformantur, quæ sub feruentibus cineribus coquitur: ea E in sex partes diuiditur, quæ Luna decrescente, alternis diebus strumoso dormitum ituro edendæ præbentur, nullo potu addito. Idem altera & tertia Luna repetitur. Hoc medicamento multos curatos esse Matthiolus scripsit. Idem autor est, flores qui ex rubris paniculis excutiuntur, drachmæ pondere ex vino rubro haustos, rubra profluua

A foeminarum sistere: quemadmodum albos flores, ex paniculis albis exceptos, albos vteri fluores cohibere. Dari etiam vtiliter dysentericis, & alijs alui fluxionibus. Idem quoque præstare granorum putamen, cui vitello probe decocto exceptum, & à ieiunis deuoratum. Ad idem valet, pulticula, ex farina & lacte chalybeato, confecta. Sic & semen frixum, puluerisatum, potu exhibitum. Ex summis viticulis rigidioribus arefactis, scopas Itali concinnant, vestibibus & capiti detergendis, quibus in varijs Gallia & Italiae, nunc & Germania, locis vuntur.

II. MILII INDICI ALIVD GENVS, à Iacobo Antonio Cortuso nobili Patauino ad semissum Matthiolus scribit, & ex eo Lugdunensis historia, quod culmis, folijs, paniculis superiori simile est, sed eo pulchrius & præstantius, glumam faciliè exuit, & melior ex eo panis fit.

III. MILIVM ARVNDINACEVM SEMINE PLANO ET ALBO: hoc radices fibrosas & duras habet, terram à summo petentes, eique infixas, quo plantæ moles firmius contra ventorum impetum firmetur: quare quindenis diebus, singulas radices, è geniculis profert, è terræ proximioribus incipiendo, gradatim fursum ad quartum tendens: culmis Frumento Turcico vulgo dicto, vel potius Cannæ saccharinæ similibus, qui sex vel octo cubitorum (ad frugum enim magnitudinem & speciositatem adolescit, totaque planta albet) medulla alba, dulci, Arundinum sacchariferarum modo, farctis: quorum summitati panicula spicata, Milio prædicto maior, alba, semipedalis longitudinis, insidet: ex qua post flores delapsos, è filamentis capillaceis exiguis & rigidis, grana dependent folliculo albo inclusa, candidissima, lentis modo compressa (Orobi magnitudinis in Arabia) fractu durissima, nigro puncto, quo spicæ, vel petioli, à quo ægrè diuelluntur, hærent.

**Locvs.** In Arabia, circa urbem Anam, cum Babyloniam veterem flumine peteret, vtrinque ad fluminis ripas, agros consitos Rauwolfius *o* obseruauit & descripsit, & quidem solo arenoso, tenui & satis profundo, quod Octobri mense, iam maturum & partim iam collectum erat. Et Bellonius *p*, in Cilicia, & in Epiro, vbi rustici magnos saccos refertos, Corcyram in forum deue-



hant, notavit. At Porta, ex Aethiopia aduectum & nostro orbi inquilinum factum esse, solumq; pingue, coelum tepidum desiderare & in Martio cum Milio feri, Iunijque sine florere, scribit. Ante annos duodecim, Basileæ in horto eleganter excreuit, sed semen ad maturitatem non peruenit.

**NOMEN.** Milium Indicum, quod incolis antiquo nomine Arabico *Dora* dicitur, nomine Rhasi & Serapioni noto, Rauwolffio. Vocem hanc *Dora* & Simon Ianuensis & Pandectarius sic exposuere: *Dora* vel *Dorati* Arabicè, exponunt quidam quod sit Melica, quod videtur ex Rhasi qui ad Almanforem *q* post Milium & Panicum, de *Dora* egit. Verum apud Serapionem *r*, exponitur quod sit Panicum. Ioan. Serapio *s*, videtur voluisse, Milij speciem esse. Sed, vt Ianuensis, hæc omnia in viribus satis conueniunt, quare pro quocunque accipiatur periculum non est, quando tamen magis astringentibus vti expediet, Melica aptior est. Huius apud Græcos & Latinos autores nulla mentio, Arabes *Hareoman* appellarunt, & Triticum est Sorgo Insubrum ferè simile, Bellonio. Milium Aethiopicum, Portæ: an Milium album in regno Congi, quod *Mazza di Congo*, id est, semen Congianum vocant *t*, Pigafettæ.

**QUALITAS ET VSUS.** *Dora* sicca est, quæ & parum nutrit & ventrem stringit, Rhasi *u*: quare in Dysenteria Serapio *x* vitur. Grana candidissima, farinam panificijs aptam promunt, ex qua, vt Rauwolffius *y* habet, panem benè sapidum cinericeum conficiunt, placentarum forma, circiter digitos quatuor transfuersos latos, sex longos & duos crassos: & vt Bellonius *z* molas habent domi, quibus grana conterunt, & ex farina massam duram pinfunt, quam tenuiter admodum complanatam, radijs Solaribus coquant: aut veteri Romanorum militum more, qui tegulæ ab igne calefactæ, & lapidibus vtrinque sustentatæ, massam pistam complanatam imponentes coquebant: eadem ratione rustici panem coquant, at urbani in clibano: Incolæ *y* ex culmis, eo quo ex Cannis saccharinis modo, mastica-tis, succum suauem, & dulcem eliciunt, qui in his magis in superiore parte, in Saccharinis autem in inferiore, continetur. Corcyræ & insulæ incolæ, hoc columbas a-

runt: in Cilicia ob lignorum penuriam ferunt, cuius calamos pollicari crassitudine, incolæ diligenter colligunt & ex illis ignem struunt.

~~~~~

## DE PANICO.

### CAPVT XXXIV.


**PANICVM**, Græcis ἔλυμα & μελίμη, Dioscoridi *a*, Galeno, Oribasio, Aeginetæ, Actio: ἔλυμα Hesycho est σιτῶδες σπέρμα, forsan ab ἐλύω inuoluo: μελίμη Theophrasto *b*, Diocles Medicus Plinio *c* scribente, Mel frugum ad etymon alludens, appellauit: hac enim voce μελίμη melleum quid significatur: at Hermolao *d* sic dictum videtur quod durantissimum sit inter fruges. Sed ne quis putet esse Theophrasti *e* Mel frugum μελίμη σιτῶς sua lingua nominatum, siquidem Loti speciem esse pronunciauit. Latinis Panicum à glumosis tuberosisque racemis, in paniculam nutantem & longam aggestis: nam Plinius *f* Panicum à paniculis dictum scribit. Arabibus, vt Serapioni *g* *leuers*, alijs *Dochen*, *Diochen*: Alfaravio, *Glares*: *Praticin*, Syluatico. Germanis, *Fench* / *Heidelfench* / *Pfeñich* / *kleiner Hirsch*: *Bussweisen* / Gesnero: *Fuchschwanz* / *Cordo*. Belgis, *Panickoren*. Anglis, *Gramaine Panick*. Gallis, *Paniz* & *Panic*. Italis, *Panico*. Hispanis, *Panizo* & *Panso*. Bohemis, *Ber*. De PANICO, quod ex vernalium frugum numero est, eadem penè quæ de Milio dici possunt, cum Milio specie simile sit, Dioscoride, Galeno & Oribasio monentibus: imò extritum Milio tam simile apparet, vt nisi exactè quis vtrumque inspexerit, discerni vix possit, attamen Milio magis exiguum videbit: adde etiam, communem vtriusque naturam & vsum, cuius nomine Galenus *h* de vtroque simul egit, eademque penè pronuntiauit: etiam Theophrastus, qui Panicum Milio tantum dulcius & infirmius esse scripsit: quin imò promiscua fuit nomenclatio. Dioscorides *i* τοῖς σιτηροῖς σπέρμασι annumerauit: Galenus *k* modo ex frugum genere, modo ex genere leguminum esse dixit: ita vt citra discrimen τὰ σιτηρῶς, etiam ὄσπρια vocet, cum tamen ὄσπρια, propriè sint illa cerealia ex quibus panis non fit.

*q* lib. 3. cap. de gramine. *r* cap. de panico. *s* cap. de Dysenteria, de forbitiohibus agens. *t* part. 1. Ind. Orient. lib. 2. cap. 1. *u* de simplicib. ad Almanforem. *x* cap. 2. *y* part. 2. itinerarij cap. 6. *z* lib. 2. obseruationum cap. 10. *a* lib. 2. cap. 120. *b* 8. hist. plant. & 2. de caus. plant. *c* lib. 22. cap. 25. *d* lib. 2. coroll. 320. *e* lib. 2. hist. plant. cap. 14. *f* lib. 18. cap. 7. *g* de temper. simplic. cap. 102. *h* 1. de alimentor. facultatibus cap. 15. *i* lib. 2. cap. 120. *k* lib. 6. de simplic. facult.



Columella leguminibus adnumeravit, sed A postea inter / frumenta reposuit. Theophrastus (qui tertio generi frumentorum contribuit, & tertium ferendi tempus dedit,) sic descripsit: panico *m* caulis arundinaceus, flos lanugineus: radix *n* valida, & pro suæ radicis modo caules reddunt, videlicet à validis validos atque multiplices: quare cum à principio exiguo caules multi prouenerint, fructum quoque abundè profundum ratio est: æstiuus *o* seritur (vt æstiuæ cætera frumenta) quia imbecillum est, & B huius generatio simplex & vna est: facile *p* germinat, & celerrimè perficitur, nam à flore ad summum quadraginta diebus maturatur: reseruari egregie potest, quia tunica multiplici tegitur, & minus *q* aquarum indiget, nam cum plus habet, folia dimittit vt Milium. Plinius *l*, Panicum cacumine languide nutante, paulatim extenuato culmo pene in surculum, prædensis aceruato granis, cum longissima pedali phoba: Milium ac Panicum tantum pro indiuiso & C paruis auibus exposita sunt: indefensa quippe membranis continentur. Genera, eisdem *r*, sunt Panico: mammoso è pano parvis racemato paniculis & cacumine gemino: quin & colore distinguuntur, candido, nigro, rufo, etiam purpureo. Distingui-mus in satiuum & syluestre: de hoc inter Gramina egimus: at satiuum, aliud domesticum, hocq; panicula vel spica minore vel maiore: aliud peregrinum, & quidem spica vel obtusa, vel acuta.

I. PANICVM GERMANICVM, SIVE PANICVLA MINORE: radice nititur valida & fibrosa, culmo plerunq; unico arundinaceo, duorum plerumque cubitorum, (solo tamen fœcundo, proceriore,) rotundo, solido, geniculis tumentibus decem nonnunquam præcincto, ac sensim extenuato, cacumine languido & nutante prodit: folijs arundinaceis Milij asperioribus & acutioribus, Tritici latioribus, vncialiquè latitudine, Arundinaceis non multum absimilibus, à geniculis exeuntibus, plerumque cubitalibus: in caulis summo spica oblonga, dodrantalis, rarius pedalis, teres, crassa, non vt in Milio diuisa, sed racemi instar compacta, ex granis Milio numerosioribus & minoribus, rotundioribus, splendidibus,



folliculis quibusdam subluteis obtolutis: in eo differentia, quod quoddam flauis, alterum purpureis, aut nigris spicarum fastigijs emicat: & hoc quoque auicularum iniurijs obnoxium est. Increcente spica, à duobus geniculis inferioribus, culmi vndiq; in orbem excrescunt, & in terram fibræ descendunt, quibus culmus fulcitur, ne pondere spicæ nutantis sternatur & humi procumbat.

Locvs. Solum & terram qualem Milium desiderat, nimirum leuam solutamque, vt rei rusticæ scriptores Columella *s*, Palladius *t*, & alij docent: nec in sabulone solum, sed arena quoque protuenit, dum coelo humente & solo committatur: quia siccum & argillosum agrum reformidat. Idem Xenophon tradit, Græcos in panicijs E riuulos ducere solitos. Apud nos verno tempore in agris seritur, & Augusto maturatur: in asperioribus quoque Germaniæ locis, vt est Algoia, Hegoia, Argouia colitur: in Gallia & Vasconia vltima, similiter. Sic Allobrogum quibusdam tractibus familiare: Insubribus item & Celtiberibus, hoc est Grahatensibus Hispanis.

1 lib. 2. cap. 9.

m 8. hist. plant. cap. 9.

n 2 de caus. plant. 7.

o 4. eiusd. 6.

p 8. hist. plant. cap. 10.

q 8. hist. plant. cap. 7.

r 18. hist. natur. cap. 7.

s lib. 2. cap. 9.

t lib. 4. tit. 3. Et Plinius lib. 18. cap. 17.



**NOMEN.** Milium agreste siue exiguum, & Typha, à paniculata illa iuba appellari posset, Trago: Panicum, Fuchsio, Dodonæo, Turnero, Cordo, Gesnero, Lonicero, Aduersarijs, Lobelio, Camerario, Tabern. & Gerardo.

## II. PANICVM ITALICVM SIVE PANICVLA MAIORE.



**II. PANICVM ITALICVM, SIVE PANICVLA MAIORE:** hoc radice, culmis, folijs, priorivt & Milio, per omnia simile: sed omnibus sui partibus fœcundius existit, maximeque panicula differt: siquidem in hoc pedalis longitudinis est, & duorum digitorum crassa, ad terram versa, granis numerosis, hirsutisque: color paniculæ etiam variat: in quibusdam candicat, in alijs rufescit, in pluribus verò flauescit: sic & seminis color variat.

**Locvs.** In campis Italiae, Maio mense feritur, & quandoque statim post messem: & cum calidis & siccis regionibus libentius nascatur, idcirco apud Italos elegantius quam apud Germanos prouenit: imo Galenus *a* scribit in Italia & apud alias gentes melius, quam in Asia, cui nihil suauitatis in sit, prouenire.

**NOMEN.** Panicum dicitur Marcello,

A Hermolao, Ruellio, Matthiolo, (cui & domesticum) Anguillaræ, Cæsalpino, Portæ, quod Melica hodie Italis vocetur: Panicum satiuû Lugdun. Panicum vulgare, Clusio *x*: pro Panici Indici spica Dodonæus pinxit: & sub Panico alio Indico panicula villosa, Lobelius, quem Tabernem. & Gerardus secuti sunt. Verum hanc varietatem soli ratione potius fieri credimus, quam quòd species distincta statuenda sit: quare vtramque figuram in Matthiolo nostro exhibemus, Camerarium, qui vna tabella expressit, imitati.

**QUALITAS.** Gustu & qualitate Miliore spondet: effectus *y* quos milium præstat: quare in cibo, pane & medicina, vt Milium vsurpari potest: idcirco per vniuersam Germaniam, Bohemiam & Vngariam magni vsus est. At mali succi est: difficulter in ventre conficitur, flatus parit, aluum adstringit siccaturque refrigerat: quare Galenus & Panicum pauci nutrimenti, & facultate exsiccatoria pollere dixit. Hinc, eodem Galeno *a* Aeginetæ *b* item & Oribasio *c* autoribus, Milium ipso Panico ad omnia præstantius, suauius, facilius concoquitur, minus ventrem sistit, magisque nutrit. Præterea Panicum si solum sumatur nullam in cibo gratiam obtinet: ideoque *d* lac miscere salutare inuentum fuit: tollit enim, aut saltem minuit prædicta mala: faciliorem concoctionem, quin & suauitatem, ac in corpus meliorem distributionem, à lacte sibi asciscit. Plinius *e* refert, Panico Galliae quosdam præcipue in Aquitania vti: sed & Circumpadanam Italiam, addita faba, sine qua nihil conficiant: & Ponticas gentes nullum Panico præferre cibum. Verum non solum olim Gallia Aquitania eo præcipue vsa, sed & hodie *f* quoque in ea eius parte, quæ Vasconia vulgo dicitur, vulgatissimum esse constat, quemadmodum & Milium: vnde Vascones ab aulicis Miliarij, siue Miliophagi, appellantur. In Thracia, cum eius maxima copia, in agris Charmandæ vrbis, trans Euphratem, fuisse Xenophon scriptum reliquerit, tantus ijs quoque in quotidiano conuictu eius vsus, vt eos idem Xenophon *g* Meliophagos, ac si dicas Panico vescentes, appellarit. Suidas monet à Laconibus coqui & comedi: & Cæsar *h* Panico veteri atque Hordeo corrupto, omnes, inquit, alebantur.

*a* de alim. facult. cap. 15. *x* in histor. rarior. *y* Plin. lib. 22. cap. 25. *z* 6. de simpl. facult. Actiua tetrabibl. 1. serm. 1. lib. 18. cap. 10.  
*b* lib. 1. cap. 78. *c* 1. Collect. cap. 15. *d* Bryer. de re cib. lib. 5. cap. 19. Et Porta lib. 11. villa cap. 34. *e* lib. 18. cap. 10. *f* Bryer. lib. 4. *g* lib. 7. exped. Cyri. *h* lib. 2. de bello civili.



Alij ex butyro, aut oleo, aut alio pingui, la-  
 cte quoque addito coqui, ac parari volunt:  
 alij ex iure carniū, quā coquendi ratione,  
 minus noxium fieri arbitrantur, celerius-  
 que per aluum deijci. Germani ex eius se-  
 mine deglumato, cum lacte pultes non in-  
 grati saporis conficiunt, Milioque præfe-  
 runt, quo licet infirmius, suavius tamen,  
 cum dulcius sit. At, Italiae i rustici, haud  
 ferè aliter, quam admisto pingui suillo  
 & oleo, ad ariditatem domandam, farina  
 vescuntur: & semine in edulij non sine la-  
 cte vtuntur. Columellæ k quoque Pani-  
 cum pinsitum & euolutum furfure, pul-  
 tem quavis inopia, maximè cum lacte non fa-  
 stidiendam præbet. Hinc Fiera in sua cœ-  
 na, Panici uberior leuioris mensa superbit,  
 Sæpius exiguis cedere magna solent. Panis  
 quoque eodem modo vt ex Milio ( licet l  
 rarius ) conficitur, minus tamen Milia-  
 ceo & nutrit & adstringit Dioscoride m &  
 Oribasio monentibus: quia persiccus, & ci-  
 neris ac arenæ modo friabilis, vt qui lento-  
 re, aut humoris vinculo careat. Itaque ru-  
 sticis, fossoribus & messoribus comedend-  
 um relinquamus, & melioribus frugibus,  
 Dei gratia repertis, vtamur. Puls cum la-  
 cte, in capitis doloribus à bile causatis, hæ-  
 moptoicis, & pollutione nocturna, com-  
 mendatur. Ventris fluxus, ceu ipsum etiam  
 Milium, non nihil sistit, Galeno n: in lacte  
 caprino coctum, & bis die haustum, Plin-  
 io o: cui & sic prodest ad tormina. Dy-  
 sentericis, vt idem o, in vino potum (pul-  
 verisatum) prodest: si verò foris illinatur  
 (cataplasmate Orib. & Aëtio) exsiccat at-  
 que refrigerat (alij adstringit legunt,) Ga-  
 leno n & Aegin. p Oribas. q & Aëtio r: vel,  
 vt Plinius o, similiter his quæ vaporanda  
 sunt exalfactum (sicco fotu) imponitur.  
 Apud Italos, ad columbarum gallinarum-  
 que saginam potiùs, quàm ad hominum a-  
 limentum seritur. Seres vermiculos, è qui-  
 bus sericum vellus metitur, Panico ali qua-  
 driennio apud Seras populos, tradit Pausa-  
 nias: quinto anno arundine recenti: ve-  
 rum apud Italos s (aliasque gentes) apud  
 quos in magna copia non Panico, non A-  
 rundine, sed Mori folijs vescuntur, ob id  
 multis locis eius arboris, maximè Mori al-  
 bæ plantaria frequentia sunt. Sed & hoc  
 aspergamus, quosdam velle Melinen non  
 esse Panicum vulgatum, sed Panicum ni-

grum. Et sanè habetur nunc & aliud se-  
 men diuersum à Panico & Milio, vtrique  
 tamen simile, nigrum, quod non *απὸ τῆς με-  
 λιτώδους γλώσσας*, à melleo sapore, sed *απὸ τῆς  
 μέλας*, à colore nigro sic vocatum: quod  
 Milium quoddam nigrum esse videtur.

### III. PANICVM INDICVM

SPICA OBTVSA COERVLEA:



III. PANICVM INDICVM SPICA OBTVSA  
 COERVLEA: radicibus est validis, fibrosis,  
 amplioribus quàm sint vulgaris: culmis  
 harundinaceis, rectis, crebrò geniculatis &  
 veluti articulis præditis, lanugine obsitis,  
 vulgari Panico longè & quidem digito cras-  
 sioribus, firmioribus, altioribus, humanam  
 altitudinem sæpè superantibus, & juxta  
 radicem cœruleo eleganti & nitido purpu-  
 rascentibus, medulla fungosa pallente far-  
 ctis & velut in ramos diuisis: siquidem in-  
 ter folia è geniculis alij breuiore culmi  
 prodeunt: folijs vestiuntur arundinaceis  
 ex singulis geniculis prodeuntibus, ma-  
 gnis, longis, latis & duris, medio neruo  
 diuisis & per ambitum leuissimè instar  
 Milij Indici (ijs non valde dissimilibus)  
 dentatis: cuiuslibet culmo spica crassa insi-  
 det, quæ æqualis propemodum ubique  
 crassitudinis, instar clauæ Tiphinæ dense  
 compacta, aliquantulum hirsuta, nonnun-

i Porta lib. 11. cap. 34. k lib. 2. cap. 9. l Plinius lib. 18. cap. 7. m lib. 2. cap. 120. n lib. 6. de simplic. facult. o lib. 22. cap. 76. p lib. 7.  
 q 15. collect. & 2. virg. simpl. r serapib. 1. serm. 1. s Hermetano lib. 2. coroll. 320.



quam digitalis, quandoque solum pollicaris longitudinis, specie cylindri seu conici fastigio retuso ad effigiem Frumenti Turcici dicti, subcœrulei coloris & in regionibus calidioribus saturatioris, siquidem stamina florum ex cœruleo diluto nitent: semina petiolis oblongiusculis & gracilibus innixa, capillaceis vtriculis, quæ ipsam spicam hirsutam efficiunt, inclusa, quæ extrema parte è glumis prominente, vulgaris crassiora magisque rotunda, lævia & subcœrulea sunt.

LOCVS. Ex Indijs & quidem ex regno Peruano, ante annos quinquaginta semen in Europam fuit illatum, quod ante annos quadraginta quinque in horto Patauino primum legimus: in hortis Belgij, rarius Germaniæ, semine ex Hispanijs misso colitur, vbi tamen maturitatem vix consequitur, etsi loco aprico & Martio mense seratur.

NOMEM. Panicum cœruleum Indicum, primi Aduersariorum autores nominarunt & depinxerunt, quo nomine etiam Lobelius & Tabernæmontanus & Camerarius proposuere: Panicum Indicum, Dodonæo (qui & Panici Matthioli figuram, pro huius spica adposuit) Lugdunensi & Gerardo. Panicum Americanum Clusio u. Germanis, Blauer Indianischer Fench. Belgis, Blaen Indiaenisch Panickoren. Anglis, Blen Panicke.

IV. PANICVM INDICVM SPICA LONGISSIMA: hoc spicam habet sesquipedem longiorem, crassam, firmam & compactam, non ut in priore æqualem, sed paulatim extrema parte gracilescens: semina præcedentis Panici similia, nec multum maiora, sed plura simul iuncta & gluma hispida inclusa, breuique pediculo innixa: talem spicam C. Clusius anno 1612. Londino accepit, quam nauclerus Anglus ex sua nauigatione redux attulerat: qui postmodum similes ex Guinea allatas anno 1619. habuit.

NOMEN. Panici Americani sesquipedalis spica, Clusio u: Panicum Æthiopicum, Eidem x. De Panici Indici viribus nil nobis constat, gustus tamen Milio & Panico similis est.

\* \* \* \* \*

x in suis Iconibus. u in histor. rarior. x in Appendice ad lib. 6. hist. rar. a lib. 2. cap. 121. b 8. hist. plant. cap. 1. c lib. 13. cap. 10. d 2. cap. plant. 17. e 6. caus. plant. 19. f lib. 2. cap. 19.

~~DE SESAMO.~~

DE SESAMO.

CAPVT XXXV.

CUM Dioscorides a & Theophrastus b, SESAMVM inter fruges retulerint: & Plinius c Sesamum, milium & panicum frumenta æstiuâ dixerit, sic ERYSIMUM in Asia & Græcia Sesamo simile asserat: Theophrastus d semina hæc, Milium, Sesamum, & Erysimum, inter fruges quoque reposuerit: & alibi e Sesama & Erysimum conjunxerit, & sicca cibo idonea, non vero viridia scripserit, commodior locus de hoc utroque agendi nobis non occurrit.

SESAMVM.



Ergo de SESAMO primum, quod Columella f inter legumina, retulit: Theophrastus tertium frumenti genus fecit, Milium, Panicum, Sesamum & eorum, quæ in æstiuis sementibus communi appellatione carent. Ad hæc, sementis duo plurimum tempora notari scribit: primum atque potissimum, quod circa Vergiliarum occasum accipitur. Secundum, quod vere incipit post brumam. Tertium vero accedere, quod æstiuis attribuitur, quo Panicum &

Milium,



Milium, Sefamum, item Irionem; Ormi-  
numque ferunt.

DESCRIPTIO. Sefamum radice nititur oblonga, nonnihil fibrosa simplici, & alta, ex qua caulis rectus, angulosus, striatus, sequicubitalis exurgit: quem folia, Solano proxima atrouirentia, neruosa, oblongis pediculis donata ambiunt, quorum inferiora sinuata, quandoque laciniata, uncias sex etiam septem longa, tres lata, ex quorum alis quandoque, & quidem utrinque rami semipalmares prodeunt: similiter ex eorundem alis, flores magni, albi, digitali ferè forma, cucullati, leuibus cauliculis donati emergunt: his siliquæ nonnihil villosæ, quadrangulares & unciales, breuibus pedicellis insidentes in acutum rigidumque apicem desinentes, & præsepiolis distinctæ, succedunt: quæ semina flavescentia, oblonga, gustu dulcia continent. Huius plantam cum seminibus, ab Imperato Neapolitano pharmacopœo præstantissimo, unâ cum pluribus alijs accepimus. Verum hoc Sefamum esse censemus, siquidem Alpinus in Ægypto hoc obseruauerit: quamuis Matthiolus dubitet, eò quòd Theophrasti descriptio huic non conueniat, quam ex Theophrasto sic proposuit. Prouenit caule milio simili, crassiore tamen ac altiore: folijs rubentibus: flore viridi, herbaceo: femine vasculis incluso, Papaueris modo. Iam verò Sefamum quod proponitur, non habere culmum Milio numerosiorem, nec radices longè plures, sed scapum fabæ æmulum, in quo Fabarum more siliquæ triquetrae, aut quadriquetrae gradatim exeant, in quibus semen: dein quod folia non rubescant, nec flos herbaceo colore sit. Verum ea quæ fusiùs diuersis locis Theophrastus de Sefamo habet subiiciamus. Omnium quæ æstiuis feminibus ager recipit, Sefamum terræ molestissimū est, plurimumque posse extenuare putatur, utpote quod multiplici crassiorique calamo & numerosiore radice constet quàm Milium: At eidem, alibi *b*: Sefamum pinguiusculum est, coctionemque desiderat, & hoc radice singulari cohæret: at Milium, numerosa radice altaque est, ac multiplici culmo exurgit. Sefamo enim, quia stirpe simplici altaque, sursumque vires suas omnes intendit, culmus *i* ferulaceus est. Semen *k* modo quo-

dam peculiari producit: & æstiuis *l* feritur & generatio simplex & una est, quippe femine tantum exit: fertilissimum *i* est ut Milium: durant autem *m* Sefama maxime quia pingua sunt: & hac *h* de causa optime reponuntur: Sefamo imbres *n* post sationem maxime nocent. Quadraginta *i* dierum spacio, fructum perficit. Nonnunquam *o* sponte suæ naturæ traditur: & à nullo *p* animali viride tangitur, propter amaritudinem, grauitatem saporis, sed siccatum acceptius euadit fructusque suaues efficiuntur: cum quicquid amaritudinis in eo fuerit, Solis opera percoctum & excretum sit: hæc Theophrastus. Plinius *q* Sefamo & Irioni, folia sanguinea tribuit: at nusquam quod sciam horum folia rubere Theophrastus scripsit. Theophrastus *r* genus quoddam candidum esse scribit, quod singulari radice cohæreat, hinc colligas duplex Sefamum Theophrasto cognitum fuisse, & hæc de nostro intelligenda esse.

LOCVS. Putre solum plerunque desiderat, non tamen deterius: etiam pinguibus arenis, vel congestitia humo prouenit, Columelle *s*, Palladio *t* quod ex æstiuis seminibus est, & quod ante Virgiliarum exortum feritur, Plinio: at Columella *s*, ab Æquinoctio autumnali in Idus Octobris ferendum voluit: addens, Ciliciæ Syriæque regionibus mense Iunio & Iulio conferi, & per autumnum cum permaturuerit, tolli. In Ægypto & India nasci, & ab Indis venire Theophrastus *u* & Plinius *x* scribunt: verum & hoc seculo apud Ægyptios frequenter feri, Alpinus refert.

NOMEN. Σήσαμον & σησαμην. Sefama, Plinio: Sefima, Varroni: Sifamum, Palladio: Sefamum, alijs, Semsam, Arabibus. Sempsen, Ægyptijs. Gallis *lugioline*. Italis, Sefamo *Ginguilea*. Hispanis, *Iorgilim* & *Alegria*: Anglis, *Oilie graine*.

QUALITAS. Calefacit *y* moderate: imò calidum & humidum est gradu *z* secundo: emollit *y* & meatus obducit, cum sit emplasticum, & non exiguam visciditatem & pinguitudinem habeat: & eiusdem *z* ferè facultatis, folia, semen & oleum. Huius veteribus ferè omnibus, ut plerorumque aliorum cerealium feminum usus notissimus fuit, qui panibus inspergebant, cum tamen, Dioscorides *a* Pliniusque *b* sto-

g 8. hist. plant. 9. h 4. caus. plant. 16. i 8. hist. 3. & Plin. lib. 18. k 1. hist. 18. l 8. hist. 1. m 4. caus. plant. c. 2. n 8. hist. plant. c. 6. o 4. caus. cap. 17. p 8. hist. 7. & 6. caus. 19. q lib. 18. cap. 7. r 8. hist. plant. 5. s lib. 2. cap. 10. t in sept. tit. 7. u 8. hist. 5. & 7. x lib. 18. cap. 10. y Galen. 8. de simpl. facult. Aegin. lib. 7. Oribas. 15. coll. & 2. virtus. simpl. Aegin. tes. 1. ferm. 1. z Oribas. 2. vir. simpl. Alpin. a lib. 2. cap. 121.




macho nocere, halitusque grauitatem facere, scribant: si, addit Dioscorides *a*, manducatum dentium commisseris inhaerit. Galeno *c* & Oribasio *d* Sesami semen pingue est, ideoque repositum celerrime oleosum fit, idcirco eos qui ipso vescuntur celeriter implet, stomachumque subuertit, & tarde concoquitur, corporique alimentum pingue affert, ac *e* succum glutinosum generat: quoniam verò crassi succi est, ideo non celeriter secedit. Hanc ob causam rarius solum mandebatur, sed, Galeno *f* monente, cum melle crudo placetas, conficiebant, quas vulgò *σεσαμιδος* vocabant. Apud Athenæum *g* huiusmodi placenta, ex melle & Sesamo torrefacto, oleo addito fingeantur, & quidem specie orbiculari & globosa efformatae erant. Aliarum quoque meminit, quas ob vniuersa Sicilia *μυλιδες* nuncupatas asserit, quae ex Sesamo & melle, muliebris pubis forma, fingeantur, quas foeminae dearum altaribus circumferebant. Etiam hodie, (Alpino *h* scribente, qui diu in Aegypto medicinam fecit,) feminis, apud omnes Aegyptiaccolas, in cibis vsus est, quod pauci nutrimenti est, & alimentum crassum praebet: ex cuius frequenti vsu, praesertim si a cortice mundetur, ipsarum foeminae pinguescunt, maxime ab olei vsu, & omnium maxime, si fece olei *Thame* ab illis vocata, vtantur, quod familiarissime a mulieribus in balneo fit. Porta *i* quoque, nullus orienti frequentior cibus quam Sesami, quamuis sequacis sit lentitiae & oleaginei liquoris: veteres eo in bellarijs veluti re suauissima & delicatissima usi sunt, quod etiamnum a Lucensibus fieri Dalecampius *k* asserit. Verum, apud plerosque, eius in cibis vsus his temporibus intercidit: cum, multis in locis, non solum frugem ipsam, sed & nomen ignorent: & apud Gallos & Italos, medico tantum vsui inseruit, apud quos aliquando semen, & ex eo oleum, ex Graecia & Peloponneso aduectum, habetur. Nam, quod Sesami nomine apud Germanos ostenditur, Myagrimum est, vt suo loco dicetur. Vomitiones inhihent Sesama trita in vino sumpta Plinio *l*: Ad menstrua mouenda Sesami decoctum & infusum in aqua paratum, Aegyptij *m* pro secreto habent: & ijs quibus venae vteri propter sanguinis crassi-

Atiem obstructae sunt, mensesque supprimuntur, prodest. Herbae decoctum, similem cum oleo vim obtinet Galeno *n*. Dolores o capitis, ex ardore contractos, herba cum rosaceo admota, lenit: oculorum inflammationibus & doloribus vino decocta prodest: aurium fracturis & doloribus, inflammationibus & ambustis item, ac coli doribus, & cerastae (stellionum Plinio *l*) morsui medetur, ulceribus quoque quae serpunt, & quae cacoethe vocant. At Cornarus *p* *κωλων* *αλγηματα*, non coli, sed artuum dolores interpretatur, legendumque censet *κωλων* per *ω*, non per *ο*, quod intestinum crassum significat. Etiamnum Aegyptij *q* eius decoctum oculis *q* ophthalmia tentatis, fomenti modo adhibent: sic ad tumores duros scirrhosos discutiendos, in fotu calido vtuntur: quemadmodum etiam ad cutis vitia, ut capitis furfures, faciei liuores & sugillata: emplastro quoque ex folijs & seminibus in aqua coctis, cum modico melle confecto, ad tumores scirrhosos & nervos exsiccatos (neruorum crassitiem discutit, Dioscoridi,) ad ambusta calidasque inflammationes discutiendas aut suppurandas. Insepsio fit ex folijs & semine, modicoque melle, qua in vteri duritie, & cutis vitijs vtuntur. Decoctum clysmatibus inditur, ad dolores colicos & aluum emolliendam. Oleum ex semine apud Aegyptios fiebat, Dioscoride monente: quod eiusdem cum semine facultatis, scilicet emolliens & modice calidum, Galeno: & vt Mesues *r* tradit, impingat, semen auget, asperam arteriam lenit, & vocem ob id claram reddit. Fiebat idem apud Indos Plinio *s*: quod auribus vtile eodem monente, cuius color *t* candidus est: & hodie oleum hoc Aegyptijs *Silis* appellatur, cuius apud ipsos in cibis frequentissimus vsus est, & maiori precio, quam oliuarum oleum vendi, Alpinus testatur. Nunc quoque, Porta *u* referente, apud Graecos & Turcas in maxima copia paratur in cibum, secundum locorum bonitatem: nunc condiendis panibus inspergitur, & praesertim buccellatis, qui ex Cypro Venetias afferuntur. Ad cutis *q* pustulas, asperitatem & omnem cutis foeditatem a melancholia causatam, & in cibis, & potu, & partes affectas inungendo commendatur. Quare ad cutis pruritus Olei

*b* lib. 22. cap. 25. *c* 1. de facult. aliment. *d* 1. Collect. 28. *e* 1. exposit. 21. *f* 1. de aliment. facult. *g* lib. 14. *h* de plant. Aegypt. cap. 32. *i* lib. 11. villa cap. 37. *k* nasis in Pliniosum. *l* lib. 22. cap. 25. *m* Alpin. *n* lib. 8. de simpl. facult. *o* Dioscorid. lib. 2. cap. 121. *p* lib. 2. emblem. 87. *q* Alpinus. *r* lib. 3. de antidot. *s* lib. 6. cap. 28. lib. 15. c. 7. *t* lib. 18. c. 10. *u* lib. 11. villa cap. 37.



vncias quatuor multis diebus propinant: etiam ad anhelitus difficultatem, pleuritidem deploratam, ad excreationem promovendam, ad peripneumoniam, ad menses mouendos: item, ad ventriculi, intestinorum & vteri dolores demulcendos, & intus & foris vtuntur, cuiusmodi multa apud Rhafin, Auicennam, Haly, Serapionem atque alios habentur. Conficiebatur autem oleum Sesaminum Aëtio x docente, ex Sesamo contrito & in aquam iniecto, quod viribus ab oleo dulci non longè abest, cum B caliditatem moderatam habeat, & saporem omninò leuiter astringentem: quod cibis aptum, cum saporis sit iucundi, facile concoquatur & aluum subducatur: illitum vim emplastice habet. Et hoc, eodem momento, ad præparationem oleorum, quæ odoris gratia fiunt, oleo communi aptius est, propter durabilitatem, quodq; non facile putrescat. Sic pinsi y iubet Mago: Sesamam in calidâ maceratam exporrigi, deinde confricari, frigidaë immergi, vt paleæ C fluctuent, iterumq; exporrigi in Sole super linthea, quod nisi festinatò peragatur, liuido colore mucescere.



racematini compacti, insident: succedunt semina triangularia, seminis acetosæ figuræ sed grandiora, cortice sordido, colore nigricante, quo molendino exuta, candida medulla conspicitur.

Locvs. Nullum solum quantumuis aridum, asperum & arenosum, si in eo feratur, respuit: at imbribus gaudet. Seritur Aprili aut Maio apud Germanos, præsertim in Valgoia, circa Hagenoam arenosis agris, & circa nostram urbem Basileam: apud Belgas, ager Antuerpianus est feracissimus: in Gallia etiam, plerique agri hac fruge rubent: in Italiæ montibus Vicentinis & Foroiuliensibus: nonnunquam etiam in calidioribus locis, vbi Iulio metitur: post messem, pabuli causa denuò feritur, vt in multis Italiæ locis fieri consuevit: cito prouenit, celeriter maturefcit.

NOMEN. Frumentum Sarracenicum, quia semen ex Asia primùm delatum: at Ruellius c, inquit, auorum nostrorum ætate, è Græcia vel Asia cum venerit, Turcicum frumentum nominant. Recentiores *τραγόπιρον*, Hircotriticum, aut *φηγόπιρον*, Fagotriticum, quod cum maturuit granum,

## DE ERYSIMO CEREALI

FOLIO HEDERACEO: SIVE FRUMENTO SARRACENICO.

### CAPVT XXXVI.

ETSI ERYSIMVM CEREALE, siue FRUMENTVM SARRACENICVM, forma parum cum frumentaceis conveniat, attamen propter vsum nomenq; inter æstiuas fruges referendum: hoc radice nititur vnica, breui, paucis capillamentis fibrata, vnde caulis rotundus, tener, læuis, striatus, concavus, geniculatus a, & rubicundus, cubito maior, etiam bicubitalis, in plures alas diuisus, exurgit: folia quæ primo prodeunt, bina sunt, rotunda, paulò post hederacea, molliora tamen & instar Smilacis aut Atriplicis, minora tamen, acuta, inferioribus quidem pediculo vnciarum quatuor donatis, supremis verò proximè caulem amplexantibus, quæ cum tota planta quando maturefcit rubescunt b, ita vt vniuersa fata, eminus quasi purpura operta rutilent: ex alis foliorum pediculi oblongi exsurgunt, quibus Iulio mense flosculi parui, candidi,

x tetrah. 1. ferm. 1. y Plin. lib. 18. cap. 10. a negat Tragus. b Matth. & Lugd. caulis foliis, non autem folia, rubet. c lib. 2. cap. 29.



fuisque apludis explicitum, forma triquetra & colore, non autem magnitudine, fagineam glandem quodammodo referat. Ocymum veterum, Trago. Ocymum M. Varronis, Anguillaræ: Ocymum cereale, Tabernæmontano. Frumentum Sarracenicum, Matthiolo, Castori, Lugdun. cui & Erysimum Theophrasti & Irio Plinij: Frumentonum, Amato, Cæsalpino: Frumenti genus folio hederaceo, Cordo *d*: Frumentum vaccinum, Lonicerò. Tragotrophon, Dodonæo *e*. Tragopyron, Gerardo. Irio *B* cerealis siue Erysimum, Ruellio. Erysimu cereale, Gesnero *f*, Portæ. Erysimum Theoph. Lobelio *g*. Fagopyrum, eidem *h*. (& Lampfana vera quorundam) Franco: Fagopyron, Dodonæo. Polygonum hederaceum, Columnæ. Germanis, *Hendenshorn / Büchweyden / Grus*. Belgis, *Bockweyde, Bueckenweyd*. Anglis, *Bucke vobeate*. Gallis, *Ble Sarrazin*, aliquibus *Boucotte*. Italis, *Formentone*, id est, vile frumentum, & *Saracino*. Bohemis, *Pobánka*. Slavonis, *Heiduschka*. Hoc veteribus vel non cognitum, vel non vsitatum, vel neglectum Dodonæus asserit, quod Dioscorides in frumentorum censu prætermiserit. Etsi Ruellius *i* suspicetur eum Sesami vocabulo complexum fuisse, cui cum reliqua facie, tum viribus persimile sit, hanc tamen sententiam approbare non possumus, cum Sesamum quod Dioscorides tanquam notum non descripsit, ex quo Ægyptios oleum exprimere scripsit, etiam nū hodie & notum, *D* & apud eosdem adhuc vsitatum esse ex precedentibus capite constet. Alij, Cordo monente *k*, Panicum esse putarunt, sed malè, cum Panicum arundinaceo sit culmo & folio, hoc verò caule minimè arundinaceo, & folio hederaceo. Ocymum veterum & eorum qui de re rustica scripsere, Tragus esse voluit, qui etiam vires quas Ocymo odorato veteres adscripsere, huic tribuit. Verum nec Dioscoridis quod odoratum est, & vulgò Basilicum nominatur: neque alterum *E* Varronis & Columellæ, siue eorum qui de re Rustica scripsere, quorum Ocymum pabuli *l*, non alicujus herbæ nomen est, ex segetibus videlicet & leguminibus antequam siliquas ferant, ut ex Varrone *m* constat, & Plinio *n*, qui scribit pabuli genus fuisse apud antiquos, quod Cato *o* Ocy-

A mum vocavit, quo sistebant (alij ex Varro-  
ne rectius legunt ciebant) aluum bubus,  
id erat è pabulis, segete viridi dissecta ante-  
quam gelaret *p*. Sura Manilius id aliter in-  
terpretatur, & tradit Fabæ modios decem,  
Viciæ duos, tantundem Eruiliæ in jugero  
autumno misceri & feri solitos: melius &  
Auena Græca, cui non cadit semen, admi-  
sta, hoc vocitatum Ocymum, boum causa  
feri solitum: quare apud Nonium *q* Varro  
pancarpinion vocat. Sed pancarpinio ocy-  
mo subactò Libamento legens caduca veris.  
Sic enim vocatum fuit, quod ex quouis fru-  
gis ac leguminis genere seratur. An fortè  
*ἰρύσιμον* Theophrasti cuius inter Frumenta  
meminit, non verò Dioscoridis, quod in-  
ter oleraceas plantas recenset & à prædicto  
ab simile est, & Galenus utriusq; meminit,  
Plinius verò vtrumq; confudit. Latinis Irio  
dicitur, Plinio *r* monente, licet Gaza ali-  
quândo Trionum reddiderit. Theophrastus  
sic descripsit: Erysimu caulis ferulaceus po-  
tius est, vt Sesamo: folio constat quod ab  
alijs (scilicet frumentaceis & leguminibus)  
sua proprietate discernitur: flos foliaceus,  
vt Sesamo, cui *t* simile & pinguiusculū est  
& amarum: æstiuo *u* tempore feritur: fe-  
racissimum *x* est, semenque minimum ad-  
fert, ideo ex feminis exiguitate foecunditas  
arguitur: hoc viride *y* à nullo animali pro-  
pter amaritudinem & saporis grauitatem,  
tangi videtur, sed siccatum acceptius euadit  
& fructus suauior efficitur. Plinius *z* sic:  
Iriani folia sanguinea: Erysimum *a* in A-  
sia & Græcia Sesamæ simile, quod apud nos  
Iriorem vocant, quo virente nullum ani-  
mal vescitur. At alibi Iriorem inter fruges  
Sesamæ similem esse diximus & à Græcis  
Erysimon vocari: at que ibi subjungit, non  
adhoc, sed ad Dioscoridis Erysimum perti-  
nent, confundens Erysimum herbam ole-  
raceam Dioscoridis, cum Erysimu fruge  
Theophrasti, medicaminibus inquit po-  
tius quàm frugibus annumerandum. Hoc  
nostrum frumētum sit ne apud Theophra-  
stum Erysimum, Aduersaria etiam dubi-  
tant: in Lugdunensi historia asseritur: &  
Porta probat, cum nulla planta, erudito-  
rum sententia, ei affiniore videatur. Alij ne-  
gant, eò quòd cum Sesamo nullam simili-  
tudinem habeat: dein quòd folia viridia a-  
uidissimè à iumentis edantur. Galenus *b*

*d* in Dioscoridem. *e* in historia Gallica. *f* in Catalogo quadrilingui. *g* in Iconibus. *h* in Observationibus. *i* lib. 2. cap. 39. *k* lib. 2. in Dioscor. cap. 122. *l* Gesnero & Dodon. *m* lib. 1. cap. 31. *n* lib. 18. c. 16. *o* cap. 54. *p* Varro l. 1. c. 3. genas siliquas. *q* Dalecamp. in Plin. l. 22. cap. 25. *r* 8. hist. 3. *s* 8. hist. 7. *t* 4. caus. 46. *x* 2. caus. 17. *y* 6. caus. 19. *z* lib. 18. c. 7. *a* lib. 18. cap. 10. *b* 1. de alim. facult. 30.



inter fruges *Erysimum* referens, dixit, vt *Milio panicum* ad simile quodammodo est, sed ad omnia deterius, ad eundem modum & *Sesamo Erysimum*, corporis substantia non nihil affine est, sed in cibo insuauius est & tenuioris alimenti, adeò quod in omnibus prædicto deterius existit.

**QUALITAS & VSVS.** Calefacit & humectat temperate: *Tritico*, *Secale* & *Hordeo* minus quidem nutrit, plus tamen quam *Milium* & *Panicum*. Hoc, etsi apud Germanos ad pabulum iumentorum fuerit factum, nunc tamen ex eius farina pultes conficiuntur, gratiores pultribus ex *Tritico* confectis, quæ magnatum quoque mensis apponuntur: alij cum lacte, modo quo *Milium*, alij in carniū vel caponū iure: alij cum cremore amygdalarum decoquunt, *Farris* & *Oryzæ* modo, granorum putaminibus in pila pistorum, exutis: alij pro seruis in aqua decoquunt, addito butyro & sale: non enim ingratus cibus est, si rectè coquatur, ita vt grana integra remaneant, nec in pul-  
 tem dissiliant. Farina, si diligenter cribretur & furfuribus purgetur, erit candida, & gustu reliqua farinae genera referens, quæ, cum annonæ inopia premit, in panificia subinde cogitur: & panis qui ex eo fit, aut farinam eius admixtam habet, sapidus est, sed subniger, ac ipso *Secalino* magis flatulentus, qui mediocriter nutrit, cito descendit & *Auenaceo* facilius concoquitur. Quinetiam ex farina, lacte, & butyro, pulmentata ac placentæ pinsuntur, & sartagine fringuntur, facile concoquuntur, cito descendunt & alimentum corpori mediocre, non tamen vitiosum, adferunt. Rustici Itali qui in finibus Germaniæ & Italiæ habitant, pul-  
 tem conficiunt, quæ *Polenta* ipsis dicitur, deinde massam in latas tenues portiones secant, caseo & butyro conspersas, in cibum sumunt, qui non ingratus, nec ventriculum, vt puls ex *Milij* farina, grauat, nec vt *Pisa*, *Phaseoli* & *Fabæ*, inflat. Ex eius farina *d* *Cereuisia* rubicundior & dulcior conficitur. Farina *e* ex lacte decocta & illita, ad biliosas inflammationes præstat. Verum iam dictum, pabulo pecorum feri: siquidem herbam virentem, priusquam semen maturuerit, boues & iumenta depascuntur: gallinæ semine solo exhibitio, citissime pinguescunt: breui tempore hoc pacto, omne pecudum genus quam


optimè saginatur, mirè enim ab eis expetitur: nostri subus obijciunt.

~~~~~

## DE PHALARIDE.

### CAPVT XXXVII.

#### I. PHALARIS MAIOR SEMINE ALBO.



**I.** PHALARIS MAIOR SEMINE ALBO: Hoc æstium quoque frumentum est, ex cuius radice parua, multifida & fibrata, culmi tres aut quatuor cubitales, nonnunquam proceriores, geniculati, Zeæ culmis non dissimiles, graciliores tamen exfurgunt: ex cuius geniculis, aliquando singuli culmi ramorum loco prodeunt, quos folia circum amplectuntur: folijs est paruae *Arundini* aut *Tritico* similibus, ex geniculis singulis exeuntibus & in mucronem fastigiatis: spicæ è foliorum inuolucris protruduntur, quæ sesquiunciales, digitali crassitudine, rectæ instar *Stoechadis Arabicæ*, teretes, in summo turbinatæ, exiguis candicantibus squamis, viridibus lineis distinctis, compactæ: inter quas flores exigui, pallidi è breuius staminibus dependentes, prodeunt: semen inter squamas splendidum, candidum, vt *Milium*, quo tamen maius est &



oblongius, in mucronem acuminatum, forma Lini feminis, quo tamen minus est. Cum qua descriptione & Dioscoridis *a* conuenit: cauliculos, inquit, emittit ex radicibus tenuibus & inutilibus, numerosos, bipalmares, geniculatos, Zeæ similes, graciliores tamen ac sapore dulces: folia verò Zeæ similia: at semen magnitudine Milij, album, oblongum. Hæc sanè omnia nostræ conueniunt: non autem vt Amatus voluit, Milio Solis officinarum. At quæ Plinius *b* habet, non adeò cum ijs quæ à *B* Dioscoride tradita sunt, consentiunt: Phalaris, ait, Thyrsum habet longum, tenuem ceu calamum, in summo florem inclinatum, semen simile Sesamæ.

Locvs. Peregrinum hoc semen Germanis & Belgis ex Fortunatis Insulis (siquidem earum vna, Ptolomæo, Canaria nominatur: quare Canarium semen dicitur) & Hispania primò allatum, quod Vere feritur, satum facile prouenit, & sub finem æstatis maturescit: at si annus fuerit pluuiosus, inquit Camerarius, in ipsis spicis antequam colligatur, germinat. Passim inter segetes in Hetruria & Marchia prouenire, Anguillara scripsit. Verùm & Narbonensi agro, via ad Magalonam propè segetes ad pontem, prouenire, ibique enatum semen, in Anglia & Belgio satum prouenisse, Aduersariorum autores testantur. In Germania & Italia, spectandi gratia feritur.


NOMEN. Dioscoridis est *φάλαρις* (& Galeni *φαληρις*,) cum quo Plinius non consentit. Phalaris, Trago, Matthiolo, Ruelio, Cordo *c*. Gesnèro *d*. Gorræo, Dodonæo, Turnerò, Lacunæ, Anguillaræ, Lonnicero, Aduersarijs, Lobelio, Castori, Lugdun. Cæsalpin. Tabern. (cui & Gramen Canariense,) Camer. Gerardo: Phalaris herba Gesnèro *e*. At semen, dicitur semen Canariense & Hispanicum. Germanis, *Canariengras* / quibusdam *Blüthirssen* / vt habet Cordi Scholiastes, *Hirsen vnkraut* / Lonice-

A ro. Belgis, *Canariesæet*, *Spaensæet*. Anglis, *Canarieseede* & *Canarie grasse*. Gallis, Milium syluestre dici, Cordus scribit. Italis, *Falari*. Mafsilienfibus etiam Frumenti Canariensis nomine notum, quod institores ex Canarijs secum (etiam in Angliam & Belgium,) magna copia deferunt, & vna cum Canariensibus passerulis vel philomelis, plusquam mellifluas cantilenas modulantibus, eo cum affueuerint alendis, vendunt. Hoc Dalechampsius *f*, Meliam alteram Theophrasti, à Panico diuersum, cuius nusquam alibi, quam capite vltimo libri septimi historię mentionem fecerit, esse censuit.

II. PHALARIS MAIOR SEMINE NIGRO: huius semen nigrum est, oblongum, Milio simile, quod in Melita frequens est, & ab ipsis diligenter colitur, ac incolis *Cumeno* dicitur: quod cum Tritico in panis confectioe miscent: ex cuius grano aliquando à Delechampo fato, Phalaris prodiit, quemadmodum suis ad Plinium notis ad-  
*C* monet.

QUALITAS & VSUS. Phalaris tenue & calidum quiddam in se habet Galeno *g* & Oribasio *h*: semen gustu Milio non dissimile: radicum tenella germina, culmi & folia aliorum frumentorum modo, gustu aqueam dulcedinem præ se ferunt, quare gustu dulci Dioscorides & Oribasius dixerunt. Herbatufæ succus expressus, cum vino aut aqua ad vesicæ cruciatus utilissimè bibitur Dioscoridi: at Galeno & Aeginetæ *i* tum succus, tum semen, tum folia utiliter potari creduntur. At Plinio *k*, calculos frangit potum ex vino, vel aceto, vel cum melle & lacte: idem & vitia vesicæ sanat. Semen cochlearis mensura ex aqua potum, ad eadem efficax esse, Dioscorides tradit. Nonnulli panes pinsendos curant (aliqui cum secalina farina miscent,) & ad calculum farctusque vesicæ esitant: aliqui & Nephriticis exhibent. In fomentis siccis, Milij succedaneum esse potest.

*a* lib. 13. cap. 159. Oribas. 12. collect. *b* lib. 27. cap. 12. *c* in Dioscorid. & in historia. *d* lib. de hortis German. *e* in Catalogo quadriling. *f* in Plinium. *g* 8. simplic. *h* 12. & 15. collect. *i* lib. 7. *k* lib. 27. cap. 12.





## SECTIO QVINTA.

## ASPHODELVS ET PHALANGIVM.

## DE ASPHODELO.

## CAPVT PRIMVM.



ASPHODELVS, Ἀσφόμελον. A Dioscoridi, Theophrasto & cæteris Græcis: Latinis Asphodelus & Hastula regia a, quod dum floret regij sceptri effigiem referat; quibus & Albucum siue Albucus vocatur: & quia est de clarissimis herbarum, vt Plinij b verbis vtar, Heroion, siue vt alij codices Erineon, aliqui appellarunt: alij ab Hesiodo etiam Halymum vocari existimauerunt. Officinis corrupta voce Afrodilus. Arabibus, *Bhunte, Biruach, Chounce, Abz* seu *Axeras*. Germanis, *Affodillwurz*. Belgis, *Affodille*. Anglis, *Asphodill*. Gallis, *Afrodile & Hache royalle*. Italis, *Afrodillo*. Hispanis, *Gamones & Gamonites*. Bohemis, *Kopicko, Kralowske*. Per, κατ' ἀσφόμελον λειμῶνα significatur locus vel pratium Asphodelo consitum, cuius amœnitate quis capiatur, qua herba, Lucianus fingit, manes apud inferos vesci. Sacram Dianæ Proserpinæque putarunt Rhodij, quare earum coronis Asphodelum dicarunt, Ruelio c notante. Verum & Ἀνθερικόν quoque totam plantam Theophrastus d vocauit: idem alibi e caulem ἀνθερικόν (Albucum vertit Gaza,) nominat, Pythagoram imitatus: hos vero Plinius b sequitur: & ita quidem, ob excellentiam quandam florum, sic denominarunt: At Dioscoridi f non planta, non caulis, sed flos Asphodeli ἀνθερικόν dicitur, sic enim habet: καυλὸν ἢ λέϊον, ἔχοντα ἐπ' ἄκρῃ ἀνθόν, καλέμενον ἀνθερικόν. Saraceni g sententia, Dioscoridem prima quidem fronte florem tantummodo Anthericum appellasse videri: nec abs re, cum ἀνθερικόν seu ἀνθερικόν Græcis interdum pro summo spicarum fastigio sumatur. Attamen, illud etiam καλέμενον, rectius fortassis ad καυλὸν referri posse censet. Sunt & qui eo nomine semen

Asphodeli significari voluerunt, quemadmodum Hesychio & Theocriti scholiastæ placuit. At vero Eustathius h sit ne ἀνθερικὸς ἀσφόμελον καρπὸς, an vero καυλὸς, hæsitat. Generis vnus Theophrastus, Dioscorides (quem vulgaris notitiæ dixit,) Galenus, Paulus meminere: at Plinius b ex Dionysij sententia sexu discreuit, duoque genera marem & foeminam fecit.

DESCRIPTIO. Sic veteres Asphodelum describere: Asphodeli radices oblongæ & glandulosæ Theophrasto i: multo k magis carnosæ quam Betæ: caulem omnium maximum habet, anthericus enim maximus Theophrasto l, & omnino sine folijs est: & vt Dioscorides, caule est læui, ferente in cacumine florem, quem anthericon appellant: folia illico à radice exeunt, quæ m longa angusta, & quadamtenus viscida l, folijs maioris porri, Dioscoridi: Cui per mensem Asphodelus floret. Bis per annum florere Nicander n ait: ἀστρεὶ δ' ἀσφόμελον ὀσώθειον ἄλλο τε ρίζαν. Semen quoque abunde Hastula regia profert, lignosum, forma triquetra, colore nigro (Theophrasto, Plinio & Serapioni:) gignitur in orbiculato quodam, quod flori subest: ex cedit ætate, cum orbiculatum illud dehiscit: floret per partes vt & Scilla, ab imis incipiens. Vermis in Antherico gignitur, qui in aliud animal volatile, floridumque transfiguratur: deinde, cum Anthericus exaruerit (cum herba florere incipit, vertit Gaza) eroso statim operculo euolat. Videtur autem præ cæteris, læui caule præditis, hoc peculiare habere, quod angustus cum sit propagine superne habet: hæc Theophrastus. Hesiodus, in syluis nasci dixit. Plinius o sic descripsit: radix eius naris modicis similis est, neque alia numerosior, LXXX. simul acer-

a Plinio, Scribonio, Marcello & alijs. hist. plant. cap. 2. f lib. 2. cap. 199.

b lib. 21. cap. 17. & lib. 6. cap. 22. g Schol. in Diosc. h in Homerum, Iliad. Y, ἀνθερικόν, i τῆς ἀσφόμελου καρπὸς ἢ καυλὸς. p. 1206. 6. k lib. 1. hist. plant. cap. 10. l Theriacis. m lib. 1. hist. plant. cap. 16. n in


c lib. 2. cap. 99. d lib. 1. hist. plant. cap. 7. e lib. 7. hist. plant. cap. 12. o lib. 21. cap. 7.

lib. 1. hist. plant. cap. 16. n in



vatis sæpe bulbis: Theophrastus *p*, & fere Græci, princepsque Pythagoras, caulem eius cubitalem, & sæpe duum cubitorum, folijs porri sylvestris, Anthericon vocauerunt: radicem verò, id est bulbos, Asphodelon. Nostri illud (album nimirum,) Album vocant, cui scapus cubitalis, amplus, purus, læuis: & Asphodelum, Hastulam regiam, cui acinosus sit caulis: hæc Plinius. De quo præcipit Mago Carthaginensis, exitu mensis Martij & initio Aprilis, cum floruerit, semine eius nondum intumescente, demetendum, findendosque scapos, quarto die in solem proferendos, ita siccatis manipulos faciendos. Nunc vero, cum posteriores plures Asphodeli genera obseruauerint, ea ordine, descriptionibus propositis, recensēbimus.

I. ASPHODELVS ALBVS RAMOSVS SIVE MAS.



I. ASPHODELVS ALBVS RAMOSVS SIVE MAS: radicibus est ab vno capite pendentibus, numerosis, oblongis, exiguis nasis similibus inferne crassioribus, & in fibras desinentibus, succulentis, foris candicantibus, intus croceis, acri & ingrato sapore: folijs

allicio à radice sine pediculo prodeuntibus, porri similibus, oblongis, angustis, acuminatis, triangulis, & carinatis, fungosis, & lentis: caule aphylo, læui, rotundo, interdum bicubitali, superne ramoso, quem à medio sursum flores multi stellati exornant, ex sex foliolis oblongis intrinsecus albis, foris vero linea purpurascēte medium quodque folium distinguente, compositi: in quorum medio tot stamina luteola, quot folia: his, capitula fabæ magnitudine, orbiculata ferè, dura, ex viridi purpurascētia, tribus costis eminentioribus distincta, succedunt: quibus per maturitatem dehiscētibus, semina nigricantia, triangula & aspera se offerunt. Marcellus Virgilius *q*, triginta & amplius humani pollicis crassitudine, obseruauit: Ruellius *r* triginta, quadragintaue, & eum interdum in frutetis reperiri scribit: caulis erumpit auricularis digiti crassitudine, pedali altitudine, in cuius fastigio denæ duodenæue puniceæ bacce racematim coeunt, folijs porraceis, radice fulua, multis bulbis, perinde quasi allium nucleis, coagmentata. Clusius dum Olysiopone Hispalim proficisceretur, huius radices aratro erutas vidit, quæ ducentos, aut plures, ab eodem capite pendentes, eosque crassos admodum napos haberent, vt quinquaginta aut amplius libras totam plantam pendisse putet: (non mirum itaque, si Plinius sæpe octuaginta bulbis simul aceruatis, afferat:) eundem etiam idem, in editionibus D saxosisq; Lusitaniæ, Hispaniæ, Galliæ quoque Aquitanicæ & Narbonensis locis, Martio & Aprili florere obseruauit.

NOMEN. Hunc Dioscoridis & veterum Asphodelum, quem alij marem quoque vocant, censemus. Asphodelum maiorem & primum Clusius *s* nominat. Asphodelus ramosus Lobelio *t*, Gerardo: Asphodelus caule ramoso & maritimus, & mas, Cæsalpino. An de hoc intelligendus Bellonius *u*, dum Asphodeli siccos caules in Lemno insula colligi, quia ligni penuria laborent, scribit? & in Ciliciæ *x* planis nullas stirpes præter Asphodelum, & Ferulam obseruauit. Hispanis, *Gamones*. Anglis, *Branched Asphodill*.

II. ASPHODELVS ALBVS NON RAMOSVS: hic à præcedente potissimum magnitudine

*p* lib. 1. hist. plant. cap. 10.

*q* lib. 2. in Diosc. cap. 159.

*r* lib. 2. cap. 99.

*s* histor. Hispan.

*t* in Iconibus

*u* lib. 1.

obseruation. cap. 26.

*x* lib. 2. cap. 100.



## II. ASPHODELVS ALBVS

NON RAMOSVS.



differt: radix tot bulbis non constat, qui Pœoniæ radicibus similes, ferme concolores, pulpa intus virescente, qui cum amaritudine leni, sapore sunt adstringente: folijs cum priorè conuenit: caulis cubitalis, nonnunquam maior, rotundus, læuis, simplex, & non ramosus: flores Maio & Iunio mense in cacumine numerosi, stellati, ex sex y folijs & totidem staminibus compositi, candidi, rarius ex valde diluto rubro modice purpurascens: quibus capitula orbiculata, herbacei coloris, succedunt, quæ semina triquetra, & obsoleto colore nigricantia continent.

Locvs. In vniuersa Hispania, passim in pratis & conuallibus reperitur: iisdem quo prior locis, Clusio monente: in alpibus Italiæ Cæsalpino: in littore maritimo inter Aquas marianas & Narbonem urbem frequentem notauiimus. Apud Germanos & Belgas, non nisi ex semine, satus prouenit, apud quos aliquot annis post sationem caulem & flores ostendit.

NOMEN. Asphodelus, Marcello, Rueliō, Amato, Gesnero z, Lonicero, Castori. Hastula regia, siue Asphodelus, Matthiolo,

A Lacunæ, Kybero a, Gesnero, Lugdun. Asphodelus mas, Dodonæo. Asphodelus albus Gesnero b, Aduersarijs, Clusio, Dodonæo c, Asphodelus albus, Gesnero d, Aduersarijs, Clusio e, Dodonæo, Tabernæmontano, Camerario. Asphodelus verus Cordo f. Asphodelus alter, Anguillaræ & Clusio g. Asphodelus maior albus, Lobelio: Asphodelus caule simplici, Cæsalpino. Asphodelus non ramosus, Gerardo. Officinis Affodillus & Aphrodili, pro quo B communiter, magno errore, Maëtagum assumunt. Germanice dicatur *Weisse Affodillwurß*. Belgis, *Groote Witte Affodille*. Anglis, *Whitte Asphodill*.

III. ASPHODELVS AUTVMNALIS. Camerarius h meminit Asphodeli autumnalis siue maioris, qui ex semine, ex Italia hoc nomine misso, ipsi prodierit, at nec dum floruerit: qui hyemem non ferat, nisi infictili asseruetur. An vero huius aliquis meminerit dubitat.

C IV. ASPHODELVS ALBVS MINIMVS: radices habet instar secundi generis glandulosas, minores tamen, e quarum capite, folia quina, aut sena valde angusta & longiuscula prodeunt: inter quæ cauliculus singularis, non ramosus, rotundus, dodrantem aut pedem altus, assurgit: in quo flores multi, albi, spicæ in modum nascuntur, qui sex folijs constant, quorum singula, instar florum Asphodeli fistulosi, interne & externe, vena quadam secundum longitudinem excurrente notata sunt: hic Iulij initio florere incipit, hyeme folia amittit, & circa Aprilis initium noua denuo acquirit.

LOCVS ET NOMEN. Hic in Belgio Iacobo Plateau ex semine creuit, qui huius figuram anno CIO. IO C. Clusio communicauit, qui Asphodelum minimum: nominat.

V. ASPHODELVS PURPURASCENS FOLIIS MACVLATIS: radicibus, caule non ramoso, florumque forma cum tertio conuenit: & ab eo folijs, quæ frequentibus maculis aspersa sunt, discrepat: floris item colore suaue rubente.

NOMEN. Asphodelus flore incarnato pallido, Dodonæo k. Asphodelus flore suaue rubente Lobelio l. Asphodelus flore

y quinque foliis Dodon. & Lugdun. z in Catalog. e hist. Hispanic. f in Dioscoridem.

a apud Tragium. b de hortis. c edit. Gallica. d hort. append. e hist. rar. append. f in iconibus & editione Belgica.



## V. ASPHODELVS PURPURAS-A VI. ASPHODELVS LVTEVS

CENS FOLIIS MACVLATIS.

RADICIBVS ET FLORIBVS ALBO

SIMILIS.



B



C

rubente Tabernæmontano, Gerardo. Germanis, Root Affodill Litten. Belgis, Affodille, met incarnate bloemen. Anglis, Red Asphodill.

VI. ASPHODELVM LVTEVM RADICIBVS ET FLORIBVS ALBO SIMILEM, sed folijs brevioribus, cauleq; latis folijs vestito, adiunxere Tabernæmontanus & Gerardus, quem necdum videre contigit.

QUALITAS ET VIRES. Dioscorides, radices gustu acres & calefaciendi vi præditas tradit. Mediocriter exsiccant tenuiumque partium & potius exustarum cinis, Oribasio *m*, Galeno *n*, Aeginetæ *o*, Oribasio *p*, & Aetio *q* radix utilis est sicut Ari, Afari, & Dracunculi, nempe extergentis & digerentis facultatis: vstæ autem cinis calidior & exsiccantior, subtilior, ac potentius digerit. Quæ autumno colliguntur, cum plurimum valent Plinio: at in Dioscoridis nothis habetur, vere per æquinoctium legi candidum Asphodelum, antequam semen creuerit. Quondam Asphodelus in cibos & sanitatis usum venit, verum nunc cibus est tam alienus homini, vt inter medicamenta magis quam olera merito censeatur, quo etiam potius pro muribus interficiendis hodie vtun-

tur: siquidem autore Plinio *r*, eo fugentur, & cauerna præclusa moriantur: & vix aliquis nostra ætate credat, antiquorum cibum fuisse, nisi Hesiodum *s* grauem poetam, sapientemque, & cuius carmina in priuata vita pro oraculo à professoribus sapientiæ semper fuerè recepta, audierit canentem, nescire homines iniuste rem suam augentes, quam magnum bonum sit in Malua & Asphodelo, Νήπιαι ἐδ' ἴσασιν ὅσω πλεον ἤμισυ πέντος. οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλω μέγ' ὄνειρα. id est: Stulti neq; sciunt quanto plus dimidium sit toto, Neque quam magnum in Malua & Asphodelo bonum. Plato *t*, refert Epimenidem vilissimo cibo confecto ex Malua & Asphodelo contentum fuisse, qui illum seruarit ἀλιμον καὶ ἀδιψον. Verum & Theophrastus testatus est, mandu- *E* Asphodelum, quo loci bulbosas radices omnes, earumque discrimina percurrens, inter eas quæ edendo sunt, Asphodelum numerauit: & alibi *u*, permulta, inquit, ad cibum affert utilia, quippe Albucum (interpreti: Asphodelus & bulbus Plinio *x*,) tostum in cinere (sale & oleo addito, Plinius,) manditur, & semen torrefactum vsui est: sed radix tusa

*m* lib. 2. Synops. cap. 13. & 22. *n* de simpl. facult. lib. 6. *o* lib. 7. *p* lib. 15. collect. & lib. 2. de virtutib. simplicium. *q* tetra bibl. 1. serm. 1. *r* libro & cap. 22. *s* in oper. & diob. *t* lib. 3. de legibus. *u* lib. 7. hist. plantar. cap. 12. *x* lib. 21. cap. 12.



cum ficu, in vsum maxime omnium venit & vtilitatis plurimum, autore Hesiodo, præbet: hæc Theophrastus, quæ ex eo Plinius exscripsit. Tanta rudi nouoque adhuc seculo, indiscreta ciborum frugalitas erat, quo tempore, vt Lucretius cecinit: Quod sol atque imbres dederant, quod terra creat Sponte sua, satis id placabat pectora donum. At hæc Hesiodi de Asphodelo, Galenus non de hoc Asphodelo, sed de bulbofo (de quo libro sequenti capite de Ornithogallo) intelligit. Et herbarij Lugdunensis autor idem suspicatur, eo quod Asphodeli Dioscoridis radices acriores sint & ingratiore, quam vt in cibum, præsertim hominibus nostris, cedere possint: at Galeni etiam non elixi vis ignauior multo, & feruor mitior: Aristarchus eius radicem quoque esculentam & odore grato placentem, prodidit. Nunc de vsu ipsius in Medicina.

**INTRINSECVS.** Lateris doloribus, tussibus, conuulsis, ruptis, radices in vino potæ drachmæ pondere medentur: vrinas, menstruaque concitant, Dioscoridi, modice potæ, Plinio y: addit: defectis corporibus & phthisicis constare, bulbos eius cum ptisana decoctos aptissime dari, panemq; ex his cum farina subactis, saluberrimum esse. Menses suppressos radix in vino albo veteri cocta, & vino calido meraco, cyathi mensura, hausta, celerrime ciet, Aetio z. Lapidem renum, in vino decocta atque pota, Simus (alij Timon legunt) eximit. Vomitiones a adiuuat, lusorij tali magnitudine commanducata. Venerem b quoque excitari cum vino & melle perunctis (genitalibus tam maris quam foeminae,) aut bibentibus, tradiderunt: at contra in nothis Dioscoridis habetur, ferunt Asphodeli radicem potam, veneris fastidia facere: testatur id etiam herbarius Crateuas: & præter hæc podagræ dolores drachmæ pondere cum vino potam, finire. Sophocles, ad podagricos, vtroque modo cocta crudaque vsus est. Succus c e thyrsis expressus, aut decoctus, corporis dolori utilis fit: coli tormentis cum melle b. Succus d Hastulæ regiae, admixtus farinae ex tritico, dein in panis modum subactus & in furno coctus, atque esui datus, ventrem bene purgat. Semen & flores, si in vino bibantur, violenter aluum deiciunt (*καταρρηγίται*, at Lacuna *καρρίται* legit.)

**A** Plinio quoque semine sumto turbatur venter. Ad impetus lienis, semen dari Hippocrates censet. A serpente demorsis, tribus drachmis datur: sed vulneribus ex morfu folia, radicem ac flores ex vino illinire oportet. Semen c & flores si in vino bibantur, præ cæteris omnibus, egregie scolopendre & scorpionum ictibus aduersantur. Nicander contra serpentes, ac scorpiones, vel caulem, vel semen, vel bulbos in vino tribus drachmis dedit, & in somno contra hos metus substrauit. Datur & contra venenata marina, & contra scolopendras terrestres.

**EXTRINSECVS.** Oculorum epiphoris, radices decoctæ in face vini, supposito linteo, medentur, Plinio: at Dioscoridi, ex radice succo, additis vino veteri dulci, myrrha & croco, ita vt simul omnia decoquantur, illinendis oculis, fit vtile cum primis medicamentum. Idem e ad purulentas aures, per se & cum thure, melle, vino ac myrrha tepefactus prodest: dentium vero dolores mitigat, oppositæ auriculæ per sese instillatus (decoctæ f radice in oleo succus à contraria aure). Chrysermus & parotidas, radice in vino decocta, curauit: item strumas, admixta cachry ex vino. Quidam aiunt, si imposita radice pars eius in fumo suspendatur, & quarta die soluatur, vna cum radice strumam arefcere. Folia f etiam medentur strumis, panis, vlcibus in facie, decocta in vino. Venenatis f vulneribus, folia ex vino illinuntur. Vulneribus persanatis, radix decocta, trita cum polenta & illita prodest, Dioscoridi: addit Plinius, ne cicatrix extuberet & immodice assurgat. Oleum e vero in excauatis radicibus igni decoctum aurium dolori (ad grauitatem aurium,) infusum auxiliatur: exulceratis pernionibus & igni ambustis (decoctæ f radice in oleo succus g) inunctione conducit. Sophocles (alij Socles legunt,) ad perniones decoctum ex oleo dedit, & suffusis felle in vino & hydropicis. Ad tiliarum f tetra vlcera, rimasque corporum quacunque in parte farina arefactorum. Item fordidis e ac depascentibus mammarum vlcibus, ac testium inflammationibus, tuberculis furunculisque, radix vna cum vini face (cum aqua f) decocta: recentibus autem inflammationibus, ex polenta auxiliatur. Sic Fernelio b radix

y lib. 6. cap. 22. z tetrabibl. 1. ferm. 1. medicament. cap. 30.

a Dioscorid. & Plinio.

b Plin lib. 26. cap. 14.

c Dioscorid d Marcellus lib. 6.

c Dioscorid.

f Plinio.

g Fernel lib. 6. meth. d. 2. ed. cap. 20.

h lib. 6. meth. med. cap. 12.



ulcera sordida purgat, fistulosa sanat, depa-  
 scientia sistit. At Fallopius *i* Asphodelo-  
 rum puluerem inter *καθαρευτικά* recenset,  
 hoc est inter ea quæ vim habent superfi-  
 ciem tantum erodendi, sed quæ in profun-  
 dum permeare non possunt. Bulbi *f*, ner-  
 uis articulisque, cum polenta tusi, illinun-  
 tur. Vitiliginem *e* albam ad Solem lin-  
 teolo ante perfrictam, illita radix emaculat.  
 Prodest & *f* concisis ex aceto lichenas fri-  
 care. Xenocrates, & lichenas & psoras ra-  
 dice in aceto decocta tolli dicit: item si co-  
 cta sit, cum hyoscyamo & pice liquida, ala-  
 rum quoque & foeminum vitia. Succus ex  
 thyrsis odorem corporis iucundum affe-  
 ctantibus, cum iri arida & salis exiguo,  
 (quia tetrum odorem corporis, alarum,  
 præcipueque foeminum & pedum, emen-  
 dat.) Ad scabiem vsi sunt radice, vt videre  
 est apud Scribonium *k*, ob vim eius ab-  
 sterforiam insignem, siquidem admota, aut  
 illita cuti, si diutius permanserit, vlcus in  
 summa cute inducit, autore Oribasio *l*. C

Capillum *f* crispiorum fieri, raso prius ca-  
 pite, si radice ea fricetur. Cinis *e* è crema-  
 ta radice alopecias (sanat, Galeno, Paulo,  
 Aetio, Oribasio: emendat, Plinio) illita  
 densat, capilloue replet: & rimas *f* pedum  
 sanat. Traditur & ante portas villarum sa-  
 tum, remediõ (siue amuletum) esse contra  
 veneficiorum noxam. Quæ posteriora Pli-  
 nij, Theophrastus & Dioscorides, non de  
 Asphodelo, sed de Scilla tradidere. Hella-  
 nicus *m* prodit quosdam esse Nomadas in  
 Libya, qui nihil aliud possideant, quam si-  
 tulam, gladium, & calicem, & ex Asphode-  
 lo casulam, vmbrae tantum gratia, quam &  
 circumferant, vt se valeant à Solis æstu vin-  
 dicare. Caulem eius, cochleæ terrestres in  
 Campania mire persequuntur & sugendo  
 arefaciunt. Tandem, in Gallia Narbonen-  
 si, fues rostro effossis bulbis adultioribus  
 libenter, quantumuis acribus vesci, Aduer-  
 sariorum scriptores testantur.

VII. ASPHODELVS FOLIIS FISTVLOSIS,  
 vel PHALANGIVM RAMOSVM MINVS: radici-  
 bus est ex vno capite numerosis, fibrosis,  
 crassis, sed non glandulosis, pallidis: folijs  
 circa radicem numerosis, breuibus, angu-  
 stis, vt cœpæ, fistulosis, rigidis, dilute vi-  
 rentibus: caulibus sex aut pluribus, ex eo-

A VII. ASPHODELVS FOLIIS  
 FISTVLOSIS.



dem radice, inter folia assurgentibus, peda-  
 libus, aliquando cubitalibus, ramosis, non-  
 nunquam in quatuor ramos brachiatis: cir-  
 ca quos flosculi albidi, exterius subruben-  
 tes, propter venam purpurascens, quæ  
 medium folium per longitudinem secat, sex  
 foliolis, totidemque in medio staminibus,  
 compositi, toto fere anno obseruantur, alijs  
 subinde cauliculis subnascentibus: quibus  
 capitula oblonga, triangula, viridia pri-  
 mum, dein albicantia, semen rugosum tri-  
 quetrum Augusto maturum continentia,  
 succedunt.

Locvs. In horto Patauino primum vi-  
 dimus, dein, in illa Galloprovinciæ plani-  
 tie Salonæ, quæ vocatur *Craux de Salon*, non  
 longe Monspelio, ab Aduersarijs admoniti:  
 in Sicilia frequens Cæsalpino: toto Valen-  
 tino regno & Gadibus, & plerisque Grana-  
 tensis regni locis nullum fere alium Aspho-  
 delum reperiri Clusius testatur: sic etiam in  
 lapidosa illa planitie supra Arelaten, Massi-  
 liam versus, secus vias, inuenitur. Annua  
 non est, sed in nostris regionibus frigoris  
 impatiens, & nisi diligentius hyeme asserue-  
 tur, perit.

NOMEN. Asphodelus tertius, aliquibus

*i* tractat. de Casserijs sup. 10.

*k* de compos. medicament. cap. 103.

*l* lib. 14. Collect. cap. 58. & libro 2. de virtut. simplic.

*m* Hermod.

libro 2. corollæ. 409.



maritimus; Gesnero *n*: Phalangium Cretæ Salonensis; Aduersarijs, Lobelio: Phalangium tertium Cretæ Salonensis, Lugdunensi: Phalangium Narbonense, Tabernæmont. Phalangium Cretæ, Gerardo, vbi figura Asphodeli palustris irrepsit: Phalangij alterum genus, Cæsalpino, qui vult, huic Phalangij radices magis quam superiori conuenire, siquidem color herbaceus *χλωρός* Græcis dictus, sæpe pro pallido accipitur: Asphodelus minor, Clusio *o*, Dodonæo, (cui & Pseudoasphodelus,) Lugdunensi, B Camerario, cui etiam fistulosus. Germanis, *Erdspinnenkraut mit rörlin blettern* dici potest. Anglis, *Candy Spiderwoort*. Valentinis, *Gamoncillos*, id est paruus Asphodelus. Granatensibus, *Cebolla de Calebra*, hoc est cepa colubrina. De huius in Medicina vsu nihil nobis constat.

~~~~~

DE ASPHODELO LVTEO ET  
PSEVD ASPHODELO.

CAPVT II.

ASPHODELVS LVTEVS ET  
FLORE ET RADICE.



ASPHODELVS LVTEVS ET FLORE ET  
RADICE: ex oblongis & tenuibus vel-

uti bulbis, multo quam in albo altero tenuioribus, radicem aceruatam habet, quæ leuius turbinatæ & longiores, colore luteo, lateralibus fibris ferè vndique se propagant: folia numerosa, angusta, prælonga, subteretia, cepitijs fere similia, non tamen caua, striata, in virore quasi cœrulea, & ipsius Allij folijs longiora & angustiora: caulis simplex, rotundus, cubitalis, ac prope verticem vbi folia desinunt, totus foliatus: flores, Maio aut Iunio mense, à medio sursum versus, plurimi, paruorum liliorum instar, lutei, in quorū medio stamina conspiciuntur: his capitula rotunda, semen triangulum nigrum continentia, succedunt.

Locvs. In hortis nostris, Belgij & Galliæ frequens, hyememq; ferens, quæ si non admodum rigida fuerit, folia plerumque virent, licet vere noua exeant: apud Italos planta peregrina est.

NOMEN. Hunc Asphodelum fœminam Dionysij suspicantur *a*: at, cum Plinius differentiam vnus ab altero non ostendat, nihil pronunciare licet. Pro Iphyo Theophrasti ostendi posse, Anguillara voluit: Apud Theophrastum *b* τὸ ἴφουον duplex habetur: alterum, cuius flos semine exit, vt Iouis flos, flammula, quorum radices ligno constant: alterum *c*, quod ex coronarijs, & ante foliorum ac caulium ortum flores emittit, vt inter arbores Amygdalus. Quibusdam *Erizambac* Arabum. Asphodelus flore melino, Matthiolo *d*. Asphodelus luteus Gesnero *e*, Dodonæo, (vbi pingitur caule *ἀφύλλω*, nostro ideo non conueniens, quem & Lobelius *f* sequitur: & Lugdunensis historiæ autor, figura quoque ac nomine imitatus est, tamen & altera figura ex Lobelio addita,) Cæsalpino, Lugdunensi: Asphodelus luteus minor, Aduersar. Lobelio *g*, geminam esse figuram pronuncians, quam in Iconibus etiam habet, & Lugdunensi, (qui vtramque figuram exhibet,) Tabernæmont. & Gerardo. Asphodelus fœmina siue luteus Camerario *h*: Asphodelus luteo flore & radice, Eidem *i*: Hastula regia minor, & Asphodelus minor, Castori. Germanis, *Gelb Affodillwurzel*. Belgis, *Cleyne gele Affodille*. Anglis, *the kings speate, or smal yellowe Affhodill*. De huius vt & sequentis vsu, vel in cibatu, vel in medicamentis nil compertum habemus.

*n* hort. append.

*o* hist. Hispan. de hort.

*a* vt Dodon.

*f* in observationibus.

*b* lib. 6. Hist. plant. cap. 7.

*g* in append.

*c* lib. 7. hist. plant. cap. 12.

*d* in iconibus.


*e* lib.

*h* in epitom. Matth.



## I. PSEUDOASPHODELVS

PALVSTRIS.



I. PSEUDOASPHODELVS PALVSTRIS: radice est longa, geniculata, quæ fibris aducta graminis modo serpit: folijs Iridis tenuifoliae, aut Gladioli forma, striatis, pulchreque virentibus, sed angustis & dodrante brevioribus: caule recto, pedali, multis exiguis foliolis illum amplexantibus, cuius fastigium, æstiuis mensibus, flores luteo pal-

Locvs. In humidis ac palustribus, Flandriæ & Angliæ nascitur.

NOMEN. Hic inter Asphodelos, ob caulis & florum cum Asphodelis similitudinem relatus est: at quia folijs cum Iride aut Gladiolo conuenit, Pseudoasphodelus dici potest. Vocatur Asphodelus acorifolius, palustris, luteus, Aduersarijs: Asphodelus palustris Dodonæo *k*, Lugdun. Asphodelus minimus luteus, acorifolius palustris, Lobelio & *l* Asphodelus Belgicus palustris luteus, Eidem: Asphodelus luteus palustris Dodonæo (& Pseudoasphodelus luteus) Tabernæmontano: Pseudoasphodelus primus, vel maior, Clusio *m*. Germanis,

A Gelb wasser Affodill. Belgis, Water Affodille met gele bloemen.

II. PSEUDOASPHODELVS PALVSTRIS SCOTICVS: radicibus est breuibus, fibrosis: folijs gramineis, rigidis, sesquiuncialibus, triuncialibus, etiam palmaribus: cauliculo palmari & sesquipalmari, cui velut in spica flores stellati lutei amœni, oblongiusculis pediculis donati, insident.

Locvs. In Scotiæ palustribus, vnde Doct. Cargillus misit, prouenit: in paludosis frutetis conuallium, sterilis & petreæ Nortuegiæ & in Lancastriensi agro, Lobelius *n* obseruauit.

NOMEN. Asphodelus minimus Nortuegicus luteus palustris, Scoticus & Lancastrensis, Lobelio *n*, quem cum Pseudoasphodelo secundo Clusij conuenire, & tantum paruitate & magnitudine, ratione foli natalis variare, existimat: at Clusij longe minoribus est flosculis. Asphodelus Lancastriæ, Gerardo. Anglis, *Mayden haire*, id est virgineus, venerisue capillus, à tingendis capillis, cum apud Anglobritannos, apud quos hic, aut similis frequens oritur, puellæ floribus lixiuio maceratis, crines flauo colore inficiant.

III. PSEUDOASPHODELVS ALPINVS: radice est crassa, fibris aliquot tenuibus donata: folijs viridibus, numerosis, se se mutuo amplexantibus, prioribus latioribus, & aliquibus palmaribus, duris, amariusculis & calidi saporis: è quorum medio caulis gracilis, interdum pedalis, quandoque cubitum superans, nonnunquam foliolis aliquot inhaerentibus, exsurgit: cui spica flosculorum ex herbaceo pallescentium, quandoque flavescentium, & odoris expertium insidet, qui multo quam in prædicto minores, sex foliolis constantes: his capitula trigona, interdum tetragona & pentagona succedunt, quæ semen minutissimum rufum continent.

Locvs. In Styriæ montibus, Snealben, Neuberg, Etscheri, atque alijs pratis montanis & gramineis collibus, Iunio florentem & Iulio semen proferentem, Clusius *o* obseruauit: hunc in monte Baldo Veronensium, monte fracto Lucernatum & vicino colle Krenzacensi, magnitudine variantem legimus.

NOMEN. Pseudoasphodelus minor siue pumilio, folio Iridis, Clusio dicitur.



## DE PHALANGIO.

## CAPVT III.

## I. PHALANGIVM MAGNO FLORE.



**C**VM Phalangium, in totum, excepta radice, Asphodelo simile sit, & Asphodelus parvus quibusdam dicatur, idcirco eius historiam subnectemus: *Φαλαγγίς* meminuit Dioscorides *a*, quod alijs *Φαλαγγίπον*, alijs *λιδάκωνθα* dicatur: sic dictum, quod demorsis à Phalangijs auxilietur, Galeno *b* B & Aegineta *c* autoribus, quibus *Φαλαγγίτης*, Plinio *d*, Phalangites, à quibusdam Phalangium; ab alijs Leucanthemum vocatum: quibusdam recentioribus *κενάχρωσις*, id est, Lilium gramineum. Germanis, *Erds spinnenkraut*. Anglis, *Spiderwort*. Italis, *Falangio*. Dioscoridis, Oribasij, Plinijque descriptio hæc est: ramuli ei sunt duo aut tres (nunquam pauciores duobus, Plinio) pluresue, inter se distantes (in diuersa tendentes, Plinio:) flores candidi, Liliaceis similes (Lilio rubro, Plinio,) incisuras multas habentes. Semen verò latum (plerique ex Oribasio *πυχὸν* crassum legunt, quod non videtur sequentibus conuenire, lentis dimidio gracilius, vt rectè Marcellus & Saceracenus monuere,) nigrum, ad dimidiatæ lentis figuram, sed multo gracilius: radícula parua, tenui; & dum è terra eruitur, coloris herbacei, postea verò sese contrahit: (*ὕπερρον ἢ συνέλκεται*, habetur in textu: at Dalecampius *ἐκλευκάνεται* legit. Verisimile est D radicem quæ antea viridis herbaceiue coloris, aut pallida fuit, ex consequenti, colorem quodammodo immutare:) nascitur in collibus. At recentiores sequentes differentias notarunt.

I. PHALANGIVM MAGNO FLORE: radice est pallida, vel sublutea, in multas fibras crassas & longas, aliorum Phalangiorum radicibus non dissimiles, huc & illuc sparsas, dulces & glutinosas: à qua folia plura, E viridia, surrecta, satis firma, longa, gramineis latiora, summa parte mucronata, striata, & parte inferna sese amplectentia, prodeunt: inter quæ caulis pedalis, quandoque cubitalis, viridis, teres, cauus, medulla carens, exsurgit: circa quem, vtrinque & velut alternatim, flores sex, septem & quandoque plures, Lilio candido, figura, colore,

& odore similes, multo tamen minores & in partem anteriorem propendentes, ex sex folijs (quod pictor non obseruauit,) constantes, quorum tria interiora, paulo latiora, & eleganter venis crispata, exteriora verò viridi mucrone prædita, oblongis pediculis insident, quibus singulis foliolum erectum, angustum, vncialis longitudinis subijcitur: at ex florum umbilico; stamina sexa gracilia, longitudine inæqualia, flauis apicibus donata, cum stylo in medio gracili & oblongiore, efferuntur. Floribus capitula, vt in Asphodelo triangularia, sed minora, succedunt; quæ semina nigra triquetra continent.

Locvs. Apud Heluetios in pratis sponte prouenit: vt apud Valesianos: vnde nostrates in hortos translatum colunt: sic in pratis montanis Sabaudia, vt apud primarium Carthusianorum cœnobium: infra Septimum Rhætia montem initio Prægalia vallis, etiam Gesnerus obseruauit: in terrenis collibus, qua Lugduno Viennam itur, Dalechampius notauit: sic in montibus, sed terrenis humidisque locis, quandoque iuxta fluentia, in Hispania, Myconius vidit.

a lib. 3. cap. 122.

b lib. 8. de simplic. facult.

c lib. 7.

d lib. 27. cap. 12.



NOMEN. Phalangij nomine Matthiolus (quem Castor & Lugdunensis historia imitati,) expressit, quantum ex vitiosa figura, cum de plantæ habitu & forma, verbum nullum fecerit, colligere licet: non enim cum Lobelij Phalangio idem est, ut in historia Lugdunensi, scribitur. Quare Adversariorum autores & Tabernæmontanus Phalangium à Matthiolo pictum, nec descriptum, ipsis, & multis doctioribus nunquam visum, fortè nec Matthiolo scribunt. Hinc Camerarius in suo Matthiolo, autoris figura semota, Phalangij ramosi iconem substituit: nos verò, tam in Matthiolo, quam Tabernæmontano, quos emaculatos dedimus, veriore figuram apposuimus. Hoc Phalangium maius Gesnero edicitur: Phalangium Dalechampij, historiae Lugdun. Phalangium Allobrogicum maius Clusio *f*, & in Eystetteni horto. Verum in historia Lugdunensi, etiam sub Lilio polyrrhizo Myconij exhibetur: nam licet quibusdam Phalangium videatur esse, aut Phalangij genus diuersum à Phalangij icone, quam Matthiolus dedit, non tamen differre censemus. Germanis, *Grasgilgen* id est, Lilia parua graminea, & ab incolis ubi nascitur, *Lilium* appellatur.

II. PHALANGIVM PARVO FLORE NON RAMOSVM: radicibus nititur dodrantalibus, multis, lentis, glutinosis, ab vno capite in diuersas partes distractis: folijs statim à radice angustis, pedalibus: è quorum medio caulis sesquicubitalis, tenuis, teresque, affurgit, circa quem folium vnum aut alterum breuius, qui in ramulos non brachiat, sed flores summo caule lacteos, stellatos, ordine digestos, singulos, singulis pediculis insidentes, producit, è quorum medio stamina luteis apicibus prominent, quibus capitula subrotunda, intrinsecus tripartita, semen nigrum & angulosum continentia, succedunt. Huius species duæ: altera, folio longiore, latiore, caule proceriore, floribus longiore spacio ab inuicem distantibus, capitulis magis triquetris, seminibus paulo maioribus. Altera, folijs strictioribus, & omnibus partibus minor. Vtriusque *Thalium* meminit.

LOCVS. Vtrumque apud nos prouenit: prius editis, apricisque locis inter fruteta, ut in colle Krenzachio, monte Muteto, alijs-

III. PHALANGIVM PARVO FLORE NON RAMOSVM.



que locis, in tota Alsatia, Rhenique tractu, etiam haud procul à fluminibus nonnunquam gignitur, in Gallia quoque & Pyrenæis montibus. Apud Belgas & Anglos in hortis colitur. Altera species, in monte Wasserfal nobis vicino, crescit.

NOMEN. Phalangites quorundam Cordo *g*: Liliago, eidem *h*, ubi figura Phalangij ramosi habetur: sic & *Thalio*, qui *Asphodeli sylvestris* speciem facit. *Asphodelus Germanica*, *Cordi Scholiasti*: Phalangium non ramosum, *Lobelio*, *Dodonæo*, *Tabernæmont. Gerardo*: Phalangium cauliculis simplicibus, *Cæsalpino*: Phalangio Allobrogico congener, vel Phalangium montanum *Clusio i*. Sunt qui *Lilia sphodelum albo flore* nuncupent. Germanis, *Berggilgen/Grasgilgen*. Anglis, *Unbranched Spiderwort*.

QUALITAS. Sapore est glutinoso, & aliquantum nauseabundo. Nullius in medicina, quod nobis constet, vsus est: etsi in plurimis pharmacopolijs huius radices, pro veri *Rusci* radicibus, quod figura multum sint similes, & *Rusci* appellatione (uti *Cordus k* & *Thalium* rectè monent,) magno errore vsurpentur: cum vtriusque radicum

*e* lib. de plant. *f* histor. rarior. appendice alter. *g* in Dioscor. *h* in histor. *i* in curio poster. *k* in Dioscorid lib. 4. cap. 146.



sapor vniusmodi non sit. Quem sanè errorem, vt plures alios, Medici corrigere deberent, si modo ipsis medicamenta, quæ miseris ægris propinant, cognita forent, quorum collectionem misellis vetulis, & sæpè ignaris Pharmacopœis, magno certe ægrorum dispendio, committunt.

### III. PHALANGIUM RAMOSUM PARVO FLORE.



III. PHALANGIUM RAMOSUM PARVO FLORE: radices habet longas, graciles, fibrosas: folia pallide virentia, graminea, angusta, striata, humi strata: e quorum medio caulis rotundus, læuis, gracilis, cubitalis, circa summum in multos ramulos, in diuersum tendentes, diuisus, assurgit: quibus flosculi Asphodeli floribus candidiores, & magis patuli, prædicti Phalangij floribus minores, ex sex foliolis compositi, staminibus aliquot medijs concoloribus, Iunio


A & Iulio insident: quibus capitula rotunda Lini ~~vallulis~~ similia succedunt: quæ per maturitatem, Augusto mense, in tres partes dehiscunt, & semen nigrum angulosum, priori minus, ostendunt.

Locvs. Lugduni in collium accliuibus ad Rhodanum, & Pedemontis Taurino, Eridanique fluminis collibus vicinis, Aduersaria notarunt: in horto Patauino legimus: apud Belgas & Anglos hortense est.

NOMEN. Dicitur Moly alterum Plinij B Dodonæo l: Phalangites, seu Phalangium herba, Gesnero m: Phalangium, Aduersarijs: Phalangium ramosum, Lobelio, Dodonæo, Lugdunensi, Tabernæmont. Gerardo, Franco, Eystettensi: Phalangium cauliculis ramosis, Asphodelus parvus dici posset, Cæsalpino: Phalangium maius, Camerario. Germanis, Erdspinnenkraut / Groß Gilgen / Weisser Widerthon. Anglis, Branched Spiderwort. Moly Plinius n duplex proponere videtur, cum dicat radicem C rotunda nigræque, cuius florem Græci luteum pinxerint, cum Homerus album scripserit: subiungit in Italia nasci, radicibus triginta pedum longis. Equidem quæ de primo scripsit, Phalangio non conueniunt: quæ verò subiunxit, pauciora sunt, quam vt quid certi statui possit. Et, licet Thalius velit, quoad externam faciem, potius aliquam Asphodeli syluestris speciem Phalangia hæc duo referre, attamen descriptionem a Dioscoride, Oribasio & Plinio propositam non alienam censemus.

QUALITAS. Phalangij vires à veteribus propositas subijciamus. Galeño o Aeginetæ p, Oribasio q, Phalangium est tenuium partium, & desiccantis facultatis. Folia, semen, & flos ex vino pota contra serpentum ictus, Phalangiorumq; morsus auxiliantur; Dioscoride & Plinio attestantibus: tormina quoque patientibus succurrunt, vt cum iisdem Galenus & Aeginetæ asserunt.

l edit. Gallica. m de horti German. n lib. 25. cap. 4. o lib. 8. de simplic. facult. p lib. 7. q lib. 15. Collectan.





## S E C T I O S E X T A.

*XYRIS, IRIS, ACORVS, GALANGA, ZINGIBER, ZEDOARIA, COSTVS, CYRCVMA ET CROCVS INDICVS.*

## D E X Y R I D E S E V S P A T V L A F O E T I D A.

## C A P V T P R I M V M.



**X**YRIS *Ξυρίς* Dioscoridi *a* & Oribasio *b* *Ξυρίς* siue *Ξυρίς* Aeginetæ *c*: quasi rasorius culter, à folij similitudine dicitur. Est enim illi folium ancipiti nouaculæ similius, acutiore acie, & tenuiore rigidioraque, quam Gladiolus aut Iris, mucrone: *ΰρις αργία* Theophrasto: quod nomen in nothis Dioscoridis, vt & *καρίς* siue *καρίσος*, habetur, & Romanis Gladiolum dici additur. Iris sylvestris, quibusdam Xyris Plinio *d*. Latine Xyris, non nullis Xeris. Officinis & vulgo spatula foetida, tum ob folij figuram gladium referentis (spata enim gladium significat:) tum, quod odorem grauem exhalet, nuncupatur. Arabibus, *Casoras*. Dioscorides & Oribasius sic describere. Folia habet Iridi similia, latiora tamen (medio nimirum folij latiore & ventricosiore) & in cacumine acuta: caulem verò e medio foliorum erumpentem, cubitalem, satis crassum, ex quo siliquæ triangulares dependent: super ipsis **C** flos purpureus, in medio puniceus: semen verò in folliculis fabis (Oribasius eruis habet,) simile, rotundum (magnum Oribasius,) rubens acre: radix verò geniculata, longa (*μακρά*: Pena *μικρά* legendum suspicatur) rufa. Quod verò semina fabis similia dixerit Dioscorides, fabæ autem vulgares oblongæ sint & latæ, Xyridis verò rotundæ, censuit Matthiolus, Xyridis semen non figura, sed odore tantummodo fabas referre, sicque Dioscoridem intelligendum esse. **D** Verum & figuram Dioscoridem respexisse, credunt qui & Theophrasti & Dioscoridis, aliorumque priscorum fabas à nostratibus longè diuersas fuisse statuunt nempe minores & penitus rotundas, quas hodie

pisa nigra nominant, vt pluribus argumentis, ex eorum testimonio & autoritate ductis, Dodonæus probare conatur: qua de re suo, si **D**EVUS volet, loco dicetur. Vnius meminere veteres: recentiores duplicem habent, alteram apud Germanos hortensem, alteram vero maritimam: vtriusque descriptiones subiiciemus.

## I. GLADIOLVS FOETIDVS.



**I. GLADIOLVS FOETIDVS:** Radicem habet in nouellis plantis rotundam, & veluti bulbi aut cepæ alicuius caput, ex qua fibræ crassiores, veluti ex bulbo, dependent: plantæ verò antiquæ radix, Iridis sylvestris

*a* lib. 4. cap. 22. *b* 12. Collect. *c* lib. 7. *d* lib. 21. cap. 20.



radici, colore & figura similis, & longa est, geniculata, sibi inuicem implicata, magnum veluti cespitem constituens, & rufescens: gustu feruido, vt & ipsum semen est, odore Sambuci ferè modo graui: caules plures, rotundi, glabri, cubito altiores, crassitie mediocres & recti, inter folia assurgunt: folijs est Iridis similibus, sed breuioribus & nigrioribus, foetidissimum odorem, (præsertim si digitis attrita,) spirantibus: flores Iulio & Augusto, Iridis floribus similes, sed minores, tenuiores, tenuis foliolis surrectis, colore vario, sed triti, purpureo in fuscum desinente, (aliquando e purpura saturiore, Violæ martiæ, & in medio venis nonnullis luteis & phænicijs apparentibus, in Anglia) edit: qui, siliquarum rudimentis triangularibus, quasi inde exorientes, insident: quæ floribus defluxis, maioresque & quidam aliquando nucis iuglandis magnitudine, sed oblongæ redditæ, post autumnum, quo semen maturatur, in partes tres dehiscentes finduntur: in quibus, secundum longitudinem, gemina serie, in siliquarum membranis loculis, vt in Pœonia, semen rotundum Pisi f minoris quantitate, splendens rubensque reconditur, quod exsiccatum contrahitur & nigrescit: Sed hæc non verè sunt semina, verum feminum intra se latentium involucria.

LOCVS. In ruderibus Hetruriæ & alijs Italiæ locis, circa sepes & dumeta sponte exit: sic & quibusdam Galloprovinciæ & Angliæ locis, vbi ad quam vberissima vda prata, ac ad littoreos maris aggeres Penanotauit. Apud Germanos & Belgas, non nisi fata prouenit, apud quos flores post multos annos primum erumpunt, ita vt aliqui sine flore esse crediderint, iuxta vulgares hos versus: Iris purpureum florem gerit, Ireos album: Gladiolus luteum: sed spatula foetida, nullum.

NOMEN. Spatula foetida, Trago, (cui & Gladiolus Italicus,) Fuchsio (qui nec Xyphium esse, nec Sparganium, nec Xyrin, asserit:) Gesnero g (addit eruditos Xyrin appellare) Anguillaræ, qui an Xyrin sit dubitat: Dodonæo, Lonicero, Cæsalpino, cui & Xyrin Dioscoridis: item Tabernæmontano & Camerario. Xyrin, Matthiolo, Lacunæ, Turnero, Cordo, cui Iridis species est,

A Lobelio, Castori, Camerario, Gerardo & Lugdunensi, apud quem figura Lobelij, quæ antiquam plantam, & Matthioli, quæ nouellam exprimit, habetur. Xyrin & Iris syluestris. Theophr. Dodonæo h, Aduersarijs, Lobelio i. Xyrin, Gladioli species videtur Cornaro: Sparganium siue Xiphidion Amato & Ruellio. Germanis, Wandstaustraut, id est, Cimicum herba, à potentia qua cimices enecat. Belgis, Wantuyscruyt, Stinkende Lisch. Anglis, Stinking Gladdon, B Spurge woort. Gallis, Glayeul puant. Italis, Spatola fetida. Hispanis, Lirio Spadanal. An sit Xyrin Dioscoridis ambigitur, alijs assententibus, alijs dubitanter pronunciantibus, alijs denique negantibus. Anguillara etenim scribit, si radicis Spatulæ color atque etiam flos verbis Dioscoridis corresponderent, Xyridem esse se audacter pronunciatum, at deficientibus hisce notis dubium hæreret. Sic Fuchsio, Spatulæ radicem nec longam nec rufam, sed rotundam, albam & capillatam dicit, cum Xyridis rufa & longa sit. Et Gesnerus k refert ex Volmari sententia, Xyridi caulem crassum cubitalemque dedisse Dioscoridem, qui in Spatula neque crassus, neque cubitalis sit: semine satis respondere & radice. Respondemus, ipsos plantam nouellam forsan, & non eam quæ aliquot annorum, inspexisse, ac licet quid in colore & magnitudine radicis & floris desideretur, talis tamen mutatio facile fit: exemplo sit varietas ea, quæ in Iridis & radice & flore est, colore, magnitudine, odore & bonitate, ratione loci, vt sequenti capite monebimus: cur id non etiam de Xyride dicamus? cum vulgo, ad Theophrasti imitationem, Iris syluestris, nominetur. Refert Cordus l flores magis saturata purpura arridere: & Camerarius, alicubi in Italia flore rubro reperiri. Quare non video, cur non Xyrin Dioscoridis statuamus. Nec mouet Amatus m (Ruellium n secutus, & hos Lonicerus,) qui Sparganium Dioscoridis esse voluit, (Xyridem Dioscoridis, Gladiolū purpureum faciens,) & Matthiolum reprehendit, quod id ipsum neget. Verum, ostendat nobis Amatus in summo caule pilulas, in quibus sit semen, quas Dioscorides in Sparganio o requirit: nos verò ipsi in Spatula, semen non in pilulis, sed oblongis folliculis, ostendemus.

e Aduersaria, Lugd. f Ciceris Casalp. Ochri siue Erubia, Dodo. g de horis German. h edit. Gallica. i in Iconib. k lib. hortor. append. l lib. 2. histor. cap. 41. m lib. 4. enarras. 23. n lib. 3. cap. 87. o lib. 4. cap. 21.



**QUALITAS.** Vehementer acrem qualitatem obtinet, adeò, vt gustata fauces quasi vrere videatur, ita vt non immerito calidam & siccam gradu tertio constituent. Galeno *p* Oribasio *q* & Aeginetæ *r* tenuium est partium, attrahentis, digerentis, desiccantisque facultatis, cum radix, tum multo etiam magis fructus.

**VIRE**s Dioscoridi & Oribasio *s* Radix contusa ex passo (μετὰ γλυκέσ τετρασμένη: Serapio τετρασασμένη legisse videtur:) bibitur ad conuulsa, rupta, ischiadas, strangu- **B** riam & alui profluuia. Semen verò potentissimè vrinam ciet, tribus obolis, (drachmæ semis,) in vino potum: cum aceto verò lienem absumit, (vrinam ciet & lienes induratos sanat, Galeno & Aeginetæ.) Contra capitis vulnera & fracturas, (radix,) efficax est: aculeos & omne teli genus extrahit, (succus cum vino applicatus,) citra molestiam, adiecta flore æris tertia parte, & radicis Centaurij parte quinta, & melle sufficienti. Sanat verò œdemata & inflamma- **C** tiones, cum aceto imposita, Plinio: strumas vel panos vel inguina discutit, sed de eius collectione superstitiosa quædam addit, quæ vt inutilia præterimus. Sanè multorum Medicorum experimentis constat, Spatulam hanc ea præstare, quæ Xyridi Dioscorides tribuit, & non modo Iridi similia facere, sed viribus præferendam, tum ad vlcera, ossaque desquamanda, tum in sumpto decocto aut succo, vehementius lotium ciet & sudores, sed ferè fauces **D** adurit: si multa decocto bibatur, vomitum excitat & tormina ventris vt Iris, facit. Non secus *t* ac Rhabarbarum & Asarum ventris fluores, materias per vrinas deducendo & auertendo, supprimit: cæteroquin opilionibus & rusticorum plebi, in præfectura Sommerfenti Angliæ, huius radicis decoctum, aut ex Ala infusum, purgationes Iridis modo molitur. Succus *u* expressus manantem, humidam, serpentemque scabiem, illitu sanat: ita vt *x* non multum à Staphi- **E** dis agricæ viribus abesse appareat. Succum *y* expressum & ad Solem exiccatum in puluerem redigunt, succumque exiccatum & puluerisatum Staphidis agricæ, Flammulæ, Hermodactylorum & Atramenti ana partes æquales admiscunt & cum aceto & axungia suilla, in formam linimenti redigunt, quo cutim ter in die inungunt, foliumque

A Brassicæ aut Plantaginis imponunt: illis etiam, qui pustulas curant, probè conuenit, ita vt erodentibus medicinis adijci possit. Cimices & quoque mirè necat atque fugat, si succus parietibus vel spondis illinatur.

## II. GLADIOLVS FOETIDVS MARITIMVS.



**II. GLADIOLVS FOETIDVS MARITIMVS:** radice est oblonga, in obliquum tendente, geniculata, cortice rufo obducta, à qua multæ & oblongæ fibræ deorsum mittuntur: caule vno, pedali, rotundo, glabro, folijs vndique cincto, quorum quædam ex radice prodeunt, eaque vel palmo minora, vel trium etiam vnciarum, quædam ex caule, impari longitudine, striata & in exquisitum mucronem abeuntia: in caulis fastigio, binæ & ternæ siliquæ, angulosæ, cum tota planta rufescentes, quas folia brevia, sed lata, vaginæ modo complectuntur: in quibus semina, rufa membrana tecta & velut compressa, in medio macula nigra notata, quæ cum manduntur, lignosa & dura sunt, gustuque subastringente.

**LOCVS.** Hunc fluctibus maris cum alijs purgamentis in littora ciectum Monspelio habemus: quem primus herbarij

*p* lib. 2. de simp. facul. *q* 15. Collect. & 14. Collect. 59. *r* lib. 7. *s* 12. Collect. *t* Lobel. in obseruat. *u* Tragus. *x* Euchsium.  
*y* Lonicernus. *z* Dodonæus.



Lugdunensis autor Xyridis maritimæ nomine proposuit, at in figura radix minus rectè exprimitur, vt ex illius & nostræ figuræ collatione cuilibet manifestum fiet.

DE IRIDE EIVSQVE  
DIFFERENTIIS.

CAPVT II.

**I**ris, Græcis *ἴρις*, à cœlestis arcus similitudine, cui flores similes sunt, nomen accepit, autore Dioscoride *a*. In quibusdam verò Theophrasti & Athenæi codicibus *ἰεῖς* legitur, quare conseruatricem Gaza *b* vertit, quod in sacrificijs purificationibusque suis, antiquitas Iride vsa sit: hinc forte & *καθαίρων*, in nothis Dioscorideis: vbi & *ἰεῖνα*, cœlestis, quod cœlestis arcus specie & modo floreat: sic & *θαυμαντίας* admirabilis, eadem ratione, qua à Poetis cœlestis ille arcus Thaumantias dicitur, genus originemque illi ex admiratione nouæ rei, rudi adhuc sæculo, vt primus Plato *c* indicauit, antiquis assignantibus. Latinis Iris, Radix consecratrix, Liliū cœleste: nonnullis, radix Marica, vel potius radix Naronica, à Narone *d* fluuio, circa quem optima & copiosissima, vt dicitur, nascitur. Ab Ægyptijs, *Nar*, dicitur. Arabes, *Asmeni Iwii* Serapioni *e*, siue vt Auicennæ *f Aiersa* vocant. Germanis, *Gilgen / Schwertel & Benelwurz* hoc est, Violacea radix, eò quod violarum purpurearum odorem referat. Belgis, *Lisch* *Over Zee*, *ende Lelien*. Anglis, *Flouuer de luce*. Gallis, *Flambe*, id est, flamma, *Glayenl*, id est, Gladiolus, à folij forma. Italis, *Iride*, *Giglio celeste*, *Giglio azzurro*. Hispanis, *Lirio cardeno*. Bohemis & Polonis, *Kosatec*. Iridis flores *λύκας*, id est, lupos, vocari, Plinius *g* tradit, quod deorsum arcus modo curuata labiorum & rictus lupi speciem quandam reddant. Iridem Dioscorides *a* & Oribasius *b* sic describere: Iris folia fert gladiolo similia, sed maiora, latiora & pinguiora (folium arundinaceum habet & caule assurgit, Albu cum imitante, sed minore durioreque, Theophrasto *i*) flores verò in caule, ita è regione inter se collocatos, vt sibi mutuo respondeant (florete æstate Theophrasto *k*) reflexos ac varios. Partim enim albi, partim pallentes, partim ni-

**A** gri *αἴθη μέλαρα l*; alij *μήλινα m* lutei legunt) partim purpurei, partim denique cœlesti conspiciuntur. Atque adeò, propter hanc varietatem quoque factum est, vt planta ipsa Iridi cœlesti assimilata fuerit. Radices subjacent geniculatæ, solidæ, odoratæ: quæ frustatim dissectæ in vmbra siccantur (quia facile corrumpuntur) & funiculo traiectæ reconduntur. Sed dum Dioscorides odoratas dicit, de radicibus sicis intelligendus est: quod Theophrastus *n* innuit, dum radicem Iridis fœtidam, siccantam verò redolere scribit. Ratio *o* est, quoniam in radice viridi multa substantia cruda adest: & quoniam omne odoratum partes tenues & calidas optimè coctas habet, atque adeò coctas, vt ad concoctionem spirituum perueniant. Si ergo radix Iridis siccetur, odorata est, quoniam partes illæ crudæ & aquææ resoluuntur: nam hæc radix quanto vetustior est, tanto magis odorata existit. Plinij *p* hæc sunt: Iris caulem habet cubitalem erectum: floret diuersi coloris specie, sicut arcus cœlestis, vnde & nomen: radice tantum commendatur. Vtrum Dioscorides hanc colorum diuersitatem, in vno flore seu indiuiduo, an diuersis speciebus requirat, controuertitur. Etenim, Lacuna & Amatus volunt, non dici Irim, ob diuersitatem colorum in specie, sed potius in indiuiduo. Quibus Anguillara subscribit, addens, si Dioscorides flores diuersi coloris esse exprimere voluisset, eo loquendi modo vsus foret, quo in Viola alba vsus est: vbi *q* dicit: *ἐστὶ τῆ αἰθῆς διαφορὰ ἐν τῷ αἴθῃ*: id est, sed in floribus differentia quædam. Costæus *r* varios eos colores, flori simul eidem adscribi, & in candido flore, aliorum colorum obscura vestigia, vbi Soli obijcitur, inesse asserit. At Dodonæus, hanc non fuisse Dioscoridis mentem, quod in vno flore coloris diuersitas reperiat, Brassavolam secutus statuit: motus ratione ea, quod potissimum de Illyrica loquatur. Iam verò testis est Brassavola *s* se in Illyrico flores plerosque candidos, alios pallidos, nonnullos luteos, quosdam purpureos cospexisse. Et Manardus *t* negat, vnum eundemque florem, posse tot coloris discrimina recipere: fidelius igitur (addit) & verius quis verterit, variij: aut enina albi, aut pallidi, aut nigri, &c. Nostra est senten-

*a* lib. 2. cap. 1. *b* lib. 4. hist. plant. cap. 16. & alibi. *c* in Thæteso. *d* Plin. lib. 21. cap. 7. *e* cap. 189. *f* lib. 2. cap. 357. *g* apud Athenæum lib. 15. *h* in Collect. *i* lib. 2. hist. plant. cap. 12. *k* lib. 6. hist. plant. cap. 16. *l* codex Oribasij, Aldinæ, Marcelli, Sarraceni. *m* codex Parisiensis, Cornari, Masshioli. *n* lib. 6. de caus. plant. cap. 17. & 22. *o* Fallop. in lib. 1. Dioscor. cap. 6. *p* lib. 21. cap. 7. *q* lib. 3. cap. 138. *r* comm. in Mesuem. *s* in examine simplic. *t* lib. 8. Epist. 1.



cum Ruellio *u* & Fuchſio, falli eos, qui **A** in toto floris ambitu, (in omnibus speciebus,) huiusmodi varietatem perquirunt, sed tamen, diuersis eius partibus, cum inflexa foliorum labia, vel purpureus vt in vulgari, vel cœruleus color solus inficiat, sed flores, cauo caliculi sinu, versicolores lituras ostendant, qua diuersa specie cœlestem arcum æmulantur: & hoc voluisse Dioscoridem quis negabit, cum propter colorum varietatem, quæ in flore est, plantam ipsam, Iridi cœlesti assimilatam fuisse, **B** asserat? quod & ipsius Plinij verba adducta, satis innuunt. Et, vt Fallopius *x*, hæc similitudo & ratione coloris & ratione figuræ esse potest, cum flores vna similitudine Iridem expriment: nam figura convexa est, & varij colores, vt in arcu cœlesti adsunt. Quod posterius etiam Aristoteles *y*, loquens de varijs coloribus in eodem floris folio, ostendit, Iridem nominans, docens hanc varietatem fieri, ratione variæ concoctionis: nam, in varijs partibus floris, vario modo concoctio fit: & ideo varij colores resultant; quod etiam, in coloribus pennarum avium, apparet. Verum vt Scaliger *z* scribit. Iris noctu hiat, solis tactu contrahitur: quia sinus interiores, humidum amittunt, itaq; contrahuntur: laxantur nocturno gelu. Sic *a* & Iridem videmus, ex foliorum vetustorum putrefactione, sibi novam solum parare. Sed ratione loci natalis Iridem variare, cuius nomine alia magis, alia minus commendetur, Dioscorides & Oribasius sic demonstrant: Probatissima Illyrica & Macedonica: ac inter has optima, quæ radicem quasi decurtatam ac densam habet, quæ frangenti est contumax, colore subrufo (rufa melior, quam candida, Plinio,) perquam odorata, gustu feruido (alij, vt Cornarus, Ruellius, Matthiolus, Saracenus *ñ* γλοφ̄ μαροτιν̄α amariore: nos verò cum Marcello, Fallopio, Dalecampio, Cæsalpino, *πρωτιν̄α* legimus: quia, licet amaricet, ferventior tamen gustus etiam in Iride percipitur, quam lectionem & Oribasius secutus esse videtur,) sincero odore, quæque situm non redolet, ac inter tundendum sternutamenta ciet (Plinio *b*, optima quæ sternutamenta tactu mouet: tractata pro tactu, rectè Cornarus reponit, cum ea voce & ipse Plinius postea vtatur.)

Secundum locum tenet Africana, candidans, gustu amara. Veterascētes teredinum iniuriam sentiunt, (teredines non sicca modo, verum & in terra celerrimè sentit, Plinio *c*) tunc tamen odoratiores reddi solent. Theophrasto *d*, qui ejus inter odorata meminit, quæ in Illyride, melior est, (odoratior, propter locum,) quam in Macedonia: in Thracia verò, cæterisq; frigidioribus locis, odore penitus caret: (hoc non absolutè verum est, licet in Septentrionalibus odor sit inferior.) Imò & Galenus *e* inter aromata connumerat. Sic alibi *f* in Europa (inter odoramenta) nihil præter Irin inuenieris, quæ optima apud Illyrios provenit, non tamen locis maritimis, sed mediterraneis, magisq; ad Septentrionem sitis: cultus ei nullus accommodatur, nisi quòd ablaqueatam reficcare solent. Cum Theophrastus scripserit, nullum Iridi cultum accommodari, hinc Scaliger *g*, Iridem cultu deterius habere scribit, fitque monente **C** Matthiolo, vt aliqui nullam Irin domesticam reperiri statuunt: verum non de omni Iride, sed Illyrica tantum differit, quæ, cum loci ac cœli clementia in Illyrico tractu, optima spontè proveniat, cultum non requirit. Adde, quod, & in Italia, Iris domestica passim in hortis spectatur: sylvestris verò, per omnia minor, in plurimis montibus. Quin etiam veteres, Iridis sylvestris, (præter Xyridem & Ephemerum non lethale,) mentionem fecere, non solum Marcelli Medici *h* autoritate, qui etiam, Irin domesticam cultamque fuisse, ostendit, sed etiam Galeni *i* testimonio, qui, in nephriticis compositionibus, ab Asclepiade conscriptis, Iridis sylvestris meminit. Leon-tius *k*, Iridem Illyricam parvam tenuissimamque plantulam, ex recentibus, à Ianuario vsque ad Aprilem mensem, plantari, scribit. Galenus *l* testatur, omnes herbarios vnanimes scripsisse, Irin in Illyrico natam optimam esse. Plinius *m* sic scribit: laudatissima in Illyrico, & ibi quoque non in maritimis, sed in sylvestribus (in palustribus legit Dodonæus,) Drilonis & Naronæ, proxima Macedonica, longissima hæc, & candidans, & exilis: tertium locum habet Africana, amplissima inter omnes, gustuque amarissima. Illyrica quoq; duum generum est: Raphanitis à similitudine,

*u* lib. 2. cap. 1. *x* in lib. 1. Dioscor. cap. 6. *y* lib. de coloribus, cap. 5. *z* in 2. caus. plantar. 25. *a* in 2. caus. plant. 24. *b* lib. 21. cap. 20. *c* lib. 21. cap. 7. *d* lib. 6. de caus. plant. cap. 28. *e* lib. 7. Meth. Med. cap. 4. *f* Theophr. lib. 9. histor. plant. cap. 7. *g* in 2. de caus. plant. 19. *h* 1. de plant. Arist. *h* cap. 24. *i* lib. 10. de compos. medicam. secund. loca cap. 1. *k* lib. 11. agricult. 22. *l* lib. 1. de antidot. *m* lib. 21. cap. 7.



(fortè Astragalus Galeni & Aetij,) quæ & A  
 melior: Rhizotomos subrufa: non impro-  
 batur & Pisidica, (erit Rhaphanitis quæ in  
 rotunditate oblonga est, Rhizotomos au-  
 tem, quæ veluti mutilata detruncataque  
 est.) Cum Plinius *n* alibi dixerit, rufam  
 meliorem candida: hic vero Rhaphani-  
 tim præferat Rhizotomo, quæ rufescit,  
 Matthiolus sibi Plinium contradicere sta-  
 tuit: quare Amatus sic legit apud Plinium,  
 qua & melior Rhizotomos subrufa: nec  
 malè, vt sibi Plinius consentiat, & à Diosco-  
 ride non discrepet. Galenus *o* (qui non so-  
 lum Iridis meminit, vt Amatus voluit) præ-  
 ter Illyricam & Macedonicam in Asclepiadeo  
 quodam acopo fecit mentionem *p*, cum ta-  
 men in alijs compositionibus Illyricam ferè  
 admisceat: sic & Carthaginensem, in qua-  
 dam Theriaca *q*, recipit. Refert quin etiam,  
 eam quæ ex Lybia magna sua ætate pluri-  
 mum Romam adferebatur, tantum ab Illy-  
 rica distare, quantum mortuum corpus à  
 viuo: non tamen in alijs nationibus ita mul-  
 tum abesse, atque in huius genere odoratio-  
 rem deligendam, quemadmodum in alijs  
 medicamentis. Genus etiam vnum eius  
 Trogloditicum appellant, quæ, dum estur,  
 vt Africanus scriptum reliquit, os vinum  
 non obolet, quamuis copiosius haustum fue-  
 rit, nam Iris mirum in modum, ijs quibus  
 halitus foetet, os commendat. Cum Illyri-  
 cam & Macedonicam commendet Diosco-  
 rides, quid peculiare his insit regionibus,  
 vt præ cæteris optimam Iridem ferant, va-  
 ria est opinio: putant aliqui, caloris id gra-  
 tia euenire, proptereaque in Illyrico, quam  
 in Macedonia, etiam ipsam excellentiorem  
 gigni, quod ea regio hac calidior sit. Alij  
 verò non calorem, sed peculiarem quan-  
 dam soli vim, nobis ignotam, atque plantæ  
 huius naturæ persimilem, pro causâ affe-  
 runt: quæ ratio nobis, cum Costæo *r*, ma-  
 gis placet. Si namque ob regionis calorem  
 Iris excellentior nascitur, cur Dioscorides  
 Africanam minus quam Illyricam & Mace-  
 donicam probat, cum Africa calidior sit?  
 Rectius ergo, qui præter calorem, soli co-  
 gnationem maiorem, cum vna stirpe quam  
 cum altera, in causâ esse putant: quam ob  
 causam videmus varijs in locis, varias stir-  
 pes sponte prodire, & aliquas etiam si trans-  
 ferantur, mōres immutare nouimus, quod

vulgo de Persea arbore creditur. Monere  
 conuenit, Costæum animaduersione di-  
 gnum censere: cur, cum Africana testimo-  
 nio Plinij amarissima sit, tamen Dioscori-  
 des Illyricam prætulit? respondet, in opti-  
 ma Iride, præter amarorem, alia quoque ad-  
 esse, & acredinem, & odoris fragrantiam,  
 quæ omnia fortasse in Africana non sint.  
 Verum solutio non placet, siquidem Dio-  
 scorides non amarissimam, sed subrufam &  
 amaram, commendat: & licet Africana a-  
 marissima sit, non tamen subrufa, sed can-  
 didans est. Hactenus ex veterum placitis de  
 Iride: nunc, ad differentias recentioribus  
 cognitatas, transeamus. Diuidimus Iridem in  
 satiuam & syluestrem: hæ ratione & forme  
 & loci variant. Ratione forme, vel radicum  
 vel foliorum, vel floris colore: ratione radi-  
 cum, alijs est geniculata: alijs bulbosa: v-  
 traque vel latifolia, vel angustifolia: ratio-  
 ne foliorum, alia est latifolia, alia angusti-  
 folia: illa vel maior, quæ caulifera: vel mi-  
 nor, quæ ἀκωνίτις: ratione coloris florum,  
 habetur flore candido, pallido, cinereo, cœ-  
 ruleo obsoleto, cœruleo, purpureo, ni-  
 gro, luteo, varijsque coloribus mixtis. Ra-  
 tione denique loci natalis, Illyrica, Lusita-  
 nica, Hispanica, Florentina, Septentriona-  
 lis, maritima, pratensis, saxatilis. Initium  
 autem faciemus, à geniculatas radices ha-  
 bentibus maioribus latifolijs, inde ad hu-  
 miliiores, easque latifolias progrediemur,  
 postremo loco angustifolias describemus:  
 de bulbosis vero libro sequenti sermo erit.

## DE IRIDE LATIFOLIA.

### CAPVT III.

**I.** IRIS VULGARIS GERMANICA, SIVE SYL-  
 VESTRIS: radice est digitali crassitudine,  
 dodrante breuiore, geniculata & transuer-  
 sa, fibris lateralibus terræ superficie affixa,  
 quæ singulis annis à posteriore parte putre-  
 dine tantum ferè amittit, quantum ab an-  
 teriori parte æstate capiti restituitur, nec  
 satiuæ in modum densum cespitem consti-  
 tuit: folia plura ad radicem capita iuncta,  
 lata, in mucronem desinentia, semicubi-  
 tum circiter alta, hyeme pereuntia: inter  
 quæ caulis, ferè cubitalis, rotundus, glaber,

*n* lib. 21. cap. 20.

*o* 1. de antidot.

*p*

lib. 7. de comp. medicament. secund. genera.  
 Masia. libro simplic. 8.

*q*

lib. 2. de antidot.

*r* in



I. IRIS VULGARIS GERMANICA, SIVE SYLVESTRIS.



exurgit: cui flores, ex cœruleo purpurei, nouem folijs, tribus erectis, tribus recuruis & tribus minoribus ligulas tegentibus, donati, Maio mense insident: quibus defluentibus siliquæ crassæ, oblongæ, angulosæ, semine rotundo refertæ succedunt: licet Scaliger *a* sine fructu florem Iridis tradat, & non nisi spongijs & auulsione propagari scribat.

Locvs. Hæc in tectorum culminibus, vinearum macerijs & muris, à rusticis plantari consuevit: verum, in saxosis collibus, asperisque locis etiam sponte prouent: quemadmodum in rupibus ad arcem Münchenstein Basileensium copiosissime. Et Matthiolus in Goritiensi agro saluatino monte & Iaiudiæ collibus, inter saxa, odore non ingrato plurimum oriri, & in campestribus, non longè à Sontij ripis, se vidisse, testatur: Fallopius *b* quoque, syluestrem se habere, cuius Galenus meminerit, scribit. Hæc, licet syluestribus locis proueniat, in nostris tamen regionibus, in hortos translata fuit, & cultura speciosior reddita, coloreque floris magis cœruleo nitet: hanc rustici in tectorum culminibus, vinearum macerijs, murisque plantare consueuere.

NOMEN. Dicitur Iris Brunfelsio, qui tamen & alterius, quæ à Venetis & Genuensibus adfertur, ex Hieronymo Brunsvicensi meminit. Fuchsius hanc cum sequenti miscuisse videtur, Iridem Germanicam nominans: Tragus, Gladiolum cœruleum vocat, Acoro palustri congenerem, & ad Xyrin Dioscoridis referendam statuit: Iris syluestris maior, Matthiolo, Lacunæ, Gesnero *c*, Castori: Iris syluestris Cordo *d*, Lugdun. Tabernæmont: Iris syluestris prima, B Aduersarijs: Iris, Gesnero *e*: Iris cœrulea, Dodonæo: Gerardus figuram sub Iride biflora habet: Iris latifolia maior vulgaris, Clusio *f*, plerisque Lillialis, & in Apulia Spatula vt Monachi in Mesuem scribunt. Germanis, Blawschwertel. Belgis, Blaenlisch. Gallis, Flambe sauvage. Italis, Giglio azzuro, siue pavonazzo saluatico. Bohemis, Kose-tes lehni.

II. IRIS HORTENSIS LATIFOLIA.



II. IRIS HORTENSIS LATIFOLIA: radice est longa, nodosa ac veluti geniculata, viuida, duorum digitorum crassitudine, in transuersum striata, subinde in multas propages per summum cespitem, (cum supra terram potius, quam intra humum, sita sit,) in obliquum tendente, radiculis tamen

*a* in lib. 2. de plant. Aristot.

*b* in lib. 1. Dioscorid. cap. 6.

*c* lib. de hort.

*d* lib. 2. histor. cap. 40.

*e* in Catalog.

*f* hist. rar.



longis & tenuibus adnatis intra humum latitantibus, (ex quibus aliquot, quæ adhuc nascuntur, lutei coloris, in fine aut capite existunt,) foris modice in flauo rubente, intus autem candida: recens & nedum reficcata, saporis feruentioris est, qui non statim, sed paulo post quam mansa est, apprehenditur, tunc enim faucibus linguæ ue igneæ qualitatis vestigium, quod non facile eluitur, imprimit: sicca vero, multum & feruoris & ingrati saporis remittit, quare gratiores est odore, & gustu minus acris. Folia ab vno cespide plura erigit, quæ cubitalia, inferius in radicum capitibus coniuncta & sibi inuicem inserta, singulorum aperto ventre seu carina, alterius dorsum excipiente, superius vero, alæ modo in latitudinem explicata, & in mucronem gladij figura desinentia, rigida, striata, Acori folijs latiora existunt. Caule est recto, rotundo, tereti, glabro, læui, cubitali & altiore etiam, veluti cinereo puluere consperso, quinque aut sex geniculis intersepto, ex quibus singula folia caulem amplectentia exeunt: inferioribus eo minora, quo summitati proximiora. In caulis summo, flores *ωδγμάξ*, siue alterno ordine positi, terni quaterniue calycibus insidentes, post veris medium, erumpunt, membranis primum in turbinem conuolutis, quibus paulatim expansis, flores odori, sed odore aliquo modo caput grauantes, conspiciuntur: hi nouem folijs constant, quorum tria deorsum arcus modo reflexa, digitali sunt longitudine, circa exortum angusta, reliqua parte vncia latiora, parte quæ terram spectant, ex viridi & pallente colore, diluta purpura, purpureis simul lineis per has ductis nitentia: supra vero, purpurei coloris lineis, latis, candidis & puniceis admixtis, maxime vbi versus exortum gracilescunt: media regione, in singulis foliolis, qua calyci adhærent, fimbria oritur, quæ inde sursum ad medium producitur, multis tenuibus, breuibus, luteolis, rarissime candidis, veluti pilis concreta, humani ferè supercilij, aut Erucæ hirsutæ similitudine. Alia tria folia, sursum & contra se mutuo reflexa, primis latiora & paulo breuiora, quibus vtrinque color in cœruleo liuidus, vel aqueus, ex purpura simul albicans & luteus, non aliter atque splendoris auri fulgentis reflexus. In

A medio horum tria alia foliola breuia, angusta, extrema summaque parte bifida, fimbriam eiusque lanuginem quodammodo contegentia, Iridis cœlestis instar coloribus varijs tincta, conspiciuntur, ab utroque latere herbacei coloris, in medio dorso liuido extante: sub quibus etiam singula stamina sunt. His, postquam octiduum circiter durauerit, exsiccatis & delapsis, siliqua, Xiridis aut Acori palustris æmula, succedit, quæ inferius oblonga, crassa & sexangularis g, in tria loculamenta diuisa, in quibus semina sublutea, angulosa, rotunda, oblonga, Erui semine minora (licet *Tragus* nullum semen ferre pronunciarit,) continentur, quæ reficcata rugas contrahunt & nigrescunt. Totâ herba, grauius ut *Sambucus* ferè, dum teritur, spirat. Variat hæc floris colore, qui vel varijs est coloribus, vel colore est cœruleo *Violæ martiæ* instar, sed intra calycem, colore ex flauo & puniceo variante: vel purpureo, vel cœruleo obsoleto, cinereo. Quod si diuersis temporibus flores Iridis habere exoptes, tum verno tempore, radicem aliam ad duodecim, aliam ad octo, aliam ad quatuor digitorum profunditatem defodias.


Locvs. Hæc passim in hortis colitur: quam etiam in altissimo quodam & graminofo monte, non longè ab arce *Veldensi*, *Tragus* notauit.

NOMEN. *Iris Germanica*, *Trago*: *Iris domestica*, *Matthiolo*, *Lacunæ*, *Castori*, *Lugdunensi*: *Iris nostra satiuâ*, *Cordo b*: *Iris communis*, *Gesnero i*: *Iris vulgaris*, *Lobelio*, *Gerardo*: *Iris maior cœrulea* vel *purpurea*, *Camerario*: *Iris Tabernæmontano*. *Germanis*, *Himmelschwertel*. *Belgis*, *Blaeu Lisch ouer Zee*. *Anglis*, *Flour de Luce*. *Gallis*, *Flambe ou Glayent*. *Italis*, *Giglio celeste*, *Giglio paonazzo*. *Hispanis*, *Lirio de color del cielo*. *Bohemis*, *Kofatec brundttny Zabradni*. *Danis*, *Blaa Liller*.

III. *IRIS HORTENSIS PALLIDE CŒRULEA*: hæc paulò altius exurgit, & non in omnibus florum foliolis, neq; ab omni parte color similis est, sursum enim reflexa pallidiora sunt, & colore dilutiore, ad aquæ *κυάειον* colorem accedunt: deorsum curuata, inferiore parte pallent, superiore vero pulcherrimum nigræ *violæ* dilutum colo-



III. IRIS HORTENSIS PAL- A IV. IRIS HORTENSIS ALBA  
LIDE CŒRULEA. GERMANICA.



rem proximè exprimunt, lineis candidis interim intermixtis, quæ ab ipso folij exortu, ac veluti basi, tum etiam ab ipsa flava fimbria exorientibus, coloris gratam mixturam & varietatem efficiunt.

Locvs. Hæc in Belgij hortis vulgaris est: sed & quibusdam palustribus locis sponte exit, Dodonæo autore: & Clusius alterâ trium surrectorum foliorum obsole-<sup>D</sup>tioris coloris, odoris florum Sambuci, quæque in Belgicis hortis rarior esse solebat, vulgatissimam in Austriæ & Vngariæ hortis conspexit.

NOMEN. Iris Belgica cuius flores aquæ cyaneum colorem referunt, Dodonæo: Iris dilute cœrulea inuolucro albo Tabernæmontano, cuius icon apud Gerardum, sub Iride Chæcedonica habetur: Iris latifolia maior obsoleta, Clusio *k*.

IV. IRIS FLORE ALBO: ratione & loci & radice variat: alia enim est Germanica, alia Florentina, alia Illyrica: ratione radice, quod prima exsiccata rugas contrahat, non autem duæ posteriores.

IRIS ERGO HORTENSIS ALBA GERMANICA in hortis tantum colitur, & à secunda

solo floris colore variat, ob quam florum purpureorum & alborum varietatem, olim herbariorum vulgus, inter Iris & Ireos discrimen fecere, vt vulgatus versiculus ostendit: Iris purpureum florem gerit, Ireos album. Verisimile est, hunc errorem promanasse, ex deprauata Græca voce λειριον, qua Liliū quod candidos profert flores genti illi significatur, vnius literæ λ abiectione, & vltima in σ, conuersa, ita vt λειριον pro λειριον dixerint.

NOMEN. Iris albo flore Gesnero *l*: Iris alba, Tabernæmont. & Gerardo: Iris candida, Dodonæo, cuius figura sub Iride altera posita: Iris nostras vulgaris candidis floribus, Lobelio, Lugdunensi. Germanis, *Weytelwurk mit weissen blümen*. Belgis, *Ghemeyn wytt Lisch*. Anglis, *White, Flower de luce*. Gallis, *Flambe blanche*. Hanc multi reliquis præferunt, ejusque radicem odoratiorem affirmant.

V. IRIS ALBA FLORENTINA. Huius flos ex toto candidus Cæsalpino *m*, alijs emaculati candoris dicitur: attamen Costæus *n* vult, illi & aliorum colorum obscura quædam vestigia cœlestis arcus instar inesse, sic-

*k* hist. rariorum.

*l* lib. de hortis.

*m* lib. 10. cap. 36.

*n* in Mesum.



## V. IRIS ALBA FLORENTINA.



uti & in purpurea, vbi Soli obijciatur. A priori differt, quod radice est minore: differt à vulgari, quod hæc radice candida, elegantiori aspectu & odore suauiore, quæ insolatu siccata, flaccida, rugosa fuscaue non fit, vt vulgaris septentrionalium: quare hæc hodiè primas tenet. Plurimum in Mediterraneis, non procul à Florentinis montibus eruitur, (huius aliquando primo Verè, caulem plenum, circa Priuernum urbem, in itinere Neapolitano, Camerarius reperit,) multum temperie agri cœlique ad Illyricos tractus accedentibus. Imò, etiam ipsa Illyrica, præstantior habetur. Nam, licet Galenus o cum antiquis, Illyricæ palmam tribuat (& quidem non omni: sed que tantum in syluestribus nascitur,) cum tamen idem pronunciarit, quodlibet simplex medicamentum, in suo genere, quo sit fragrantius, eo esse præstantius: ideo recte quis Florentinam ipsi Illyricæ præferat. Fallopius p Iridem Italicam ex Hetruria optimam dicit, quæ easdem vires habeat, quas habebat Illyrica. Similis etiam ex Hispania, odorata valde, adfertur. Vehementiores hyemes apud nos ægre ferre potest, & inprimis, à niue liquefacta & rursus gelascente

A tutari eam, diligens hortulanus officij sui esse meminerit, Camerario q monente.

NOMEN. An hæc forte Iris Africana Dioscoridis? Iris satiuia floribus niuei candoris, Matthiolo, Gesnero r, cui & Iris Florentina, quæ fœmina dici possit: Iris Florentina Dodonæo s, Lonicero, Aduersar. Tabernæmont. Gerardo, Franco, & in Eystettensi horto: Iris maior alba, Illyrica vulgo, vel potius Florentina, Camerario: Iris flore ex toto candido, Cæsalpino: Iris latifolia maior alba, Clusio t. Germanis recte, Weiß Bezelwurk dicitur, cum & flore & radice alba sit.

VI. IRIS ILLYRICA, etiam aliquando candidum florem producit: sed à Florentina in eo differt, quod Illyrica nonnihil rufescat, (talem enim requirunt Dioscorides & Plinius: talis etiam in Illyrico ab Anguillara visa, qui tamen non extrinsecus, sed intrinsecus talem esse debere asserit,) minus nitida sit: & Florentina odore est suauiore: C alias exsiccata non corrugatur. In Eystettensi horto & Iris Illyrica & Iris Florentina pingitur, & inter vtramque hæc differentia proponitur, quod Florentinæ flos candidissimus sit: at Illyricæ diluto cœruleo colore ad cyaneum pallecente & odore remissiore. Hanc ad Drilonis & Naronæ fluminum ripas non in maritimis nasci, Nicander u cecinit: Ἰρις ἢ ἐν ἑβρευσὶ Δελφῶν ἢ Νάρονος ὄχθῃ Iriq; quam Drilonis & Naronis ripa alluit. Vbi scholiastes Illyricam Iri interpretatur, siquidem Ptolomæus, Drilonem & Naronem fluuios, in Dalmatia Illyrico vicina, scribat. Hæc est Iris Illyrica Cordo x. Aduersarijs, quam in officinis Ireos nomine ostendunt: hac enim Veneti vtuntur: & in nostris officinis, & hanc, & Florentinam reperias. Marcellus Empiricus, Iridem Illyricam & Macedonicam eandem fecit. Anguillara Iridem Illyricam à Nicandro laudatam, hodiè Macionaci ab ijs nominari scribit, nec figura ab Italica differre, nisi quod & vere & autumno floreat, & idem esse cum Hyacintho Latinorum, maxime Vergilij, Columellæ & Paladij: quod verbis Paladij y comprobare nititur, vt qui dicat: Hyacinthum, qui Iris vel Gladiolus dicitur, à similitudine foliorum. Et, quod Theophrastus & Athenæus z referant, florum in corollis vsum fuisse, etiamnum in Illyria, ijs in eam

o lib. 1. de Antidos.

p in lib. 1. Dioscor. cap. 6.

q lib. de hort.

r de hortis German.

s in edis. Gallica.

t hist. rarior.

u in

Theriacis.

x in Dioscorid.

y lib. 1. iii. 37.

z lib. 14.




rem vti. Huic similem Camerarius habuit, A quam domesticam flore cœruleo vocat, quæ ab Illyrica non differt, nisi quod Illyricæ radix sit odoratior, & bis in anno floreat.

DE IRIDE LATIFOLIA  
PEREGRINA.

CAPUT IV.

I. IRIS SVSIANA FLORE MAXIMO EX ALBO NIGRICANTE.



I. IRIS SVSIANA FLORE MAXIMO EX ALBO NIGRICANTE: hæc, vt Clusius monet, cui hanc & plerasque sequentes debemus, ob floris amplitudinem & elegantiam primum locum merito sibi vendicare videtur: radicem habet crassam, obliquam, summa tellure sese spargentem, reliquarum Iridum modo, sed globosam & veluti in bulbum extuberantem, qua folia exoriuntur, plurimum ad Galangæ maioris formam accedentem: folia sena aut octona habet, Iridis Lusitanicæ bifloræ folijs non absimilia, mutuo sese amplectentia: è quorum medio, caulis cubitalis aut amplior, rotundus, geniculatus, digitalis crassitudinis, exit, qui florem omnium Iridum maximum sustinet, novem folijs constantem, sed colore à reliquis Iridibus differentem: quorum tria ad terram inclinata, crassa sunt, interiore parte

omnino nigra, nisi quædam venæ ex purpura candicantes, intercurarent, ab infima basi, ad medium vsque, nigris villis latè obfita, macula nigra, ferici villosi nigri panni instar, medium folium occupante, & quæ foris multo dilutiora sunt: at, terna minora eis incumbentia, quæ ligulas tegunt, fornicata & bifida sunt, eiusdemque ferè coloris, paulo tamen dilutioris & ad obscuram purpuram accedentis: tria verò folia surrecta, palmaris amplitudinis sunt & tenuissima, lineis plurimis, ab infima basi ad folij extremum vsque, excurrentibus, partim nigricantibus, partim ex cinericeo candicantibus, vt pavonis Americani caudam expansam ferè imitentur, interne circa vnguem nonnihil hirsuta: flos inodorus est, sola coloris varietate commendabilis, cui capita trigona, crassa, vncias tres, quatuor & quinque interdum longa, sed raro admodum, succedunt: quæ semen numerosum, rugosum, fuscum, pisi ferè magnitudine continent. Rarius floret, vt plurimum vnicum florem Maio profert: semen Iulij initio maturum fit.

Locus. Constantinopoli primum Vienne anno MDLXXII. delata fuit. A Clarissimo Nicolao Contareno Senatore Veneto, bis accepi: verum cum hyemis iniurias difficilius ferat, frigore perijt.

NOMEN. Iris maior latifolia prima siue Susiana, Clusio nominatur, quia Alaia Susani & Alaga Susam nomine Constantinopoli missa est: & ex Susa, Susianæ provincie metropoli, primum in hortos Constantinopoli vicinos ultra Bosphorum sitos, illatam putat. Iridis Pharaonis, vel nigræ, etiam Creticæ nomine donatur. Huius florem luculentæ magnitudinis, maculis fortuitis transversis & obliquis, giluis, cinericeis & puniceis variatum Bruxellis Lobelius vidit, & nomine Iridis Chalcedonicæ variegatæ proposuit, vt & Tabernæmontanus: at in Lugdunensi historia Iridi luteæ variatæ iungitur: apud Gerardum vero, sub Iridis Camerarij titulo habetur.

II. IRIS ASIATICA CŒRULEA POLYANTHOS: huius radix crassa est, magna, nodosa, multis longis crassisque fibris donata, lateribus se propagans, & exiccata odora: folia habet sena, septena & octona, omnium Iridum amplissima & in latum expansa, eruginei coloris, mutuo se amplectentia: è quorum medio caulis sesquicubitalis, interdum



## II. IRIS ASIATICA COERULEA POLYANTHOS.



terdum bicubitalis, vel altior, firmus, crassus, læuis, geniculatus, multis alis concauus, exsurgit: flores copiosi, vaginulis inclusi, Maio mense, prodeunt, magni, nouem folijs donati, quorum terna inflexa dilute purpurascens & subcœrulei coloris sunt, multis venis purpurascens, ab infima parte & staminibus fimbria flaua in longitudinem & latera excurrentibus: folia bifida exalbescunt, illorum tamen gibba parte dilute purpurascens: tria folia quæ attolluntur, angustiora sunt, & ima parte venis quibusdam purpureis breuibus distincta, vbi vero se in latum expandunt, colorem subcœruleum habent, sed dilutiorem quam inflexa: florum Sambuci odorem sed grauiorem æmulantur: his siliquæ rariores, crassæ, magnæ, triangulæ & obtuso mucrone præditæ succedunt, in quibus semen flaccescens, angulosum, crassum & durum continetur.

Locvs. Constantinopoli Ill. David Vngnad hanc & sequentem Clusio misit.

NOMEN. Iris Asiatica cœrulea, Clusio *a*: siue latifolia maior secunda, Eidem *b*: Iris Dalmatica maior, Lobelio *c* Lugdun. Tabernæmont. Gerardo quoad iconem.

III. IRIS ASIATICA PURPUREA: radice est tuberosa, secundæ simili: folijs secundæ breuioribus & angustioribus: inter quæ caulis cubitalis, rotundus, digitalis crassitudinis; in aliquot ramos diuisus, flores e membranaceis thecis, Maio mense producunt, qui superioribus minores, nonnihil odorati, quorum folia ad terram inflexa saturatoris purpuræ sunt, & circa vnguam qua hirsuta & pallescens fimbria excurrit, varijs venis distincta: his tria alia folia latiuscula & bifida incumbunt, quæ ligulas candicantes tegunt: dein, tria alia folia, è lateribus, eleganti purpureo colore prædita, surgunt: his siliquæ triangulares, obtuso mucrone succedunt, quibus semen inæquale includitur.

NOMEN. Iris Asiatica purpurea, vel Iris tertia Clusio *d*: Iris latifolia maior quinta, siue Asiatica purpurea, Eidem *e*. Huc referri potest, Iris latifolia Violacea maior, & Iris latifolia maior variegata, ex Eystetteni Chorto.

IV. IRIS PEREGRINA SVBRVBENS INODORA: hæc cum tertia radice amplitudine conuenit, folia similia habet, flores similes: sed caulem paulo maiorem & flores aliquantum maiores, inodoros, quorum folia terna surrecta, rubedinis aliquid habent. Hanc Io. Boissot anno CIO IO XXCIII. ad Clusium Viennam misit: quam Iridem maiorem latifoliam sextam nominat.

V. IRIS PEREGRINA ODORE OXYACANTHÆ: illi ferè par, nam radicem, caulem, folia, omnino similia habet, florem etiam parem, tribus folijs surrectis exceptis, quæ ad cœruleum magis tendunt & inferiorum fimbria magis flaccescente, odore vulgaris oxyacanthæ: & hæc Iris maior latifolia xxiv. est apud Clusium.

VI. IRIS DALMATICA MAIOR: hæc secundæ non valde absimilis est, aspectu, inquit Lobelius, hilaris, foliorum exortus peruenustus, lateratim traiectus, & radiatim alas pauonis explicatas imitatus: caule est magno, multis alis concauo, in cuius fastigio & ramis flores elegantes magis conferatim insident, qui satis magni, suis folijs violaceis iucundissimo spectaculo nitentes, alternatim etiam repandi: semen in breuiore siliqua, minus, pallidum, angulosum & rugosum.



## VI. IRIS DALMATICA

MAIOR.



Locvs. Hanc Pancius, Ferrariensis Medicus, Clusio in Belgium misit, cuius munere vireta Belgica in delicijs habent.

NOMEN. Iris Dalmatica maior, Clusio f: Iris maior latifolia tertia siue Dalmatica maior, Eidem g. Sic Lobelio, Lugdun. Tabernæmontano & Gerardo Dalmatica maior, quoad descriptionem: Iris Chalcedonica altera Tabernemont. secundum iconem: D Iris Lusitanica verna Lobelij, ab hac differre non videtur. Camerario quoque Dalmatica dicitur: qui, an ad Illyricam nomine loci referri possit, subdubitat.

VII. IRIS BYZANTINA PURPUROCERULEA: hæc, Iridi tertiæ radice & folijs non dissimilis, sed caule aliquantulum breuiore, in ramos aliquot diuisa, qui flores è vaginulis emergentes, paulo minores habet, quorum color inter secundi & tertij generis flores medius est. Hæc Clusij Iris maior Latifolia XIX. est.

IX. IRIS DAMASCENA POLYANTHOS: hæc radice & folijs Dalmaticæ similis, caulem habet cubitalem, aut paulo maiorem, flores multos, vt in Asiatica cœrulea, totidem folijs, eiusdemque penè coloris & odoris, terna tamen inflexa paulo dilutius pur-

A purascunt, & ad cœruleam tendunt, magisque complicantur: at terna bifida & gibba, villosæ fimbriæ incumbentia, angustiora & cinerei quodammodo coloris, terna vero surrecta dilucidioris cœrulei coloris sunt, & interdum venis latis candicantibus, externa parte, conspersa: aliquando vnum ex folijs surrectis, subtus perinde atque inflexa albescit, aliquantulum inflectitur, similis coloris est, & fimbriam illam multis villis constantem habet, Clusio monente.

B Locvs. Hanc Nob. Ioannes ab Hoghelande anno •C I O I O X C. cui semine nata, ad Clusium misit.

NOMEN. Iris maior latifolia quarta siue Damascena, Clusio h.

## DE IRIDE LATIFOLIA GERMANICA ET PANNONICA.

## CAPVT V.

C I. IRIS LATIFOLIA GERMANICA ODORE SVAVI: folia longa lataque, Dalmaticæ maiori pene paria habet, caulem non minus grandem, nec rariores minoræque flores, satis suavis odoris proferentem, nouem folijs vti reliqui constantes, quorum terna inflexa & terram spectantia, purpurei siue violacei, dilutioris tamen coloris sunt, nullis venis, nisi circa infimam partem, distincta: fimbria medium folij neruum occupante, albis staminibus flauo apice præditis, donata: tria folia surrecta, eiusdem fere, sed magis diluti coloris, vt & terna bifida ligulam tegentia & fimbriæ incumbentia.

Locvs. In hortis Francofurtensibus, hanc & sequentem, Clusius obseruauit, cui Illyricæ nomen dederat, & Iridem maiorem latifoliam septimam, in sua historia, nominauit.

II. IRIS LATIFOLIA GERMANICA ODORE SAMBUCCI: hæc illa vulgarior est, folia similia habet, at circa radicem purpurascens, caulem cubitalem aut ampliorem, multos flores è vaginulis, purpurascens radijs insignitis proferentem, florum Sambuci odore, nouem folijs constantes, quorum terna incurua multis crassis venis purpureis notata sunt, fimbria ad labrum inflexum protensa, staminulis capillaribus flauo apice præditis donata: at, terna erectiora, bi-

f hist. Hispan.

g hist. rarior.

h hist. rarior.



fida plerunque & coloris obsoleti sunt, in A quo purpureum quidpiam magis vel minus saturum elucet, folia alata, angusta fimbria incumbentia, cum surrectis eiusdem coloris sunt, excepto neruo per medium excurrente, qui ex cœruleo purpurascit: breuiter Iridi obsoletæ Belgicæ valdè similis. Hæc Iris est maior latifolia octaua, Clusio.

III. IRIS LATIFOLIA GERMANICA OCHROLEVCOS VENIS FLAVESCENTIBVS ET PURPURASCENTIBVS DISTINCTA: folia multa, B cæterarum Iridum instar, se inuicem amplectentia, vnciam lata habet: inter quæ, caulis pedalis, teres, geniculatus existit, summo fastigio, binas vaginas membranaceas, ex viridi pallescentes, sustinens: è quibus flos inodorus, reliquis Iridum generibus forma similis, Maio emergit: qui ex albo pallescit, siue *ωρρόλδου* est, cuius folia terna repanda, venis flavescentibus ab imo ad extimas oras distincta sunt, fimbria albicante: sed quatenus à bifidis folijs (quæ colore C simili prædita sunt, dorsi tamen gibbo nonnihil purpurascente,) integitur, flavescente: at folia surrecta, ab imo gracilia, interna parte, multis venis obsolete purpurascensibus, in latera sparsis, distincta sunt, vbi verò sese in latum expandunt *ωρρόλδου* coloris sunt. Hanc Clusius, in horto Mylen pharmacopœi Francofurti, aliamque huic similem, nec vlla ferè in re differentem, quam quod flores paulò candidiores videbantur, obseruauit, & sub Iride maiore latifolia, vi- D gesima octaua, descripsit.

IV. IRIS LATIFOLIA GERMANICA CANDIDOPVRPUREA: inter folia satis ampla, caulis viridis, pedalis, teres, geniculatus affurgit, thecas virides membranaceas, per oras leuiter purpurascetes sustinens: è quibus flores tenuiter odorati, bini aut terni, satis magni, Maio mense emergunt, nouem folijs constantes, quorum terna terram spectantia, ab imo angustiora, interius candidantia, venis saturæ purpuræ eleganter distincta sunt, latiore verò parte omnino pur- E purea: fimbriæ villosa interna parte flavescit, superna purpurascit: bifida foliola, sub quibus latet, floridi purpurei coloris sunt, vt terna folia surrecta. Hæc Clusio ex semine nata est, quam Iridem Latifoliam maiorem vigesimam primam facit.

V. IRIS LATIFOLIA ODORE OXYACANTHÆ: folia habet ampla longaque, admodum viridia, rugosa, aliquantulum crispata, mucrone nutante, è quorum medio caulis cubitalis aut maior, læuis, rotundus, viridis, in aliquot ramulos diuisus, emergit: qui, è virentibus vaginulis, flores satis amplos, nonnihil odoratos, & ad vulgaris oxyacanthæ floris odorem accedentes, promunt: quorum tria folia reflexa, pallida, multis venis crassis purpureis, à folij infima sede, & à fimbria, ad extremas oras sparsis, prædita sunt, labris etiam saturæ purpuræ nitentibus: tria verò folia, ligulis incumbentia, coloris pallidi, tanquam fuligine perfusi, vt etiam tria erecta, sed magis luridi: at floris color aliquando saturatior, interdum dilutior. Hanc, à Camerario, Clusius habuit, Iridem exoticam Camerarij nominauit a, & Iridem maiorem Latifoliam decimam quartam b fecit.

VI. IRIS LATIFOLIA PANNONICA COLORE MULTIPlici.



VI. IRIS LATIFOLIA PANNONICA COLORE MULTIPlici: radicem habet, Iridis vulgaris instar, nodosam, foris flavescentem, multis fibris vtrinque firmatam, quæ

a *hist. pannonica.*

b *hist. rariorum.*



exsiccata, instar Illyricæ officinarumodo-  
ratissima est: folia rugosa sunt; minus ta-  
men quam præcedentis lata, longa & viri-  
dia, ac ad radicem interdum purpurascen-  
tia: è quorum medio, caulis cubitalis; læ-  
uis, viridis, aliquot ramulis donatus, exsur-  
git: quibus flores, è viridibus vaginulis e-  
mergentes, insident, magni, ijque vel ino-  
dori, vel florum oxyacanthæ instar odora-  
ti, coloris varietate spectabiles: tria etenim  
folia, quæ sursum spectant, plerumque re-  
cta sunt, nonnihil tamen conuexa, angu-  
stiora, lutei coloris, quemadmodum & il-  
la, quæ ligulas fimbriamque contegunt:  
tria verò inflexa, circa exortum pallent, re-  
liqua parte candicant, multis tamen radijs  
purpureis, per folij longitudinem, ad pal-  
lidas extremitates, eleganti spectaculo de-  
currentibus: villosa fimbria, qua parte in-  
tegitur, lutea est, extrema verò exalbida &  
ligulæ pallentes: his succedunt magna ca-  
pita triangula, obtuso mucrone aliquantu-  
lum donata, semen fuscum, rugosum, oro-  
bi magnitudine, continentia.

Locvs. In Vngariâ transdanubina, in  
montanis supra arcem Diui Georgij, turbi-  
do solo, & ad oppidum Stumphen in col-  
libus non procul ab Entzestorf Clusius,  
Maio florentem, obseruauit, cuius semen  
sub Iunij finem maturum.

NOMEN. Iris quarta & Iris varia cauli-  
fera Clusio *a* & *b* Iris maior latifolia de-  
cima quinta: Iris pannonica quarta Clu-  
sij, Tabernæmontano: apud Gerardum *D*  
figura, sub Iride lutea variegata, posi-  
ta est.

VII. IRIS LATIFOLIA ALBA VIRIDIS:  
illi valde similis & hæc, cui tamen folia  
breuiora, magna ex parte albo & viridi di-  
stincta, linea alba per longitudinem excur-  
rente, nonnunquam dimidium folium, in-  
terdum ferè totum, aliquando eius dunta-  
xat partem occupante: vaginæ flores in-  
cludentes, interdum iisdem coloribus di-  
stinctæ, & folia terna ad terram inflexa fe-  
rè superiori similia: fimbria, stamina, vti  
& bifida folia illam tegentia, tota flaua, cu-  
ius coloris etiam sunt, terna illa, sese attol-  
lencia, infima autem, & angustiore parte,  
purpureis velut maculis, internè aspersa  
sunt: hæc Iris maior est Latifolia, decima  
sexta, Clusio.

VIII. IRIS LATIFOLIA CAULE APHYL-

ALO: radice est crassa, geniculata, intus can-  
dida, cortice furui coloris tecta, odore ferè  
Valerianæ domesticæ: folijs latis, rugosis,  
pedalis ferè longitudinis, circa radicem  
nonnihil purpurascens: caule pedali,  
non è foliorum medio, sed seorsim, sine fo-  
lijs, floribus tribus aut quatuor, è purpura-  
scentibus vaginulis, sub Aprilis finem exe-  
untibus, magnis, purpura saturatiore niten-  
tibus, inodoris, quorum tria folia reclina-  
ta ab ipso exortu, vsque ad fimbriæ, quæ  
tota candida est, extremum, albis radijs no-  
tantur: his siliquæ triangulares, magnæ, ob-  
tuso mucrone succedunt, quæ magnum se-  
men, aliarum Iridum modo, continent.  
Huic peculiare, quod omnia folia per hye-  
mem flaccescant & exsiccentur, & ineunte  
vere noua germina proferat. Hanc vt & se-  
quentem Viennæ in horto Doct. Aicholtzj  
Clusius obseruauit, & Iridem septimam vel  
cauliferam, purpuream *c* nominavit, &  
sub Iride maiore latifolia vigesima quinta *d*  
recensuit. Huic alia, per omnia similis, ni-  
si quod folia circa radicem saturatius pur-  
purascunt, quam idem Augusto mense flo-  
rentem anno CI<sup>o</sup> I<sup>o</sup> XXXI. Antuerpiæ in  
horto Archigrammatei vidit, & sub Iride  
maiore latifolia vigesima sexta enumerat.

IX. IRIS LATIFOLIA CANDIDA VENIS  
PURPUREIS DISTINCTA: radice & folijs  
priori similis, vt & caule, qui pedalis & te-  
nuis, ex radice ad foliorum latus prodit, in  
quo è vaginulis ex pallido virescentibus,  
flores singulares aut gemini prodeunt, for-  
ma quidem priori similes, sed colore va-  
riantes: nam terna folia ad terram inclina-  
ta candicant, venis purpuræ exoletæ, ab  
eorum basi vsque ad extremam fimbriam  
subcœruleam, per latera excurrentibus:  
tria autem, ligulam tegentia, alba sunt, ea-  
rum gibbo subcœruleo: terna surrecta e-  
tiam candida, & à basi multis venis purpu-  
reis distincta, flori, caput triangulum, cras-  
sifusculum, binas ferè vncias longum, suc-  
cedit, quod Iulio per maturitatem dehif-  
cens, semen subfuscum, rugosum, erui ma-  
gnitudine ostendit. Hæc inter Irides ma-  
iores latifolias, in ordine vigesima se-  
ptima, apud Clusium existit, Iris

Portugallica, Ey-  
stettensi.

\* \* \* \* \*

*c* hist. pannonica.

*d* hist. variorum.




## DE IRIDE LATIFOLIA

BELGICA.

## CAPVT VI.

## I. IRIS LATIFOLIA BELGICA

ODORE SAMBVCI.



I. IRIS LATIFOLIA BELGICA ODORE SAMBVCI: folia habet Iridi latifoliae Germanicae secundae similia, & ad radicem purpurascuntia, sed breviora: caulem cubitalem in alas divisum, in quibus multi flores Sambuci odore nouem folijs donati, quorum terna deorsum reflexa per oras subcaerulea, circa vngues ex flavo candicantia, & multis venis crassiuseculis saturae purpurae in longitudinem excurrentibus, praedita: staminum fimbria superiori similis est: terna folia erecta ex caeruleo candicant, oris quodammodo flavescētibus, at vngues venis tenuioribus distinguuntur, folia bifida & alata fimbriam tegentia ex flavo candicant.

LOCVS. Hæc cum sequentibus à Ioan. Boissoto, Bruxellis anno c1719c. ad Clusium missa, quam Iridem maiorem latifoliam nonam facit. Huius figuram, Iridis Lusitanicae vernae nomine Lobelius proposuit.

II. IRIS LATIFOLIA BELGICA VERSI-

A COLOR ODORE SAMBVCI: hæc priore paulo humilior est, nec folia circa radicem purpurascunt: caulis gracilior in alas finditur, flores superiori forma & odore quidem similes, diuersi tamen coloris: nam terna folia inflexa, licet illius folijs non sint disparia, oras ad flavum obsoletum accedentes, venasque paulo dilutiores habent: terna sursum erecta coloris obsoleti sunt, ex flavescente & purpurascente mixti, quæ circa vngues magis flavescunt, & venis tenuioribus purpureis notantur, cuius folia angusta & alata simili colore prædita sunt, præter neruum medium, qui magis purpurascit.

NOMEN. Hanc pro Iride latifolia maiore decima Clusius, (& Eystettensis,) recensuit, & Iridis vulgaris candidis floribus figuram, à Lobelio propositam, adposuit.

III. IRIS LATIFOLIA BELGICA ODORE SAMBVCI ALTERA: huic folia, priori paria, inter quæ caulis ferè cubitalis & superiori æqualis assurgit: flores ternos aut quaternos è vaginis viridibus, oras purpurascens habentibus, serius proferens, quorum tria folia inflexa pallida, venis purpureis crassis distincta, fimbriam tamen villis constantem longius protensam habent, quàm vt à bifidis & gibbosis folijs tota tegi possit, quorum color obscurior & saturatior, quemadmodum & sese attollentium, quibus nonnunquam maculae luridæ inspersæ sunt.

NOMEN. Hæc est Iris latifolia maior undecima Clusio.

IV. IRIS LATIFOLIA BELGICA VARIEGATA: illi colore satis respondet, quæ id peculiare habet, quod folia inflexa duobus diuersis coloribus secundum longitudinem discreta sunt, altera videlicet parte, reliquorum foliorum colori respondente, altera diuerso: sic nonnulla vnicum duntaxat variegatum habent, quædam versicolorem tantum neruum medium folium secantem, eumque vel ampliorem & latiorrem vel angustiorrem: mirum enim dictu quomodo natura in his floribus ludat.

NOMEN. Hæc est Iris maior latifolia duodecima Clusio.

V. IRIS LATIFOLIA BELGICA VERSICOLOR COERVLEA: aliud genus instar prædicti varietate colorum conspicuum, non tamen adeò elegans, sed coloris ex cinereo pallescentis.

NOMEN.



NOMEN. Hanc Iridem maiorem latifolia-  
m decimam tertiam Clusius facit.

VI. IRIS LATIFOLIA BELGICA EX AL-  
BO PALLESCENS STRIATA : caule est peda-  
li, rotundo, geniculato, ex vaginis mem-  
branaceis, flores binos aut ternos promens,  
quorum terna terram spectantia, coloris  
sunt ex albo pallescentis, multis venis pur-  
pureis ab infima foliorum basi, quæ angu-  
stior est, in latera, tum à fimbria, quæ fla-  
ua est, ad foliorum extimas oras percur-  
rentibus, quibus maculæ purpureæ binæ, B  
interdum singulares, aspersæ sunt : folia  
bifida fimbriam tegentia ἀρρολιον coloris  
sunt, cuius etiam terna surrecta, ( angusta,  
eorum basi excepta, quæ flavescentis est )  
multis venis purpureis in latera excurren-  
tibus, ornata est.

NOMEN. Iris maior latifolia decimase-  
ptima Clusio.

VII. IRIS LATIFOLIA BELGICA HUMILIOR PURPUREA : huic radix nodosa, non magna : folia paulo angustiora : caulis gra-  
cilis, sesquipedem, interdum etiam cubi- C  
tum, altus, in ramulos diuisus, quibus flo-  
res omnibus prædictis minores insident,  
tribus folijs ad terram inclinatis, dilute pur-  
pureis, tribus verò erectis obsolete purpu-  
rei coloris, qualis in vulgari quadam con-  
spicitur.

NOMEN. Iris maior latifolia decima no-  
na Clusio.

VIII. IRIS LATIFOLIA BELGICA HUMILIOR VERSICOLOR : hæc à præcedenti, nec D  
radice nec caulis gracilitate, in ramos etiam  
diuiso, nec foliorum angustia differt : flo-  
res quoque magnitudine pares, sed diuersi  
coloris, Sambuci odore, paulo grauiore,  
habet : nam terna ad terram inflexa, colo-  
ris diluti, & quidem obsolete purpurei sunt,  
multis venis saturatoris purpuræ à fim-  
bria, ( quæ flauis staminibus constant, )  
ad oras se spargentibus, bifida folia illam  
tegentia obsolete flavescent : terna surre-  
cta, inferne angusta, flaua etiam, sed pur- E  
pureis venis distincta, lotiore autem parte  
coloris pallescentis, purpura tamen leuissi-  
ma suffusa.

NOMEN. Iris est maior latifolia vige-  
sima Clusio.

\* \* \* \* \*  
\* \* \* \* \*  
\* \* \* \* \*

DE IRIDE BIFLORA.

CAPVT VII.

I. IRIS BIFLORA ODORE  
LILII CONVALLIVM.



I. IRIS BIFLORA ODORE LILII CONVALLIVM : huic radix est nodosa, genicula-  
ta, incurua, pollicaris crassitudinis, solida,  
densa, frangenti contumax, intus candida,  
ingrati saporis initio, mox feruidissimi gu-  
stus, multis fibris terræ adhærens, quæ sese  
pluribus propaginibus è lateribus nascenti-  
bus propagat : folia illi sunt Iride vulgari  
breuiora & angustiora, alioqui non valde  
dissimilia, Dalmaticæ magis sparsa : caulis  
pedalis, aliquando & cubitalis, nonnun-  
quam sesquicubitalis, frigidior & humi-  
diore regione, in cuius summo, plerunque  
flos vnicus aut alter, rarissime tertius, è va-  
ginulis purpurascens, singulari quis-  
que vaginulæ inclusus, iucundissimi odo-  
ris, Liliū conuallium æmulantis, promi-  
net, vulgari Iridis flore aliquantulum mi-  
nor, folijs nouem violacei seu saturate pur-  
purei coloris constans, qui in tribus refle-  
xis folijs intensius nitet : at fimbria villosa,  
quæ in vulgari lutea, in hac omnino can-  
dida est. Nonnunquam, monente Clusio,

flos



flos duodenis folijs cōstat, quaternis deorsum spectantibus, totidem minoribus ligulas bifidas, fimbriam & stamina contegen-  
tibus, & quaternis etiam sursum erectis & se inuicem amplectentibus: huic siliqua, satis crassa, triangularis, in qua semen angulosum & rugosum, quod raro perficitur, succedit.

Locvs. Multis Lusitaniæ locis, supra Tagum nascitur, vel pingui solo & in aruis, vt circa Conimbricam, vbi Nouembri mense florentem Clusius eruit: vel salubrosiss & lapidosiss locis, vt circa Caxcay, portum maris, vnde idem in Belgium misit, cui inquilina facta est, ac ibi & vere & autumno floruit.

NOMEN. Iris biflora Clusio *a* & Lugdun. Iris biflora Lusitanica, Lobelio, Dodonæo. Iris Lusitanica, Camerario. Iris maior latifolia vigesima secunda Clusio *b*. Hæc, vtrum ab Aetio sub Astragalitide fuerit explicata, Lobelius dubitat. Aetius enim in emplastro venatorum Irim Astragalitim habet: cuius, sub eodem nomine, Galenus *c* meminit in remedijs, quæ ad conualescentes præter ætatem faciunt: Astragalitim vero nominat, a radice Astragalo olsi simili. Hanc Aetij, videtur Plinius *d* Rraphanitim nuncupasse.


II. IRIDI BIFLORÆ AFFINIS MAIOR: hæc, vt Clusius autor, a Lusitanica biflora, non multum differre videtur: etenim radix nodosa & geniculata, multis fibris, quemadmodum aliarum Iridum radices, firmatur: odoris, dum virens est, ingrati: at dum siccata est, satis grati: initio insipidi gustus, postea tamen feruidi, faucesque vrentis: folia ex singulis radicis capitibus, quina vel sena, illius folijs similima promit: inter quæ caulis pedalis, raro amplior, exsurgit, qui in summo ex vaginulis purpurascentibus, florem Lusitanicæ forma & colore, persimilem, paulo tamen maiorem & teneriorem, nec adeo suavis odoris, Majo mense, sustinet.

Locvs. Venetijs primum Viennam pro Illyrica perlata, & Doct. Aicholtzio, qui eam in horto coluit, communicata.

NOMEN, Iris Illyrica Clusio *e*, qui eam *f* sub Iride maiore latifolia vigesima tertia recenset. An huic similis Byzantina Camerarij, quam ab Aicholtzio accepit,

A & quam hyeme in sicilibus asservandam scribit.

### III. IRIDI BIFLORÆ AFFINIS MINOR.



III. IRIDI BIFLORÆ AFFINIS MINOR: hæc Iridi bifloræ facie omniq; sui parte persimilis, sed tota minor, folijs paulo angustioribus, floribus aliquanto dilutioris purpuræ, ternis aut quaternis in singulis caulibus, oblongiore pediculo inhaerentibus: semen in breui triangula siliqua angulosum, pallidum & rugosum.

NOMEN. Hæc Belgio inquilina facta munere Pancij, qui nomine Dalmaticæ minoris insignitam misit: quare Iris Dalmaticæ minor, Clusio *g* Lobelio & Lugdunensi dicitur: huius figura sub Iride latifolia maiore decima octaua apud Clusium *h* posita est, eamque cum Byzantina, quam decimam octauam facit, plurimum convenire scribit.

DE IRIDE LVTEA.

### DE IRIDE LVTEA.

#### CAPVT VIII.

I. IRIS LATIFOLIA LVTEA SATIVA: Matthiolus in Iridis historia inter cætera

*a* hist. Hispan. *b* hist. rarior. *c* i. de compos. medicamentor secundum loca. *d* lib. 21. cap. 7. *e* hist. Pannonica. *f* hist. rariorum. *g* hist. Pannonica. *h* hist. rariorum.



hæc habet: est præterea in fatiuarum genere, quæ flores aureos profert, quam Bohemi passim in hortis colunt: nec putes Pseudoacorum esse vulgaris usus: est enim hæc Iridis propria species, vt florum figura & ipsæ radices attestantur: & hanc Iridem fatiuam floribus aureis nominat.

II. IRIS LUTEA VARIEGATA LOBELII: hæc rara est Iridis species, cuius flores sunt lutei Chamæiridis Monspeliacæ tribus folijs repandis, peregrina elegantia striatis, obscure violaceis, quæ in Belgij hortis, munere Doctissimi Clusij prouenit: hæc Lobelius *a* & ex eo Lugdunensis historia.

III. IRIS LUTEA VARIEGATA CAMERARIJ: Duplicem Camerarius *b* proposuit: quarum altera folijs Acori vulgaris, id est, Iridis aquaticæ flauæ, sed latioribus, & rarissimè vt aliarum erectis, sed plerunque mucrone languido & incuruo: flore variegato, è luteo & purpureo obsoleto, quem in locis natalibus non promit: in hortum verò translata, contra aliarum syluestrium plantarum naturam, altero anno floret, & quotannis postea, ac longè lateque serpit: idque verum esse, experientia ipsum docuit, cum eius generis plantas ex monte quodam Franconiæ, propè arcem Comitum de Castello, secum in hortum deportasset. Altera syluestris, folijs est erectis, vt reliquarum vulgatiorem, à quibus floris tantum colore discrepat, qui in hac è luteo & purpureo est variegatus. Huc referenda Iris Pannonica variegata, cuius *D* flos ex purpura flavescit, & lineis purpurascensibus distinguitur: in horto Eystetensi pingitur.

IV. IRIS LUTEA MEDIA LONGISSIMIS FOLIIS: radicem digitalis crassitudinis, nigricantem & nodosam, instar radicis angustifoliarum, habet, habet: folia bicubitalia, vnciam lata, viridia, non tamen splendentia: inter quæ caulis pedum quinque exurgit, rotundus, firmus, nodosus, aliquot folijs breuioribus donatus: in cuius summo, *E* è vaginis, flores bini & terni, prodeunt, nouem folijs in ambitu sinuosis constantes, Iridis bulbosæ, flauo flore, floribus & forma non dissimiles, aurei coloris, quorum tria maiora terram versus valdè reflexa, & tria alia minora alata ligulam flauam turgentia: tria reliqua, è lateribus maiorum prodeuntia, instar illorum, quæ in Iridibus

A bulbosis conspiciuntur, affurgunt, bifidumque mucronem habent: his capita trigona, in singulis lateribus gemina costa, secundum longitudinem, eminentia, seminibus, vt in Iride angustifolia maiore plena, succedunt.

Locvs. Tripoli allata, quam anno *CIO IO IIIIC.* à Theodoro Coornhart Amstelredamensi ciue Clusius accepit, & Iridem Tripolitanam *c* appellauit, ac inter Irides latifolias & angustifolias mediam *B* facit.

~~~~~

## DE IRIDE ANGVSTI

FOLIA.

### CAPVT IX.

**C**VM Iridis latifoliæ maioris differentias expediuerimus, nunc angustifolias persequemur, quarum prima sit

IRIS PRATENSIS ANGVSTIFOLIA FOLIO FOETENTE: hæc radice est obliqua, longa, nodosa, vulgari graciliore, in superficie nigricante, intus candicante aut pallecente, à qua fibræ plures & longè deorsum mittuntur: ab hac folia multa, oblonga, rigida, angusta, & nigricantia, quæ contracta, odorem ingratum, propemodum vt Spatulæ foetidæ folia, minus tamen graueolentem, spirant: inter quæ caules teretes, oblongi & cubitales, interdum etiam longiores exsurgunt, ex vaginulis lateralibus quaternos aut quinos flores, Maio Mense, prominentes, colore cœruleo saturatiore præditos: quibus capita oblonga, subrufa, firma, trigona, angulis eminentibus & quodammodo geminis, succedunt, quæ semen duplici serie digestum, aliquantulum compressum & angulosum, sub rubescente membrana tectum & durissimum, Augusto maturum, continent. Varietas obseruatur, vt rectè Clusius monet: nam huius generis inuenitur, iam descriptæ per omnia similis, præterquam quod ex eius folijs contractis nullus grauis odor percipitur.

Locvs. Spontè nascitur, in prato flumini Rheno vicino, via quæ Moguntia Oppenheimium ducit, Trago & Clusio montibus: verum, in Austriæ locis herbosis, iuxta vias & prætorum margines, & pratis quibusdam Vngariæ Clusius obseruauit. In Belgio hortensis est.

*a* in Observationib.

*b* lib. hort.

*c* hist. rarior.



NOMEN. Iris angustifolia media Clu-  
sio *a* & *b* Iris angustifolia maior siue pri-  
ma: Iris folijs angustis prima Clusij, Ey-  
stettensi.

II. IRIS PRATENSIS AN-  
GVSTIFOLIA NON FOETIDA  
ALTIOR.



II. IRIS PRATENSIS ANGVSTIFOLIA  
NON FOETIDA ALTIOR: radicem habet ni-  
gram, tenuem, fibris plurimis, duris & te-  
nuibus præditam: folia plurima, è denso  
radicum cespite assurgentia, cubitalia, non-  
nunquam altiora, erecta tamen, admodum  
angusta, vix semuncialia, atrovirentia, non  
tamen splendentia, mucronata, infernè pur-  
purascens, nec odore ingrata. Caules ses-  
quicubitales & bicubitales, aut ampliores,  
virides, recti, teretes, geniculati, firmi, li-  
cet intus cavi sint, superne in binos aut ter-  
nos ramulos diuisi, quibus flores bini, ter-  
ni, aliquando quaterni, Maio mense, insi-  
dent, qui ex vaginulis prodeunt, longis  
pediculis insident, odorati, tribus folijs re-  
flexis, parte sessili, & quatenus exalbidas li-  
gulas bifido folio occultant, colore furto  
sunt, parte reliqua, (quæ in nonnullis bre-  
uior & latior, in alijs oblongior & angu-  
stior,) nunc candicante, nunc purpureo  
seu violaceo colore, venis varijs, intensio-

re purpura nitentibus, per folium sparsis, &  
finabria siue supercilio carentibus: tria ere-  
cta angustiora sunt, quæ cum bifidis illis,  
exalbidas ligulas tegentibus, violacea seu  
saturnatæ purpuræ sunt: his siliquæ trian-  
gulæ, breuioribus quam in præcedente, ne-  
que geminâ costa eminente præditæ, per  
maturitatem nigricantes, quæ semen inæ-  
quale, nonnihil compressum, angulosum  
& durum, Augusto maturum, continent.

LOCVS. In pratis palustribus Michel-  
feldæ, medio à Basilea milliari, ut non lon-  
gè Argentina ad pagum Eschauw, in pra-  
tis Rheno vicinis, prouenit: sic Clusius, in  
pratis quibusdam, Viennensi agro vicinis,  
veluti supra Himbergam, Eberstorf ad pa-  
ludes & alijs Austriae pratensibus locis:  
item pratis vliginosis inter Muram & Dra-  
uam Vngariæ flumina: item in comitatu  
Saladiensi, inter Lidwa fluvium & Muram  
obseruauit, quam etiam à Camerario sic-  
tam è montibus erutam accepit. Sic Tha-  
lius, locis montanis & humectioribus, auff-  
der Langen prouenire scribit.

NOMEN. Dicitur Iris angustifolia media,  
siue Iris angustifolia Pannonica, vario flo-  
re, & Iridis vndecimæ species prior, Clu-  
sio *c*: Iris angustifolia altera Eadem *d*: Iris  
sylvestris Byzantina peramœna Lobelio *e*  
& Gerardo: Iris sylvestris angustifolia Fran-  
co. Iris sylvestris angustifolia maior Ta-  
bernæmontano: Iris vndecima Clusij, Ca-  
merario: Iris tenuifolia, Thelio: Iris pra-  
tensis maior, Eystettensi. Germanis, *Groß*  
*Schmalblättrigkeit Schweretel*. Belgis, *Schoon*  
*wildt Lischken*. Anglis, *Wilde Flower de*  
*luce*. Clusius *f* monet, falli eos, qui eam  
Constantinopoli allatam putant, aut Illy-  
ricæ maioris, aut sylvestris Constantino-  
politanae cognomen, illi in Belgia dede-  
runt, cum non inde aduectam, sed in vligi-  
nosis pratis vrbi Viennensi vicinis erutam,  
& ipsius semina, amicis primum in Belgiam  
miserit.

III. IRIS PRATENSIS ANGVSTIFOLIA  
HVMILIOR: hæc radicibus cum priore con-  
uenit, sed caule est humiliore, vix cubitali,  
folijs breuioribus vix dodrantalibus, ali-  
quando pedalibus, angustissimis: flores bini  
terniue alternatim siti, purpurei sunt, lanu-  
gine flaua cruce simili carent, cuius loco  
iuxta folia tria inferiora & reflexa, totidem

*a* hist. Hispan.

*b* hist. varior.

*c* hist. Pannon.

*d* hist. varior.

*e* hist. Belg. & icon.

*f* hist. Pannon.



III. IRIS PRATENSIS AN-  
GVSTIFOLIA HVMIOR.



stamina, quæ liuentis in purpura coloris existunt. Variat tamen floris color, qui est cœruleus saturatus, subinde violaceus purpureus: foliola singula angustiora sunt, & ferè erecta consistunt, reflexa fimbriam non habent, sed solam lineam luteam, quæ tamen, parte calyci proxima, nonnihil hirsuta est.

Locvs. In apricis planisque pratis, fruti-  
cosis ac humentibus campis nascitur, Cor-  
do scribente, & non procul Tiguro, Gesne-  
ro monente.

NOMEN. Xiphion seu Gladiolus cœru-  
leus minor, Trago: Iris tenuifolia, Cor-  
do g Gesnero h: Iris minor seu tenuifolia,  
Dodonæo: pseudoacorus cœruleus Tra-  
gi, Lugdunensi, reprehendenti Tragum  
quod Gladiolum vocarit: Iridis vndecimæ  
altera species, Clusio i, & k Iridis angusti-  
foliæ secundæ species altera, sed nudam fi-  
guram sine descriptione proposuit: Xiris  
minor Camerario. Germanis, Klein blau  
Schwertel / Klein blau schmalblättrich Bechel-  
mura. Videtur nonnullis, Dodonæo autore,  
Rhizotomos Plinij l, quod radice sit sub-  
ruffa, breui, densaque: sed Rhizotomos spe-  
cies Illyricæ est, & quidem præstantior, Pli-  
nio monente: hæc verò contra, alijs odore

A & potentia inferior est, ac in Germania re-  
perta, quare non Rhizotomos, sed sui gene-  
ris Germanica tenuifolia quædam Iris. Et,  
vt idem, si semen rotundum esset velut Spa-  
tulæ foetidæ, quod tamen, vt aliarum Iri-  
dum, planum est, Spatulæ foetidæ species  
haberi possit, videlicet ea, cuius folia con-  
fricata grauiusculû odorem reddunt: hanc  
enim talem odorem reddere, Dodonæus  
scribit, at Cordo, folia recentis trita, me-  
dium, inter syluestrem Iridem & gramen,  
B odorem spirant. Verùm, qui volet, secun-  
dam & tertiam vnam faciat.

IV. IRIS ANGVSTIFOLIA

MARITIMA MAIOR.




IV. IRIS ANGVSTIFOLIA MARITIMA  
MAIOR: radice est nodosa, dura, minimi di-  
giti crassitudine, antrorsum, & in latera  
progrediens, & veluti in orbem sese spar-  
gens, multis fibris gracilibus, duris, sic-  
cis, fractu contumacibus donata, quarum  
anteriores & recentes, crassiores, molliores  
& candidæ sunt: tota radix foris nigra, in-  
terna parte ex albo flauescens est: folia ha-  
bet multa, firma, secundæ longiora & pri-  
mæ angustiora, saturate virentia, nonnihil  
etiam foetida: iter quæ, caulis cubitalis, fir-  
mus, assurgit, aliquot flores, secundæ flori-  
bus longiores & primæ ferè similes, sed lon-







IX. IRIS ANGVSTIFOLIA PRV-  
NVM REDOLENS MINOR.



Iris germanica, L. Hist. cap. 19.

NOMEN. Huius primus Hermolaus <sup>a</sup> meminit, non tamen Illyricam, vt quidam volunt, asseruit: scribit namque, sibi Iridem ostensam, à Felice Sophia, Paduæ, cuius flos pruna perquam matura odore representabat: radice ruffa extra, intus per candida. Ex quibus verbis aliqui eliciunt, ipsum Iridem Illyricam statuisse: quare vulgo Iris Illyrica vocatur. Iris perpusilla syluestris angustifolia, Lobelio. Iris angustifolia humilior, Clusio <sup>b</sup>. Iris angustifolia <sup>B</sup> minor vel duodecima, Eidem <sup>c</sup>, & <sup>d</sup> Iridis angustifoliae sextae species altera: Iris quaedam peregrina, quæ Iris Illyrica vulgo, Cæfalpino: Iridis alterum genus, Lugdunensi: Chamæiris, Dodoneo & Lugdunensi: Chamæiris angustifolia, Lobelio <sup>e</sup> & Franco: Chamæiris angustifolia minor, Tabernæmont. & Eystettensi: Chamæiris odoratissima, Camerario. Chamæiris tenuifolia, Gerardo. Germanis, *Kleine Gilgen / kleine Schwertel*. Anglis, *Grasse Flower de luce*. <sup>C</sup> Italis, *Giglio azzurro piccolo*.

X. IRIS ANGVSTIFOLIA PRV-  
NVM REDOLENS MAIOR.



gustu feruente: folijs multis oblongis, gramineis, superioribus angustioribus, nec adeo duris, dilutius virentibus, flores multum superantibus, hyeme pereuntibus, nouisque vere erumpentibus: caule vix dorantem superante, & vnicum magna ex parte florém, Maio mense, inter folia occultatum, proferente, non vt in alijs, alterno situ, sed simul è summo cauliculo erumpente, quolibet suo pediculo insidente, qui maturi Pruni, vel Armeniaci mali odorem quodammodo referunt: dilutioris coloris sunt, aliquando ex cœruleo violacei, aliquando purpurouiolacei, nouem foliolis compositi, forma quidem prioribus similes, sed minores, præsertim folia reflexa angustiora sunt, fimbriaque carent: his, capitula oblongiuscula & turgida, costis eminentibus prædita, semenque continentia, succedunt.

Locvs. Hanc, non nisi in hortis Germaniæ, Galliæ & Italiæ vidimus: in Belgicis etiam hortis colitur: at Clusius <sup>z</sup> testatur passim in pratis Viennensis agri, ad radices montium sitis, prouenire, vti apud Medeling, Gumpostkirche, Badensæ thermas, attamen propter floris venustatem digna, quæ in hortis colatur.

X. IRIS ANGVSTIFOLIA PRVNVM REDOLENS MAIOR: hæc à priori differt, caule pedali, qui binos aut ternos plerumque flores

<sup>a</sup> hist. Pannonica.

<sup>b</sup> lib. 1. corol. cap. 1.

<sup>c</sup> hist. Hispan.

<sup>d</sup> hist. Pannon.

<sup>e</sup> hist. rarior.

<sup>f</sup> in iconibus.



gestat, (cum alterius caulis, vnicum florem magna ex parte proferat,) quorum folia extrema, superiore tantum parte, aureis quibusdam lineis, pinguntur, Armeniaci mali odore: quem odorem, Matthiolus flori tribuit, non radici, quare male ab Aduersarijs reprehenditur, quasi odorem hunc radici adscripserit.

LOCVS. In Goritiensi agro Saluatiano monte, & Iapidia vallibus, inter saxa, Matthiolus reperit.

NOMEN. Iris sylvestris minor, dicitur B Matthiolo & Castori. Iris sylvestris altera Gesnero f & Lugdunensi: Chamæiris angustifolia, Tabernæmontano & Gerardo: Iridis angustifoliae sextæ, prima species Clusio g. Camerarius, hanc, quam sola magnitudine à prædicta discernit, penitus odore carere, vult. Sunt qui has duas Chamæirides, Iridem Illyricam faciant, quæ etiam Matthioli fuit sententia, quam postmodum mutauit. Brassauolas b inquit, Ferrariae florem quendam haberi pulchrum & odoratum, ferè odore præmaturæ Pruni aut Persici, & varijs coloribus pictum, quem Irim Illyricam vocent, sed Irim non esse ex hoc liquere, quoniam Dioscorides Irim dicat, gladioli folia habere, maiora duntaxat, latiora, atque pinguiora: hanc verò, minora folia, strictiora & minus pingua gladiolo habere. Gesnerus verò, secutus Matthiolum, monet, quibusdam legitimam Illyricam existimari, qui Illyricam ab Italica differre existiment: cum tamen Illyrica, non D fit vel genere vel specie à nostrate diuersa, sed solum, cœli solique illius conuenientia, præstantioribus pollere facultatibus, addit Brassauolas, ob perfectionem regionis, in qua nascitur, integrioribus viribus, nomen Iridis Illyricæ sortita est, & præsertim quia ibi copiosissimè vireat & passim reperiatur. Cæsalpinus dubitat, an sit hæc, quæ à Plinio i Rhizotomos appellata est, inter Illyricas, colore rufo scilicet radicis. Sic Dodonæus, an Iris sit Astragalitis dicta, cuius E Soranus apud Galenum k in medicamento contra Alopeciam, & Aetius l in emplastro venatorum meminit, cum huius radiculae, Astragali siue tali modo, parua, nodosæ, duræq;

sint.  
\* \* \* \* \*

## DE CHAMÆIRIDE.

### CAPVT X.

I. CHAMÆIRIS MAIOR SATVRATE PURPUREA BIFLORA: radicibus crassis, transversis, aliorum modo se propagat, folia cæteris latiora habet: flores quoque maiores, saturate purpureos, ad nigrouiolaceum colorem accedentes: quæ bis in anno floret.

NOMEN. Chamæiris latifolia biflora, Eystettensi. Germanis, *Breitblätericht kleine Schwertelwurz* / mit fatten *Biolbraunen blümen*

### II. CHAMÆIRIS VARIEGATA.



II. CHAMÆIRIS VARIEGATA: radicem habet crassam, geniculatam & obliquam: folia Iridis vulgaris, inter quæ caulis Dodrantalis, aliquando pedalis, qui florem sustinet, vel cœruleum dilutiorem & quasi cœlestem, ternis labris deorsum inflexis, paulo saturatoribus: vel candicantem omnino aut pallentem, eumque modo dilutioris & quasi exalbidi coloris, modo saturatoris & ad flauum proximi: vel purpureum siue violaceum, & illum quoque differentem: alter enim est nigrae violæ colore, alterius terna folia, in terram prona, ab

f lib. de hori. g hist. rarior. h in exam. simplic. i lib. 21. cap. 7.

k lib. 1. de comp. medicament. secund. lica cap. 1. l firm. 13. cap. 9.



ipso exortu, ipsaque fimbria flava, venas albas & satis lãtas, ductas habent, limacisque dorsum variegatum ferè, vt rectè Clusius, referunt: qui tamen inodori sunt: his siliquæ, in quibus semen, Orobi magnitudine, pallidum, rugosum & ouali forma succedunt. Floret vere, nonnunquam etiam autumno: illius quæ pallidum & cœruleum florem fert, caules aliquando pedales, reliquarum vt dilute rubentium, quæq; violaceo flore striato, humiliores sunt, & vix terra eminent.

**LOCVS.** Ex semine Monspeliensi, apud Germanos, Belgas & Anglos frigido humidoque solo pronata, sic variat, non secus ac innumeræ calidarum regionum peregrinæ stirpes, soli & cœli temperie varias mutationes subeunt.


**NOMEN.** Dicitur Iris latifolia perpusilla, Lobelio. Iris humilis latifolia, Clusio *a*, & *b* Chamæiridis latifoliæ genus primum, addita icone eius, quam, pro Chamæiride niuea, Lobelius exhibet. Chamæiris, seu **C** alia perpusilla Iris latifolia, Lugdunensi: Iris sylvestris minor latifolia, Tabernæmontano. Huc referre oportet Chamæiridem cœruleo & violaceo colore, quæ vtraq; in horto Eystettensi depingitur.

**III. CHAMÆIRIS FLORE SATVRO VIOLACEO:** radicem habet nodosam, aliarum Iridum modo, & adnatis se propagantem: folijs est breuibus, interdum etiam pedalis, Iridis vulgaris modo latis, & secundum radicem magna ex parte purpurascens: **D** inter quæ multi flores è vaginulis prodeunt, singulari pediculo dodrantaliq; fulti, atque sine caule, vulgari paulo minores, Lusitanicæ bifloræ, cum magnitudine, tum colore æmuli, qui saturatoris nigræ violæ est, præsertim tria folia deorsum inflexa, quæ fimbriam villosam, vsque ad folia illa bifida, quæ ligulas tegunt, ex cœruleo purpurascens habent, sub ligulis verò luteam: omnia autem florum folia, tam quæ sursum attolluntur, quam quæ repandaterram spectant, inferiori & sessili parte, **E** lineis quibusdam albis variegata sunt: vel aliquantulum odorati sunt, vel inodori: siliquæ triangulæ, magnæ, mucronatæ, succedunt: in quibus semen Orobi magnitudine, pallescens, quod exsiccatum rugas contrahit & fuluescit.

**NOMEN.** Chamæiris latifolia Pannonica maior, vel, Iris octaua Clusio *c* & *d* Chamæiris latifolia maior, figura, Chamæiridis latifoliæ flore rubello, ipsius Lobelij, addita.

#### IV. CHAMÆIRIS MINOR

PURPUREA.



**IV. CHAMÆIRIS MINOR PURPUREA:** superiore minor est, breuioribus & angustioribus aliquantum folijs: flore, superioris ferè simili, sed minore, & villis fimbriæ supra ligulas cœruleis, infra vero, quemadmodum in alia, luteis: saturator interdum est, nunc dilutior, illa quidem odorata, hæc minime: ternis folijs, quæ sursum inflectuntur, in vtroque genere, modo orbiculatis, modo longioribus & bifidis. Siliquæ & semen etiam minora, vti sunt reliquarum subsequenterum specierum.

**NOMEN.** Iris minor, Dodonæo: Iris violacea parua, Lobelio *e*. Chamæiris latifolia minor, purpurea, vel Iridis nonæ species prima, Clusio *f* vel *g* Chamæiris latifolia minor prima Eidem.

**V. CHAMÆIRIS MINOR FLORE PURPUREO CÆRULEO:** prædictæ omnino similis, tum radice, quæ est nodosa & obliqua, atq; multis fibris prædita, nascendi modo: tum folijs & flore, qui tamen cœruleus est & odo-

*a* hist. Hispan.

*b* hist. rarior.

*c* hist. Pannon.

*d* hist. rarior.

*e* edis. Belg & icon.

*f* hist. rarior.

*g* hist. Pannon.



ratus, & labra interiora nonnihil purpurascencia habet.

NOMEN. Chamæiris latifolia minor cœrulea, vel Iridis nonæ species altera, Clusio *b* & *i* Chamæiris latifolia minor secunda, Eidem.

VI. CHAMÆIRIS MINOR  
FLORE RVBELLO.



VI. CHAMÆIRIS MINOR FLORE RVBELLO: huius flos quodammodo rubet, interdum dilutiore & suavi quadam rubedine, veluti quæ carneo colore præditus est, præsertim folijs erectis: fimbriæ villosæ pars superior albicat, inferior lutea est: stamina verò, vt & duorum priorum cœrulea sunt, estq; flos & odoratus & inodorus.

NOMEN. Chamæiris latifolia flore rubello, Lobelio: Chamæiris latifolia minor rubescens, vel Iridis nonæ species tertia Clusio *k* & Chamæiris latifolia minor tertia, Eidem *l*.

VII. CHAMÆIRIS MINOR FLORE VARIE PICTO: hæc nec radice, neque folijs, neque etiam floris, (qui inodorus,) forma, à reliquis differt: sed color diuersus varieque pictus est: nam tria folia reflexa, varijs radijs ex pallido purpurascens, ab imo sursum, & in latera sparsis, distincta sunt, per oras quoque, tenui quodam cœruleo colore aspersa: fimbria, medium folium occu-

pans, multis flauis villis constat, qua bifido folio integuntur, reliqua parte dilute cœruleis: folia gibba & fimbriam & ligulam tegentia, coloris sunt ex cœruleo candicantis, qui in costa & oris paulo saturatior est: at terna folia erecta ex cœruleo flauescunt, ab imo angusta & multis venis purpureis in latera excurrentibus prædita, qua vero in latera expanduntur, purpurascensibus maculis aspersa sunt.

LOCVS ET NOMEN. Hanc ex Belgio à B Ioanne Boisot anno CIO IO XC. Clusius accepit, & Chamæiridem latifoliam minorem septimam *m*, fecit.

IX. CHAMÆIRIS MINOR FLORE PURPUREO FLAVESCENTE: hæc in flore varietatem ostendit: nam, tria inflexa, longa sunt, & præter reliquarum Iridum morem, adeo incurua, vt extremo mucrone, floris pediculum, auerfa parte amplectantur: parte infima flauescunt, dein dilute purpurascunt, venis saturatioribus discurrentibus: fimbria villosa, candida est, flauescens apicibus donata, quam foliolum bifidum, exalbidi & pallescentis ex dilute cœruleo coloris, (quali etiam tria folia surrecta donantur,) antegit: odore fere flores Sambuci aut Thalictri refert.

LOCVS. Hæc ex deciduo semine Clusio Francofurti anno CIO IO XCII. nata, Aprilifloruit.

NOMEN. Chamæiris latifolia minor octaua, Clusio *m*, & Eystettensi, qui & aliam Chamæiridem, flauo & purpurascens flore, iunxit.

IX. CHAMÆIRIS MINOR FLORE PALLIDO ET ALBO: huius flos pallidus est, nonnunquam exalbidus: per folia surrecta linee purpurascens disperguntur: reflexa vero, in pallescente, exalbida sunt: in albicante verò, viridi colore perfusa, staminibusque albis donantur: Oxyacanthæ floris odorem prorsus æmulatur: albicans verò inodorus est.

NOMEN. Chamæiris latifolia minor, vel Iridis nonæ species quarta Clusio *n* & Chamæiris latifolia minor quarta Eidem *o*, addita figura, Chamæiridis luteæ alterius, Lobelij. Huic similis est, Chamæiris latifolia minima, Eystettensis.

X. CHAMÆIRIS MINOR FLORE VARIEGATO: hæc à priore solo floris colore dif-



IX. CHAMÆIRIS MINOR FLORE PALLIDO ET ALBO. XL. CHAMÆIRIS MINOR FLORE LUTEO VEL CANDIDO.



B



C

fert: is enim flauescit, & folia superiora, radijs purpurascensibus exornantur, at labia propendentia, vel nigricante, vel diluta purpura in medio infecta sunt, & stamina alba sunt & flos odoratus est.

NOMEN. Chamæiris latifolia minor varia, vel Iridis nonæ species quinta, Clusio *p*, cui etiam *q* Chamæiris latifolia minor quinta.

Locvs. Chamæirides, quas recensuimus, videlicet III. IV. V. VI. IX. & X. nascuntur, Clusio obseruante, in nudis & apertis collibus Pannoniæ & Austriæ: Tertia quidem & Sexta, siue purpurea maior, rubraque dilutior, in Prellenberg, Hamburgensi monti vicino. Quarta verò, siue purpurea minor, cum istis, tum collibus Medeling, Gumpostkirchen & Baden imminentibus, in quibus etiam Quinta, quæ cœrulea, inuenitur: Nona, siue alba, in Hamburgensi monte: at Decima, siue versicolor, in colle seu monte Badensibus thermis imminente.

XI. CHAMÆIRIS MINOR FLORE LUTEO VEL CANDIDO: solo floris colore distinguitur, qui in illa è luteo languescit.

NOMEN. Iris minor lutea, Dodonæo:

Chamæiris lutea altera, Lobelij: Altera verò, quæ flore est niueo, aut candido, Chamæiris niuea aut candida, Lobelio dicitur, vt & Eystettensi: hic & Chamæiridem flore argenteo, & flore candido, exhibet.

XII. CHAMÆIRIS MINOR FLORE OBSOLETE PALLIDO: hæc plurimum ad decimum genus accedit, caule est breui, tres uncias supra terram eminente, & binos flores sustinente: cuius labra propendentia, obsoletum colorem pallido permixtum, habent, & ab eorum ima parte, vsque ad extremam simbriam, quæ pallida est, venæ purpureæ excurrunt: at tria folia pinnata, quæ alba stamina tegunt, ex pallido albescent: folia verò erecta, pallida sunt, circa imum, radijs obsolete purpurascensibus, aspersa.

Locvs. Hanc Stephanus von Haufen, dum Constantinopoli Viennam anno MDCCIII. rediret, in Pannonia, infra Budam eruit, & Clusio communicauit: à quo, inter Chamæirides latifolias minores, sexto loco, recensetur.

XIII. CHAMÆIRIS MINOR *αργόλακη*: & hæc, radice, folijs, floris (qui inodorus) forma, cæteris similis est: verum, tria folia reflexa, pallide lutei coloris, ab imo, ad extremam vsque simbriam; venis purpurascensibus,




centibus, aspersa: at, sub fimbria purpurea macula notata, quæ se in latera spargit, oris exalbidis existentibus, fimbria ab imo ad folij inflexionem flauis villis constat: vbi vero purpuream maculam attingit, albis, & folijs bifidis & eam tegentibus albis, qualia & terna folia sese attollentia: sed nervus medius, in vtrisque pallide luteus: infima parte radijs obsolete purpuræ distincta, suprema vero, interne paucis notis leuiter purpurascens infecta. Hanc à Boisoto Clusius accepit, & Chamæiridem latifoliam minorem nonam, fecit.

XIV. CHAMÆIRIS MINOR FLORE PURPUREO: hæc Clusio Francoforti nata, cauliculo fuit semipedali, tereti, geniculato, cuius fastigio folliculus membranaceus, purpurascens oras habens, infidebat: e quo, bini flores, nulla odoris suauitate commendabiles, non magni, novem folijs constantes emergebant: quorum, tria, deorsum spectantia, basi angusta, foris purpurascens, interius candicante, & vsque ad folij inflexionem, venis saturæ purpuræ, distincta: labra vero propendentia, saturi violacei coloris: fimbria villosa infima parte flauescens, reliqua purpurea: terna integritate, vt & terna folia surrecta, purpurea: & hæc est Chamæiris latifolia minor decima Clusio r & Eystettenfi.

XV. CHAMÆIRIS MINOR CANDICANS VENIS VARIIS DISTINCTA: & hæc Clusio nata, quæ à tuberosa radice, folia dodrantem aut pedem longa, lata & mucronata producebat: inter quæ, cauliculus, duas aut tres uncias longus, assurgebat, qui veluti folliculum binis membranaceis folijs constantem, sustinebat, e quo flos, nullius aut valde exigui odoris, ejusdem cum alijs formæ prodibat: cuius tria folia repanda latiora & candida erant, interius, multis venis, ex flauo purpurascens, in latera vsque ad extremam fimbriam, expansis, distincta: ijsque deinde à supercilio, ad extremas oras albescentes, crassioribus & coloris purpurei nitidioris: at terna surrecta, interne valde angusta, & venis quibusdam, luridi coloris, distincta, postmodum in latum expansa, exalbidi coloris erant: tria vero, quæ in fornicem conuexa & bisulca, aliquantulum, alis sursum reflexis, ligulam pallecentem tegebant & fimbriæ imminebant, albique erant: cui subcæruleus color, præsertim in

gibbo, nonnihil admixtus erat: hanc, pro Chamæiride latifolia minore vndecima, Clusius in sua historia recensuit.

### XVI. CHAMÆIRIS SAXATILIS GALLICA.



XVI. CHAMÆIRIS SAXATILIS GALLICA: hæc radice est parua, aliarum modo oblique prodiens: fibris oblongis, candicantibus, deorsum missis: substantia densa, colore Illyricæ non absimili: folijs paucis, latiusculis, rigidis, mucronatis, trium quatuor & quinque aliquando unciam longis, rarissime palmaribus: floribus singulis, pediculis singulis, insidentibus, (caule enim, loco natali in Gallia, caret,) Spatulæ foetidæ similibus, vt & siliqua & semine. Hæc omnium minima, nonnunquam quatuor tantum unciam, siquidem statim atque e terra assurgit, inquit Pena, qui primus descripsit, Chamæleontis albi modo pusilla humilisque permanet, ob id à nonnullis Chamæiris nuncupata.

Locvs. In locis aridis & saxosis Montpessuli, non longe Boutoneto, legimus: plurima etiam secus specum sesquimilliarum Monspelio disitum, via qua Frontignanum itur, nascitur, in cuius cauitibus & rupium commissuris, frequens adolescit.

NOMEN. Perpusilla saxatilis Iris latifolia acaulos ferme, Aduersarijs & Lobelio: Iris perpusilla & saxatilis, Lugdunensi: Iris ἀκαυλῶ Camerario, quam plerumque purpuream, & semen omnium Iridum maximum gerere, scribit. Huc, Iridis pusillæ



duo genera à Clusio proposita, referre oportet, quas scribit in valde sterili solo, & ferme in saxo, prouenire, radicum segmentis breuioribus, rotundioribus, caule palmum alto: florem alteri purpureum vt cæteris, cui & radix odoratio: alteri florem pallidum, radicem autem inodoram, tribuit.

XVII. CHAMÆIRIS LATIFOLIA SAXATILIS LVSITANICA: Iridis genus humilium in Lusitania, saxosis, supra Olyssipponem, locis marinis obseruauit Clusius, folijs Dalmaticæ fere latitudine, sed breuioribus multo, cuius radix Dalmaticæ similis, geniculata & obliqua, eius florem non vidit, sed siliquas inanes in humili, & vix terra prominente caule, reperit, magnas, pro plantæ proportionem, & triangulares.

NOMEN. Iris humilis latifolia, Clusio *t*, & Iridis aliud genus humilium, Eidem *u*, nominatur. Cæterum, cum Clusio dicimus, tam insignem varietatem, sponte, ex semine deciduo gigni, dubium non esse: nam versicoloris semina ab ipso in hortulo terræ commissa, & pallidas, & albas, & versicolores matri similes protulere, & alias præterea, ad eam quidem accedentes, sed leuibus quibusdam notis, inter se discretas, quales verbis exprimere difficilimum sit, vereque de ijs illud Poetæ dici posse existimat: facies non omnibus vna Non diuersa tamen, qualem decet esse sororum.

~~~~~

## DE IRIDVM VIRIBVS ET VSV.

### CAPVT XI.

EXPLICATIS omnibus Iridis differentijs, nunc qualitates & vires subiiciemus, quæ præcipue Iridi Illyricæ & Florentinæ competunt.

QUALITAS. Vim habent omnes Irides, excafactoriam & attenuantem, Dioscoridi *a*. Theophrasto *b*, *ἰριδὸν ἔχει συστρίχην ἢ ἰριδῶν*. Aeginetæ *c* calfactoria, multumque tenuium partium est, extergit, ac concoquit. Marcello *d* calfacit, soluit, purgat, concoquit. At, Plinio *e* natura est feruens, tractataque pustulas ambusti modo facit. Dodonæus recentes à siccis distinguit: recentes namque, & adhuc succo plenas radices, ad quar-

Atum ferè caliditatis gradum peruenire, scribit: aridas verò, calefacere & resiccare, ordine secundo intenso. Auicennas, calidam & siccam in tertio gradu, non tamen intenso, quem Fallopius *f* & Amatus sequuntur. Serapio calidam & siccam ordine secundo *g* dicit: at Matthiolo, ordine secundo quidem, sed completo, vel tertio inchoante. Ruellio, Fuchsio & Fernelio *h* calefacit, ordine secundo, & in tertio desiccatur. Verum, Mesue autore *i* pro floris colore qualitatem variat: eamque putat quæ est purpureo, calidam & siccam esse in tertio: quæ vero albo, calidam & siccam in secundo, quare hanc in omni re debiliorem esse, sed subtilioris substantiæ, propter quod & oleum eius sit subtilius, & maioris penetrationis. Radicum apud veteres tantum usus fuit: hinc Plinio *k*, Iris radice tantum commendatur, vnguentis & medicinæ nascens: at, cum Mesue dicimus, meliorem partem plantæ radicem esse, post illam florem, nam & floribus etiam recentiores vtuntur. Modum autem effodiendi veteribus vsitatum Plinius *k* tradidit: fossuri tribus ante mensibus, mulsa aqua circumfusa, hoc veluti placamento terræ blandiuntur, circumscripta mucrone gladij orbe triplici: & cum legerint eam, protinus in cælum attollunt: (simile, de Panace Asclepio, Theophrastus *l* refert:) precipitur ante omnia, vt casti legant: hæc Plinius. De tempore verò collectionis, non conuenit: alij enim autumnali, alij verò vernali tempore, effodere iubent. Etenim, Mesues *m* veris principium, melius tempus collectionis esse voluit: quem locum aliqui de florum Iridis collectione intelligendum censent, cum non nisi vere legi possint. At Costæus *n*, de radice ipsa potissimum sermonem esse, nec perperam hoc præcipi, asserit: cum, hoc tempore, vtili humore multo prægnans sit, in producenda folia ac flores parato, ideo & extrahendo succo magis idoneam esse, ac, si exsiccanda sit, viribus longè superiorem esse: alioqui si Autumnus expectetur, eo tempore aridior esse, quæ alendis & folijs & floribus humore infinito plurimo exhausta sit. Neque in hac, vt in alijs plantis euenit, foliorum casum expectandum, quando perpetuo, etiam hyeme, illi inhæreant. Addit & hoc: Dioscoridi non repugnare, qui plantas tunc

*t* hist. Hispan. *u* hist. rarior. *a* lib. 1. cap. 1. *b* lib. de odorib. *c* lib. 7. *d* cap. 30. *e* lib. 21. cap. 7. *f* com. in lib. 1. Diosc. cap. 6. *g* & Fernelio lib. 5. Meth. cap. 20. *h* lib. 6. Meth. cap. 6. *i* lib. simplic. cap. 8. & Fernel. lib. 5. Meth. cap. 12. *k* lib. 21. cap. 7. *l* lib. 9. hist. plant. cap. 9. *m* lib. simplic. cap. 8. *n* annotat. in Mesuem.



tantum eximendas iubeat, cum eæ singulæ suis folijs exuuntur. Nobis verò autumnale tempus magis placet, cum eo tempore radices pleræq; colligi consueuerint, etiam Dioscoridis o præscripto. Costæo respondemus: primò Dioscoridem non facere ad sententiæ eius comprobationem: dicit enim: Radices vt recondantur, eximere conuenit cum herbæ suis folijs exuuntur. At plantas folijs exuî autumno, quis nescit? & licet in Iride Illyrica vel domesticâ non fiat, fit tamen in syluestri: addé, quòd Iridis radix sit eruenda eo tempore, quo, reliquarum plerarumque plantarum, leguntur. Ad alterum, quod dicit vernali tempore Iridis radicem utili humore prægnantem esse, ad foliorum & florum productionem, respondemus: si succum exprimere velis, hoc concedendum esse: si verò, radicem exsiccata reponere placuerit, improbari, si humore sit prægnans: siquidem Theophrastus, dum Iridem Illyricam cæteris præfert, non omni loco enatam probat, sed eam, quæ in syluestribus, non eam, quæ in maritimis prouenit, cum humore nimium sit prægnans: si enim humore adeò scateat, vbi exsiccabitur, in rugas contrahetur. Iam verò, Galeno p meliora sunt, in omni specie, quæcunque nec rugosa, nec exilia fuerint. Theophrastus q sic decreuit: in quibusdam per messem, pauloque ante, carpendas esse radices: in pluribus verò per autumnum, post Arcturi exortum, scilicet postquam folia defluerunt. Quem sanè locum ita intelligimus, radices legendas esse post foliorum defluuium, siue per messem, siue per autumnum, fiat. Sunt enim quæ per messem folia amittunt, vt oleorum maior pars, ex quo tempore eorum caules radicesque lignescunt, & in Cremita (ita enim furculos aridos & minutos, rusticos vocare, testatur Columella,) transeunt. Quomodo lecta conseruari debeat, supra ex Dioscoride ostendimus: Galli, auctore Ruellio, exitu veris, erutas terra, in orbibus dissecant, & funiculo traiectas prius lixiuio macerant, ad succi vim exhauriendam, (si Autumno legerent, opus non foret,) quo tinearum iniurijs, quibus adhuc hærentes sunt oportunæ, minus pateant, dein siccatas recondunt. Conseruantur au-

tem, vtilis in vsum medicum, per annos duos, vt Mesues scribit.

VIRES. Dioscoridi, contra tussim efficac, vt quæ humores, (in thorace r & pulmonibus,) ægrè exscreabiles attenuet, (si in puluerem redacta, cum melle vsurpetur, aut minutim concisa in vino cocta bibatur.) Idem & Aegineta s: & Mesues t, quare, ex ea, eclegma in quibusdam officinis, contra pectoris vitia, paratur: cum maximè ad pulmones & pectus, commendarit Mesues. In officinis etiam vsitatissimus est, puluis diaireos simplex ex Ireos Florentinæ, vel Illyricæ vncia semis, sacchari candidi, pulueris diatragacathi frigidi ana drachimis duabus: hic solet excipi saccharo, albumine oui, in aqua tussilaginis aut scabiosæ aut simili, clarificato, vt decet cocto, & in tabellarum formam concinnari: sumendo pro sacchari libra pulueris vnciam vnam: vsus est ad faucium destillationem, humorum crassorum attenuationem, coctionem, & expectorationem. In quem vsum, & ipsa radix concisa, vinis medicatis additur. Crassos & biliosos humores, (etiam pituitam tenuem & aquam, à quibus non rarò febres & morbus regius oriuntur, in puluerem redacta,) ex mulsa, septem drachmarum pondere epota, purgat, (obstructiones t etiam aperit,) & renum s calculos eicit: aluum euacuat cum aqua mulsa pota: (duabus drachmis cum melle Plinio u, cui & vomitiones eiet, duobus obolis sumta.) Quapropter Oribasius x, ex Ruffo Ephesio, Iridem, inter ea quæ per infernas partes purgant, recensuit: & Aegineta y, inter ea, quæ bilem flauam ducunt, octo obolorum pondere, in aqua mulsa, exhibet, Illyricam quæ non sit vetusta, ne teredines habeat. Verum, vim purgatricem, & dosim, clarè Oribasius z, ex Ruffo, proponit, his verbis: Iris pituitam, mucosa excrementa, (& aquas citrinas Mesues) atque etiam biliosa deducit: quin & sanguinem & Melancholiam trahit, si plus iusto dederis, (quare, sola vt mediocriter purget, cyathi dimidium sufficiet, addit Ruffus a:) admodum enim stomacho est ingrata. Anhelantibus, tussientibus, & colicis, radices drachmæ tres, (septem habent Dioscorides & Ruffus,) in mulso dandæ. Mesue dosis est, à drachmis

o in præfatione. p 1. de antidot. q lib. 9. hist. plant. cap. 9. r Inuestigata, pectoris & pulmonum vitia, blandè expectorant Fernel. lib. 5. Meth. cap. 20. s lib. 7. t lib. simpl. cap. 8. u lib. 21. cap. 20. x 7. Collect. 26. y lib. 7. cap. 4. z lib. 9. Collect. 27. a in fragmento de Medicam. purgantibus.



duabus, vsque ad sex. Recentiores, ad a-  
 quas hydropicorum ducendas, succum ex  
 radice recenti eliciunt, cuius drachmam v-  
 nam, cum sufficiente saccharo, vel cum  
 lactis sero, aut alio liquore, qui caliditatem  
 eius nonnihil contemperet, cum aquas insi-  
 gniter ducat, exhibent: at, cum ventriculo  
 succus noceat, is, non nisi cum Mulsâ & mo-  
 dica Nardo, ut Mesues docuit, exhibendus:  
 vel vt idem, cum aqua casei, & melle, &  
 pauco mastice, in affectu pectoris & pul-  
 monum: nec quem moueant Aduersario-  
 rum verba, dum inquirunt: incertum maio-  
 re ne cruciatu an incommodo ægros ve-  
 xent. Fallopius *b* scribit, esse qui hanc ra-  
 dicem vsque ad drachmas tres, cum syrupo  
 rosato solutiuo, ad educendam aquam, ex-  
 hibeant: se verò, huius radice succo vsum  
 esse ad drachmas duas, melle aut saccharo  
 admixto: sed quia tormina faciat, quæ ta-  
 men, puluere thuris & mastiches corrigi  
 possint, abstinere. Nec quem moueat, quod  
 Dioscorides torminibus mederi dixerit: C  
 cum Dioscorides de radicibus siccis loqua-  
 tur, succus autem, qui propinatur, ex radi-  
 cè virente, in qua humiditas cruda est, ex-  
 prinitur. Hoc ipsum, de Iride Germanica,  
 quæ ex syluestribus in hortos translata est,  
 dicere licet, quæ valentius exsiccat & cale-  
 facit, ideoque etiam acrior est: & vt Ferne-  
 lius *c*, non solum acris, sed & fauces exu-  
 rens, & suæ qualitatis acrimonia, ventricu-  
 lo & visceribus, non parum infensa: quæ  
 tamen, dejectione & nonnunquam vomiti-  
 one etiam, aquam præcipuè citrinam, du-  
 cit: ab hac deinde & crassiorè pituitam,  
 viscerum obstructionibus expediendis effi-  
 cacissima: sed, nec puero, nec seni, nec  
 prægnanti, tuta, quod, cæterorum more,  
 quæ validè aquam expurgant, menses mo-  
 ueat, abortumque faciat. Huius radice suc-  
 cus, vnciæ vnius pondere, ex vuæ passæ ju-  
 sculo & saccharo, addita spica, aut cinamo-  
 mo, moderate purgat: sicca verò tusaque  
 radix, ex eodem liquore, aut ex sero lactis, E  
 à drachma vna, ad drachmas duas. Sic, cum  
 Illyrica aut Florentina recens desit, idcirco  
 & huius succus, eo modo quo dictum fuit,  
 hydropicis ad aquas ducendas, propinatur:  
 ad menses promouendos, ad calculum re-  
 num pellendum, commendatur. Hydro-  
 picis radices recentes, saccharo aut melle  
 A conditæ, vnciæ vnius pondere, vt & calcu-  
 losis, anhelosis ac resolutis, exhibentur. A-  
 matus, succum ad vnciam vsq; vnam, non-  
 nunquam, cum melle rosaceo colato, ali-  
 quando verò cum decocto senæ, vel aqua  
 mellis, mixtum, præbet. Sic & vnciam in-  
 tegram, Electuarij è radice cum melle para-  
 ti, pro aluo subducenda, exhibet. Verùm  
 Matthiolus Electuarium conficit tale: Ac-  
 cipit succi radice drachmas tres: Galangæ,  
 Zedoariæ ana drachmas duas: Cinamomi,  
 B Garyophyllorum ana drachmam vnam fem-  
 mis: Brassicæ marinæ vnciam semis: Mel-  
 lis q. s. ad excipiendum: hoc hydropici, si  
 quotidie semunciam, ieiuni deuorarint,  
 maximè iuuantur. Aqua etiam, è radice  
 Iridis Germanicæ elicita, ad eadem vtun-  
 tur, trium aut quatuor cochlearium men-  
 sura, aliquoties per diem pota, quæ tamen  
 non, perinde vt decoctum, efficax: eius ta-  
 men continuus frequensque usus, hepatis  
 obstructiones aperit, thoracem pulmones-  
 que expurgat, lienis ac vteri doloribus &  
 torminibus medetur. Sunt, qui aquam  
 hanc, aduersus omnia venena, etiam in fe-  
 bribus pestilentialibus, imò in pleuritide,  
 sed nescio quo successu, propinent. Nico-  
 laus Myrepsius *d*, ex Iride, Antidotum de-  
 scripsit, ad columellam pertusam, ad vo-  
 cem amissam, raucedinem, asthma, & diffi-  
 cilem respirationem, vtilem: somnum e  
 quoque conciliat, lachrymasque ciet, & *f*  
 torminibus, (tussi *g*, torminibus, & infla-  
 tionibus) medetur, (cum vino decocta, me-  
 diocrem enim decoctionem sustinet,) &  
 calida pota: sic & Ictericis vtiliter in potu  
 exhibetur, sudores enim mouet, & aurigi-  
 nem exterit. Venenatorum morsibus, ex  
 aceto pota, & trita, auxiliatur, (contra ser-  
 pentum, & araneorum morsus, ex posca va-  
 let: contra scorpiones, duarum drachma-  
 rum pondere in pane vel aqua sumitur *g*.)  
 Lienosis, quotidiana & quartana febre la-  
 borantibus (lienes *g* ex aceto soluit: recen-  
 tiores, cum Tamarisco, vel Scotopendrio,  
 decoctum, splenicis exhibent: & vt Ferne-  
 lius *h*, ex aceto, aut oxymelite pota, lienem  
 absomit,) conuulsis, perfrigeratis, aut ri-  
 gentibus, (& horroribus febrium, in acces-  
 sione epota,) opitulatur, ijsque quibus ge-  
 nitura effluit, Dioscoridi: quo loci *i*, non  
 intelligendum illud profluuium, quod pro-

*b* *commens. in lib. 1. Dioscorid. cap. 6.*

*Arginere.*

*c* *lib. 5. met. med. cap. 12.*

*g* *Plinio.*

*h* *5. meth. med. 24.*

*d* *sest. 1. cap. 103. & 394.*

*e* *Dioscoridi & Plinio.*

*f* *Dioscor. &*

*i* *Fallop. com. in lib. 9. Dioscor. cap. 6.*



pter nimium coitum accidere solet, quoniam tunc nocet: sed de gonorrhœa inuoluntaria, in qua, vix tacta muliere, semen emittitur. Fallopius *i* experientiam addit, se enim pluries, in hoc casu, vsum, maximo cum successu, exhibendo radicis huius puluerisatę, drachmam vnam, cum sacchari rosati vncia vna & semis, quotidie, per dies quadraginta, mane, huius mixturę, cochleare vnum exhibendo. Menses ducit ex vino bibita. Marcellus, coeliacis etiam exhibet Iridem Illyricam, id est, Macedonicam, quę grauisissimi fuerit ponderis, in tenuissimum puluerem redactam, & cribratam, mensura acetabuli vnus dimidiati, cum passı cotyle vna permixtam, & coagitatam, ejusque cochleare vnum, Coeliaco, mane ieiuno detur, ita vt a coena absteineat, mirifice proderit. Sic, ad Iliacos affectus, Illyricę puluerem, sesquidrachmę pondus, ex passo calido, Matthiolus commendat. Ad artuum dolores peculiariter Iridis radicem, inter alia, in apozemata aliasue compositiones aptanda, Fernelius *k* laudat.

EXTRINSECVS. Capitis *l* doloribus (antiquis,) ex aceto & rosaceo applicita, confert: cum *m* cotoneis malis aut strutheis illinitur. Fernelio *n* quoque Iridis Illyricę siue florentinę radix, & aloe, præterquam quod somnum alliciant, dolorem etiam capitis, temporibus & fronti ex rosaceo illitę, sedant, ac adoratę cerebrum recreant. Crampulas quoque, & orthopnœas, discutit: naribus subducta, sternutamenta mouet, caputque purgat. Sic & Iridis Germanicę radix, naribus subdita, sternutamenta mouet, & pituitam prolicit, quod & succus validius præstat: sed, quod acrior sit, leniente liquore præparandus. At alij, cum Mesue, succum naribus attrahunt, vt sternutationem commouendo, cerebrum a pituita expurgent. Dentium *o* dolori medetur, si radicis decocto ex aceto, colluantur, sedando *p* ipsorum rheumatismum. Infantibus eam circumligari salutare putatur, dentientibus præsertim & tussientibus: tinearum vitio (lumbricis) laborantibus, instillatur. Halitus oris commaducata abolet, alarumque vitia. Lentigines & maculas, a solis ardore contractas, exierit, cum veratro & duplo melle illita. At, ex succo ipsius, & farina fabarum, & cicerum, linimentum Me-

A sues parat: Fallopius *q* etiam, qui facultatem deterforiam tribuit miro modo ad maculas a sole prouenientes asserit, pro quibus pastillus habeatur Francisci Trifimelicę ex farina fabarum, cicerum, Iride & amygdalis amaris confectus, qui postea in lixiuio dissolutus, maculas tangendo optimę sanat. Ad idem, aqua eius stillatitia valet, & rugas faciei, vel per se, vel cum farina fabarum mista, demit, Parotidas *r*, Iris Illyrica contusa, ex passo, more farinę hordeacę cocta, & bis terue calida imposita, benę discutit. Strumas *p*, inueteratosque scirrhos, radices coctę & admotę emolliunt. Fallopius asserit se strumis puerorum nullum remedium maius reperisse: radices virides elixat, & cum melle emplastrum facit, tum iridis & thuris puluerem addit, vlcus replet & emplastrum prædictum imponit, quoniam emollit. Scrophularum *o*, apostematatum durorum, & proprię iuncturarum, & neruorum, emolliens est, si cum aqua Sicilę, id est, betę, aut caulium, aut cum vino coquatur, & permixtum cum melle & oleo chamomelino. Succus durities omnes emollit. Sedis rimas & condylomata, omniaque in corpore excrescentia, sanat: vnde & Mesue monente, hæmorrhoidarum orificia, fotu aperit: & Marcello *s*, Iris vlcus interni durities mollit. Tumores *t* & dolores testiculorum quoque mirifice tollit, radicis farina drachmarum trium pondere, additis Cinamomi & Anethi singularum drachmis duabus, & croci scrupulo, si panni coccinei frusto, meraco albo perfuso, hæc omnia in puluerem trita excipiantur, & calida adponantur. Ad muliebres *u* fetus earum decoctum accommodatum est, quippe quod locos emolliat & aperiat (& muliebria trahat.) Induntur & pesis, radices enim, cum melle, collyrij in *u* modum subditę, fetus extrahunt. Ad *u* Ischiadicorum infusa, non minus idoneum, ipsarum decoctum: etiam *x* in modum emplastri impositę. Lumbis & coxendicibus cum resina illinuntur. Neruorum doloribus & contra perfrictiones ex oleo imponuntur. Ad paronychias farina etiam vtuntur: cum vino ad clauos & verrucas, triduoque non soluuntur. Vulnerarijs medicamentis rectę adduntur: nam, vt Dioscorides *y* siccę & tritę vlcera im-

*k* lib. 5. meth. cap. 27. *l* Dioscoridi. *m* Plinio. *n* lib. 5. meth. cap. 27. *o* Mesue. *p* Dioscorid. Fernel. lib. 6. method. cap. 6. *q* com. in Dioscor. lib. 1. cap. 6. *r* Scribon. de comp. medicam. 5. *s* de medicam. cap. 30. *t* Matthiolo. *u* Dioscorid. Fernel. lib. 5. meth. cap. 26. *x* Mesue. *y* Fernel. lib. 6. meth. cap. 17.



plent, & cum melle (ulcera & fordida) expurgant. Ulcera itaq; purgāt *a*, capitis præcipue, & suppurationes veteres. Fistulas *u* & sinus, carne explent (vt & succus *y* infusus:) quare ijs medicamentis adduntur. Tragus, cancro, fistulis, herpeti alijsque, & quidem genitalium vitijs cum primis, cum melle conducere asserit. Mesues, vulnorum antiquorum & putridorum medicinam magnam vocat, mundificans ea, & in ijs carnem laudabilem generans. Contra canum morsus ex oleo imponuntur. Ossa fracta extrahunt, cum melle impositæ, & carne *b* nudata operiunt. Hinc in pulveres illos, qui capitales vocantur, recipiuntur. Induntur *c* & malagmatis & acopis, nec non clysteribus: ad vnguenta etiam *c* vtuntur. In summa ad multa utilissimæ sunt. In *d* vinum & cereuisiam suspensæ, hanc dulcem conseruant, illud verò, iucundo cum odore, tum sapore commendant: & pistoribus *d*, ad fermentum triticeipanis parandum, vsitatae sunt. Radices quoque has vestibis interponunt, vt à tinearum erosionibus tueantur, & odoris fragrantia commendent, Plinio monente. Oleum etiam habetur *Irinum*, & quidem simplicissimum, ex Mesuei præscripto: quod hoc pacto conficiunt: accipiunt florum partes duas, radicum partem vnã, & ad modum olei rosati, vel violati conficiunt. At, alia est Aetij *e* confectio, additis aromatibus: ab hac diuersa est Nicolai Alexandrini *f*. resoluit, emollit, concoquit, frigidos dolores capitis mulcet (catarrhum *g* maturando,) auribus instillatum: foetori nasi confert: hepatis, lienis, renum, vteri, articulorumque & cæterarum corporis partium affectibus utile. Somnum *g* conciliat inunctio eius ad tempora, quod Dioscorides de Iride pronunciavit. Verum, quæ ratione somnus calidis rebus inducatur, cum id nemo memoriæ commendarit, ambigi potest: siquidem, vt somnus adueniat, necessum sit, insitum calorem, ad internas partes reuocari, & spirituum meatus occludi, hæc enim causa somni est, vt Aristoteles *h* docuit. Iam verò certum est, à calidis medicamentis & insitum calorem euocari, & spirituum vias referari, quæ duæ causæ vigiliarum sunt. Respondetur, fieri posse, vt admotis ad cerebrum calidis,

A pituita qua scetet attenuetur, sicque vaporum copia excitetur, hocque pacto somnus per accidens concilietur: præsertim, vbi eo non sunt feruore, vt vapores, quos excitarunt, etiam dissoluant. Sic ergo Irinum oleum, temporibus inunctum, cerebri pituita attenuata & vaporibus multis excitatis, qui dein à cerebri frigiditate incrassati, vias spiritibus intercipiunt, somnum inducere possunt. Quo modo, & suffitus aromatum, qui licet meatus referent, crassos humores extenuent, capitis tamen grauitatem efficiunt, Hippocrate *i* monente, ob vaporum copiam ad caput attractam, ita vt de Irino oleo, mirandum non sit. Adde etiam ex iucundissimi odoris per arterias in caput ascensu, animales spiritus foueri posse, quod ad illorum quietem plurimum facit. Marcello *k*, oleum Irinum, si per clysterem immitatur, pituitosa & aquosa & purulenta & atra, deducit. Vnguentum quoque Irinum habetur, quod, Plinio *l* autore, Corinthi diu maximè placuit, postea Cyzici: & vt idem *m*, optimum antea Irinum Leucade & Elide afferebatur: iam pridem enim Iris seritur: nunc è Pamphilia, sed Cilicium maximè laudatur. Qui volet Irini spissamentum, eiusque vires nosse, Dioscoridem *n* consulat. Iridis verò prunum redolentis, vis & facultas, alijs Iridibus similis videtur, cum acris & calida sit: excalescere enim & attenuare, ordine primo aut secundo inchoante, volunt: sed potissimum foliorum, vrendi vis insignis est: quare, licet cum præcedentibus viribus conueniat, tamen propter vim nimiam causticam, caute hac vtendum est. Oleum, ex huius florib. fieri, quo quidam ad mammas ex partu tumentes, & ad testium inflammationes, vtiliter vtantur, Matthiolus refert.

~~~~~

## E DE ACORO SIVE CALAMO AROMATICO OFFICINARVM

### CAPVT XII.

A CORVS, ἀκρον Græcis, quod τῆς κόρης, id est, pupillis siue caliginosæ aciei oculorum medeatur *a*, nam, sicut Ceterach Asplenium dicitur à splene, ita Acorum à pu-

*a* Arginet. *a* Plinio. *b* Dioscoridi, Fernel. lib. 6. Method. cap. 6. *c* Theophrast. 9. hist. 7. *d* Trago. *e* tetrahibl. 1. serm. 1. *f* Sect. 16. cap. 30. *g* Mesueo. *h* lib. de somno & vigilia. *i* 5. aph. 28. *k* cap. 30. *l* lib. 13. cap. 1. *m* lib. 21. cap. 7. *n* lib. 1. cap. 67. *a* Fallop. com. in lib. 1. Dioscor. cap. 7. Penain Aduersar.



pilla vocari *b* produnt. Acoros Plinio *c*. A-A  
 phrodisiam, Itali Veneream (quod Vene-  
 rem mirifice excitet.) Græci Achorum. Gal-  
 li, Piper apium, quod earum aluearijs su-  
 spensa apes nunquam diffugiant) item San-  
 dicem nauticam & Singentiana, Apuleio *d*  
 monente vocant incerta huiusmodi no-  
 minum origine. Arabibus *Vage*, seu *Vgi*.  
 Apud Theophrastum *e* *Αχορος* habetur,  
 (Veneriam vertit Gaza,) ubi recenset, cum  
 feminibus ipsis nonnulla flores edere, ut  
 est Acorus, Cnicus, &c. At, videtur non *B*  
 Acorus, sed Acanos legendum, quod & Cæ-  
 salpino *f* placet. Dioscorides *g* & Oriba-  
 sius *h* sic describere: Acorum folia habet  
 Iridis æmula, attamen angustiora, radices-  
 que non dissimiles, verum implicitas, ne-  
 que in rectum actas, sed obliquas, & in  
 summa terræ superficie sparsas, geniculis  
 interceptas, subalbidas. Plinio *i* Acorus  
 Iridis folia habet, angustiora tantum, &  
 longiore pediculo: radices nigras, minus-  
 que venosas, cætero & has similes Iridis, *C*  
 ructu (alii, erutu legunt,) faciles. Sanè,  
 Plinius cum Dioscoride conveniret, nisi ra-  
 dices nigras, minus venosas ac erutu faci-  
 les diceret. At, haud dubiè locus Plinij de-  
 prauatus est, cum nemo alius radicis nigræ  
 mentionem fecerit: & quod idem dicat, ra-  
 dices Acori Cretici esse Ponticis candidiores,  
 ita ut utraque radices candidas esse suppo-  
 nere videatur. Genera tria Acori ratione lo-  
 ci: primum est ex Colchide, secundum ex *D*  
 Galatia, tertium ex Creta: horum autem  
 primum melius est. Et Plinius *j* optimas  
 (radices) inquit Ponticas, dein Galaticas,  
 mox Creticas: sed primas in Colchide  
 juxta Phasim amnem: recentibus virus ma-  
 ius, (fortè vires maiores) quam vetustis:  
 siccantur utribus, digitalibus frustis. Ha-  
 beri etiam in Chio, Hellepontoque & Eu-  
 xino mari, radicem Acori subrubentem,  
 venis intrinsecus nervosis, prætenuibus &  
 candidis, qua indigenas Iridis loco uti fe-  
 rant, Hermolaus *k* scribit. Nunc, qualis sit *E*  
 Calamus aromaticus, officinis vulgo & per-  
 peram dictus, ostendamus.

ACORVS VERVS: radice est Iridis radici  
 æmula, in oblongum acta, sese summa tel-  
 lure diffundente, quincunciali, aut mini-  
 mi digiti longitudine, frequenter, sed in-



æqualiter geniculata, firma, extèrna parte  
 candicante, cum sub terra latet, supra ter-  
 ram extante virescente, intus candidissima,  
 (in candido / modice rubescente) substan-  
 tia rara, angustissimis poris fungosa, ac pon-  
 dere leui: iucundi odoris, præsertim re-  
 siccata, gustu subamaro, acri, tenui, & aro-  
 matum modo suaue odorata: innumeris fi-  
 bris, albicantibus & crassis, ima parte, ad-  
 natis: ex cuius singulis ferè geniculis, pro-  
 pagines, alternatim in obliquum, spargun-  
 tur, ita ut noua germina prodeant. Folia,  
 primo verè erumpunt, Iridis angustiora,  
 multoque longiora, sæpius sesquicubitalia,  
 vnciali ferè latitudine, venosa, in aciem &  
 mucronem fastigiata, elegantissimo viro-  
 re nitentia, dorso aliquantum extante, quo-  
 rum medium, reliqua plerumque superat,  
 & illorum alia ex alijs prodeunt, ita tamen  
 ut medium folium plerumque reliquis lon-  
 gius sit: quæ sub hyemis initium marce-  
 scunt & siccantur, ineunte autem vere no-  
 ua germinant, trita, iucundum & aromati-  
 cum odorem spirant, tam viridia quam sic-  
 ca, gustuque sunt feruido & amaricante,  
 non tamen ingrato. Caulis, folio similis, è  
 latere exit, eiusdem cum reliquis folijs lon-

*b* Fallop. lib. 1. ex Gal. 6. de simp. med. facili.

*c* lib. 25. cap. 13.

*d* de plant. 7.

*e* r. hist. 2. 2.

*f* lib. 10. cap. 46.

*g* lib. 1. cap. 2.

*h* 11. Collect.

*i* lib. 25. cap. 13.

*k* lib. 1. Corol. 2.

*l* Cordo lib. 4. cap. 66.







menstrua multum facere Fallopius *f* notauit, qui radices in vino tenui coquit, cum succo boraginis miscet, huius vsque ad cyathos quatuor exhibet, quo remedio, infinitos lotij suppressione laborantes, se sanitati restituisse, asserit. Serpentum & ictibus auxiliatur: ac infessu, tanquam Iris ad muliebria (menses *g* scilicet suppressos promouendo,) conducit. Interioribus foeminarum morbis vtile *b*. Testium tumores radix decocta in vino tritaque & illita: durities *b* & collectiones omnes sanat, decocto eius herbae fountibus. Succus radice, Dioscoridi, ea quae pupillae officium, caliginemque offundunt, discutit: Plinio succus potus: Galeno & Oribasio, ceratoidis crassitiem detergit simul atque extenuat: ad quod melior ipsius succus. Vtiliter etiam ipsa radix antidotis miscetur, Dioscoride & Plinio monentibus: quare, aliquot antidota, ex Acoro confecta, Myrepsius *i* proposuit. Quod vero recentiores Acorum ad cerebri & neruorum aegritudines frigiditas tantoperè extollant, licet, considerato ipsius temperamento, neruis prodesse putandum sit, nihil tamen a Dioscoride, Galeno, Aegineta, Oribasio, Aetio, quod haecenus legerimus, de huiusmodi iuamento traditum est, quod de Pseudoacoro Matthiolus tradit. Nostra aetate, & eclegmatis, non absque fructu, additur, quando crassi, crudi, frigidique humores pulmones & pectus occupant: Acori, ex *k* aqua decocti vapor, per infundibulum hiante ore exceptus, maximo iuamento est tussi: eiusdem quoque radice puluis & cinamomi drachma, in vini absinthitis haustu sumpta, frigidum infirmumque ventriculum roborat. Oxymel ex Acoro, ad refrigeratos lienes, & refrigerata iecinora, hoc pacto Matthiolus conficit. Acori radicem libra, crassiuscule trita, tribus diebus in aceto maceratur, postea ad medias coquitur, dein linteolo percolatur, demum mel quod sufficit adiungitur, & quousque acetum euanescat coquitur, quotidie vncia cum eiusdem Acori decocto exhibeatur. Radix, aduersus corruptas aquas utilis: que forte ratio, cur Tartari plerumque hanc radicem circumferant, nec aquam bibant, quin prius in ea Acori radicem macerarent: simile quiddam Mattheus à Michon *l*

A tradit. Recentiores eius radices, cortice liberatas & diligenter repurgatas, Constantinopoli saccharo vel melle condire solent, & in usum seruare: mane namque, aduersus corrupti aeris contagia, plerumque edere solent, Clusio monente. Germani eas hoc modo condiunt: radices integras, in aqua, donec mollescant, decoquunt, vt sic aliquantulum amaritudinem depurant, cortice delibrant: quod si nimium intumescant, per longitudinem findunt: B mox in cribro setaceo exsiccant: dein saccharum coctum, non tamen nimium calens, affundunt: horis viginti quatuor vbi steterint, colant, in syrapi consistentiam coquunt, & rursus tepidum affundunt. Haec sic conditae, ventriculum humidum exsiccant, concoctionem iuuant, halitum commendant, obstructions viscerum tollunt, vrinas & menses promouent, & venerem irritant. Verum, & folia exsiccata Germani reponunt, quibus in vinis medicatis & C fotubus vtuntur. Controuertitur inter auctores, de Acoro Dioscoridis, quidnam sit: alij hanc, alij aliam radicem statuentibus, breuibus eorum opiniones referamus. Primo, vulgus Pharmacopœorum, haecenus, pro Acoro Dioscoridis, Pseudoacorum assumpsere: qui suas habent asseclas, inter quos Ruellius *m*, qui, & veri Acori & adulterini descriptionem, miscet, ac veri vires subiicit: verum, erroneum hoc esse, sequens caput docebit. Alij, radicem eam D acerrimam & odoratam, quam officinae, Mauritanos secuta, Galangam, (sed minorem) vocant, Acorum, vt Brassavolas cum Leonicensi, statuunt. Verum, Cypero potius cognata videretur Galanga, nisi Myrti folia Garzias tribueret, (cuius nomine, Cyperus, Galanga syluestris nonnullis dicitur:) & Acorus Iridi similis: non enim videas radices Galangae, Iridi similes, nec subalbicantes, quales Acori, Dioscoride monente: quin potius & extrinsecus & intrinsecus E rufescunt: quae non solum acres vt Acori, sed etiam linguam adurunt: nec amaritudo ulla in Galanga: cum, Acori radicem subamaram, Galenus pronunciarit: sed plenius capite de Galanga. Tertia sententia est Fernelij *n* & Fuchsi, qui Galangam crassam Acorum faciunt. Nam, cum Fuchsius, prioris Galangae radices mi-

*k* comment. in lib. 1. Dioscor. cap. 6. *l* Matthiolus.

*g* Plin. lib. 26. cap. 15. *h* Sarmatia lib. 1. cap. 12.

*b* Plin. lib. 26. cap. 12. *m* lib. 2. cap. 2.

*i* de antid. sect. 1. cap. 41. 332. 455. 469. *n* lib. 5. method. med. cap. 24. *k* Mat-



nores, videret, quam vt Acori radices statui possent, Galangam maiorem Acorum, asseruit, quem Amatus secutus est, qui aliter prius senserat, & Cornarus o & Foesius p: idemque Cæsalpinus suspicatur. At Anguillara, Galangam maiorem, in plerisque, Acoro Dioscoridis quidem conuenire, docuit, sed effectum contrarium ostendere concludit. Sed, cum Iridi non sit similis, nec forma, nec colore, nec vlla in ea sit amaritudo, quin etiã Serapio diuersis capitibus, tanquam de rebus genere & facultate diuersis, egerit: imò recentiores Græci, Aetius & Actuarius & seorsim tria diuersa medicamenta nouerint, Acorum, Galangam, & Calamum, & aliquando in antidotorum compositionibus simul tria illa, etiam diuerso pondere posuerint, vt in Aurea Alexandria apud Actuarium q & Myrepsium r videre est, (qua in compositione, Pharmacopœi, Calamum & Galangam vtramq; assumere consueuerunt,) quis huic sententiæ adstipulabitur. Fallopius s asserit, Acorum Græcorum & Galangam Auicennæ, cum Galanga officinarum nil commune habere, quia multa desiderentur: nam, etsi calidum & siccum sit, & rubrum, & acre, esse tamen & alia aromatica, quæ has quoque notas habeant. Quarta opinio est, Calamum aromaticum in officinis vulgò dictum, esse Acorum: quod Manardus t & Mundella suspicati sunt: siquidem ille, vel Acorum esse, vel aliam quandam rem sibi incognitam pronunciarit: & alibi u, vel D verum Acorum esse, vel viribus ei non dissimilem: & Mundellæ x, officinarum Calamus magis ad Acori radicem accedit. Idem & Ericius Cordus suspicatur, & pro Acoro vtitur. Acorum esse, primus Tragus pronunciaſſe videtur: secutus Matthiolus & Amatus (in suis primis in Dioscoridem commentarijs, sub Roderici nomine editis,) Valerius Cordus y, qui ei malè tribuit florem magnum, Iridi æqualem, luteum, ita vt videatur cum Pseudoacoro E confundere. Secuti sunt posteriores penè omnes: & quidem rectè, cum enim omnes notæ Acoro à veteribus tributæ, pulcherrimè conueniant ei radici, quæ hodiè per totam Europam Calamus aromaticus, non tamen sine errore, appellatur, quid ni Acorum Dioscoridis pronunciemus? Dissentit

A Anguillara, his rationibus motus, quod calamo Aromatico recenti non sit is odor & sapor, quem Dioscorides Acoro tribuat, siquidem odoris sit ingratisſimi & summè amarus: nec radicem Iridi esse similem, nec colore albo. Addit quin etiam, ex Dioscoridis contextu colligi, Acorum frustatim dissectum, nullius esse pretij: contrarium verò in calamo fieri, & hunc quo antiquior sit, eo magis amaricare ac suauius olere. Respondetur, radices recentes etiam odoratas esse: saporem amarum Galenum requirere, non tamen ita amaras esse, quin Tartari eas pro obſonio cum pane devorent, teste Matthiolo: quod verò Iridi sint similes, quis non videt? cum geniculatæ sint, solidæ & odoratæ: nec colorem album requirit Dioscorides, sed subalbum, (quod hæc dictio *ὑπολευκός* notat.) Denique quomodo ex his verbis Dioscoridis, optimum est densum, plenum, carie non exesum, odoratum, colligat, frustulatim dissectum nullius esse pretij, non assequimur. Refert Hermolaus z legiſſe se, in Meotide Calamum odoratum nasci, radice subalbida & sine fistulis, plena intus & amara, specie Acori, de quo falsos esse quosdam Acorum putantes: & ab Ionio Ponto & Herculis columnis prorsus apud omnes, qui mediterranea colant Africae, pro Acoro vicarium substituere, vt eadem non sint planè, maxima tamen germanitate visantur. Idem habet & Ruelius a. At inquires, si calamus Aromaticus officinarum non sit Acorus Dioscoridis, quid ergo erit? Et hic diuersæ sunt sententiæ. Alij namque, hunc verum Calamum aromaticum Dioscoridis, statuunt, vt cum Brassavola, Amatus & Cornarus fecere, sed malè, cum non tantum odore, sed etiam effigie tota, dissideant: siquidem, Calamo huic officinarum, caulis arundineus non sit: at Calamus Dioscoridis, arundinaceo caule donatur & assulatim frangitur, vt plenius supra b fuit ostensum. Anguillara, Iridis speciem esse vult; eò quod notas quasdam cum Iride communes habeat, siquidem radix intrinsecus sit purpurea, eaque exsiccata meliorem odorem acquirat, folijs item correspondeat: imò, si frustatim dissecentur, suauioris esse odoris, quod & de Iridis radice Dioscorides tradiderit. Respondemus, & Dioscoridem Acorum, & folijs, &

o in emblem. in Dioscor. p in sua pharmacop. q s. method. med. 6. r de antidot. sect. 1. cap. 1. z de compos. medicamentor. cap. 6.  
 t lib. 6. epist. 3. u lib. 19. epist. 3. x in exam. simplic. Brassavola. y in Dioscorid. lib. 1. cap. 17. a lib. 1.  
 cap. 37. b cap. de Calamo.




radicibus, & odore, similem Iridi pronun-  
 cialle. At Cæsalpinus, Calamo huic aroma-  
 tico, Costi Arabici descriptionem, satis  
 conuenire statuit: Dioscoridis c hæc sunt:  
 Costus præcellit Arabicus, candidus, leuis,  
 eximia odoris suauitate: quid hinc probare  
 possit non video. Nunc quis sit officina-  
 rum Acorus, explicare oportet.

~~~~~

DE ACORO ADVLTERINO SEV  
 ACORO OFFICINARVM.

CAPVT XIII.

ACORVS ADVLTERINVS.



**A**CORVS ADVLTERINVS SIVE OFFICINA-  
 RVM: radicem habet longam, genicu-  
 latam, in obliquum actam, multis capilla-  
 mentis fibratam, propter foliorum vesti-  
 gia & reliquias, foris villosam & nigrican-  
 tem, intus rubentem, substantia porosa, & E  
 ceu filis quibusdam venosa, gustu glandis  
 instar vehementer adstringente, inodora,  
 quotannis nouis oculis, instar Typhæ a-  
 quaticæ, germinante: folia, Iridis folijs lon-  
 giora, & angustiora, dorso vtrinque extan-  
 te, & iuxta mucronem euanescente, quo-  
 rum ea, quæ prope radicem sunt, nonnun-

quam subrufa apparent, cæteris pallide vi-  
 rentibus: caule est glabro, tereti & striato,  
 cauo & bicubitali: flores habet, Maio & Iu-  
 nio mense, luteos, Iridis forma, sed mino-  
 res, & angustioribus folijs, quorum tria  
 priora folia deorsum reflectuntur: alia tria  
 prioribus magis exigua, sursum feruntur:  
 & eorum, quæ in veris Iridibus visuntur,  
 quædam veluti rudimenta tantum, ac pri-  
 ma lineamenta: floribus siliquæ longitudi-  
 ne & crassitudine pollicari, triangulares,  
 B intus trifido septo, in tria loculamenta, se-  
 cundum longitudinem, diuisæ, succedunt,  
 quæ semina multa, ordine congesta, com-  
 pressa, plana, cartilaginea, lentibus multo  
 maiora, cute primum lutea, mox rubente,  
 tandem rufa intecta, medulla tamen intus  
 alba odorata, sed saporis planè ingrati,  
 continent.

**Locvs.** Gaudet locis palustribus, humi-  
 dis & riuis pratis & fluuiorum margini-  
 bus, Germaniæ, Galliæ & Italiæ: etiam in  
 C hortis, quamuis non humido loco, propter  
 radicem solidam & geniculatam, aliquan-  
 diu durat.

**NOMEN.** Dicitur Acorus Brunfelfo,  
 Fuchsio: Acorum Lacunæ: Acorum offi-  
 cinarum Fuchsio: Acorum adulterinum,  
 Trago: Acorum falsum, Matthiolo, Casto-  
 ri: Acorus falsa, Cordo a, Gesnero b: A-  
 corus vulgaris herbariorum, Gladioli ge-  
 nus, Cornaro: Acorus nostras, Ruellio:  
 Acorus palustris, Fallopio: Acorus nostras  
 D palustris, Aduersarijs, Lobelio: Acorus lu-  
 teus falsus, Lugdunensi: Acorus vulgo &  
 Iris syluestris, Cæsalpino: Iris lutea, Do-  
 donæo c & Cordo d: Iris palustris lutea,  
 Tabernæmontano, Gerardo, Franco: Gla-  
 diolus luteus, Fuchsio e: Gladiolus aut A-  
 corus falsus, Turnero: Gladiolus aquatica,  
 vel luteis floribus, Amato: Pseudoiris, Do-  
 donæo: Pseudoiris palustris, Eystettensi:  
 Pseudoacorus, Matthiolo, & Lonicero, qui  
 alio capite, sub Gladiolo luteo, de eo agit;  
 & in viribus explicandis & Acori veri &  
 falsi & Gladioli Dioscoridis vires confun-  
 dit. Butomon Clusio f. Germanis, Galt  
 Schwertel / vel Galt Wasserschwertel / id est,  
 Gladiolus (à foliorum forma) aquaticus  
 luteus, Galt Wassergilgen / Drackenschwertel / A-  
 dterwurz. Belgis, Geel Lisch. Anglis, Water-  
 flags or Flower de luce. Gallis, Glaieul de ma-

e lib. 1. cap. 13.

a in Dioscorid.

b libro de hortis.

c alit. Gallica.

d in historia.

e in historia.

f histor. rarior.



*rais, ou Flambe bastarde, ou de rimeres.* Italis, *Giglio giallo, Acoro bastardo.* Bohemis, *Kosa-teczbity falešny.* Polonis, *Miczikonnie Korzenie.* Huius radice officinæ pro legitima Acori radice vsæ sunt, & perperam Acorum vocant. Ostendamus quo nam hæc planta referatur. Ad Acorum quidam referunt, quos *Seplasiæ* adhuc sequuntur: sed male. Nam, licet in aliquibus fortasse Acoro conuenire possit, forma tamen & viribus ab eo plurimum dissidet: radices namque formâ & colore variant, sic & caulis, flos & semen. Radix huius inodora, austeri & acerbi saporis: Acori vero odoratissima, acris & amara, quare contrarium habeant temperamētum necesse est. Nec valet obiectio, Acorum in nostris regionibus sic degenerare: nam, præterquam quod notus iam sit Acorus verus, tamen hic *Pseudoacorus* etiam in calidis regionibus proueniens, eandem austeritatem seruat: & e contra, verus Acorus, frigidioribus regionibus nascens, eandem habet acrimoniam, quam in Syria multo calidiore terra enatus. *Ruellius g* cum vero Acoro confundit, verique Acori vires ei perperam tribuit. Et, vt *Fallopianus b*, Acorum in palustribus natum, quidam verum Acorum esse voluerunt, sed errant, quoniam planta hæc communissima est, & radices habet rubras, non acres, neque amaras. Alij ad *Xiphion*, seu *gladiolum* referunt, vt *Tragus* & *Cornarus*. *Fallopianus b* autem non consentit, sed potius *Xiridem* aquaticam esse, quoniam radix vim habeat, *D* spicula infixâ extrahendi, sicut radix *Xiridis* faciat. Alij, *Butomon* *Theophrasti i* statuunt, vt *Valerandus Donreus*, *Lobelio* monente: quam sententiam, *Lugdunensis* herbarij autor, approbat. Sed, quid *Butomus* sit *Theophrasti*, supra *k* ostendimus. Alij, *Irim* improbatam, quæ in maritimis nascatur, apud *Theophrastum* & *Plinium*, volunt, vt *Cæsalpinus*. Verum, ob breuitatem, nil ex *Plinio l*, taceo ex *Theophrasto*, elicias. *Dodonæus*, *Iridi* quam Acoro similiorem statuit: Acoro vero, vel *Galangæ* proximior, propter radicis vim adstrictoriam, *Aduersaria* pronunciant: hinc *ψυδρακρον* dicitur.

**QUALITAS ET VIRES.** Radix hæc, quæ minimè contemnenda desiccandi & insigni vi adstrictoria, pollet: an verò frigida, an

**A** calidissima sit ambigitur, siquidem citra excalfactionem desiccare, cum *Fuchsio*, herbarij *Lugdunensis* autor scribit: at *frigidam* & siccam ordine secundo, *Dodonæus* pronunciauit: *Matthiolo* vero radix, cuius tantum sit vsus, exsiccat, & non nisi parum excalfacit: verum, vt *Aduersaria* monent, si non primore lingua, sed intimo gutture, explores, aliquid acrimoniam gustanti semper inurit, non quidem illico prima impressione, sed aliquanta cunctatione: quare non **B** frigidum sed mediocriter calidum pronunciare oportet. Notauimus flores feruentissimi gustus esse, ita vt gustati, nec succo deglutito, fauces, omni *Siliqua*stro violentius, vellicent, nullo interim, vt ex *Aro*, vestigio caloris mordacitatisque relicto, vel impresso. Sanguinem vndiquaq; manantem radix supprimit: sunt, qui tantarum virium statuunt, vt duntaxat corpori appensa, appressaque, quemlibet sanguinis fluxum sistat: imò, ab omni sanguinis fluore tutum præstare *Pandectarius*, asserit: *Maio* mense lectam, spasmodum flatulentum quoque abigere aiunt. Ad mensium fluxum nimium, succo radicis ad ignem expresso, aliqui vtuntur. *Vesicæ* & *coxendicum* dolores, in vino decoctam & potam, mitigare, *Tragus* autor est. E radice, *eclegma* aduersus calculum, conficiunt. *Matthiolus*, qui alias inutilem & inodoram dicit, testatur multorum experimento constare, propria sua natura, ad omnes neruorum & cerebri affectus valere. *Foësius m*, Acori palustris vsus nocet, sed Acori *Indici*, hoc est *Galangæ* crassioris, conuenit. Radices, & melle, & saccharo, instar *Zingiberis*, conditas, ad oceanum magnum, seruari, & augendi seminis gratia dari, *Cornarus n* scribit. Harum etiam, in *Diacoro* officinarum, vsus est: licet, non desint, qui verum Acorum, hoc est, *Calamum aromaticum* officinarum, magis in hac confectio-  
**E** ne probent. Etsi vero, in vulgato hoc Acoro, calor sit remissus, plus tamen caloris & roboris ventriculo, partibusque finitimis addit, quam verus Acorus, qui suo feruore potius innatum calorem dissipat, atque vires insitas populatur: quod vulgus etiam nouit. Sunt, qui gratiæ conciliandæ causa, *Caryophyllos* traiciant, vt & in *Iuglandibus* fit, ac neutiquam contemnendum expe-

g lib. 2. cap. 2.

h comment. in lib. 1. Diosc. cap. 7. i histor. 8. medic. in Acoro. n

k capite de Sparganio. l

lib. 21. cap. 7.

m de compos.



riuntur. Conferua, ex radicibus Acori-  
sis, per cribrum medicum transmissis, quæ  
saccharo duplo ad electuarium percocto,  
excipiuntur, paratur. Ex floribus, quam  
rectè aliqui aquam destillent, qua ad in-  
flammationes oculorum vtuntur, quis ex  
florum qualitate non colligit?

~~~~~

## DE ACORO ADULTERINO AQUITANICO.

### CAPVT XIV.

**A**CORVS ADULTERINVS AQUITANICVS:  
radice est crassiore, densiore quam  
Chinæ, aut Galangæ, ei tamen concolore,  
prædura, frangenti contumace, lignosiore  
quam Chinæ, prælonga, tuberosis genicu-  
lis cincta, quæ adstrictionis plurimum ha-  
bet: tota est crassa, inertisque facultatis, nil  
leuitatis emplasticæ, uti China habens.

**Locvs.** In agro Tholosano plusculis ab  
hinc annis eruta, quam Pharmacopœi pro  
China, & venditare & venundare ausi fuere,  
quod facie esset haud ita dissimili, sapore  
ferme nullo, eoque Apio affini. Arundina-  
cea effigie, Antuerpian Londinumque de-  
lata, Chinam eumentita, ita vt multos Medi-  
cos in lætitiâ coniecerit, ratos, se in Gallia  
Chinam inuenisse, ad Luis Venereæ appa-  
ratum: sed Acorum, non Chinam, gustus  
& euentus patefecit. Morbo Neapolitano  
curando ineptissimum, norunt, qui frustra  
sæpius experti sunt: tametsi ad vlcera mala  
& strumas illi suæ dotēs non desint. Hæc,  
de Acoro Aquitanico, ex Aduersariorum  
Penæ & Lobelij opere desumpta sunt.

**NOMEN.** Acorus Aquitanicus Penæ:  
China Spuria Acori effigie, Lobelio a,  
dicitur.

~~~~~


## DE GALANGA

### CAPVT XV.

**G**ALANGA, quæ recentioribus Græcis  
*καλάγγα*, Arabibus *Calingian* nomina-  
tur, etsi apud Serapionem a & cæteros  
Mauritanos, *Culungem*, aut *Galungen* cor-  
ruptè legatur: nunc verò b *Caluegia* ab ipsis  
nominatur. Germanis, *Galganwurk*. Bel-

Agis, *Galigaen*. Gallis, *Galimgal* vocitatur.  
Hæc officinis duplex est, maior & minor.

### I. GALANGA MINOR.



**I. GALANGA MINOR**, quæ simpliciter,  
nulla cognomenti adiectione, & proprie,  
hactenus Galangæ nomine cognita fuit:  
nunc verò, cum & alia eiusdem nominis,  
& quidem maior afferatur, minoris cogno-  
mine ab altera distinguitur: quamuis, &  
forma, & nonnihil facultatibus, differat.  
Radice est geniculata, & in quosdam no-  
dos crassiores, & (iuxta nodulos ex inter-  
uallis) nonnihil intorta, inæquali, læui &  
adnatis in transuersum & in obliquum ten-  
dentibus brachiata, crassitudine minimum  
digitum æquante: foliorum vestigijs ex in-  
teruallo teu circulis cincta, foris rufa &  
subfusca, intus autem flaua (at Paludano c,  
tum foris, tum intus rubens,) quæ dura, so-  
lida, venosa cum frangitur, tritu difficilis:  
odore valde acri, aromatum modo iucun-  
do, & Cyperum quadantenus, tum forma,  
tum odore, imitante: vnde, a non paucis,  
pro Cypero Babylonico, habetur. Sapore  
Piperis, seu ignis instar feruido, & aroma-  
tico, linguam vellicante: folijs, autore Gar-  
zia, Myrti, (quibus a Galanga maiore, mul-  
tum diffidet.) Duarum palmarum altitudi-  
ne fruticat.

**Locvs.** Spontè nascitur: ex Chinæ  
d regione, in Indiam, inde in Lusitaniam  
defertur. At Matthiolus, in Italiam, tam  
ex Memphi, quam ex Syria, transferri  
scribit.

**NOMEN.** Galanga & Galanga minor, of-  
ficinis dicitur: Galanga, Ruellio, Brassauo-

a editio Belgica & iconib.

a cap. 312.

b 4. pars. Ind. Orient. cap. 39.  
Ind. Orientalis cap. 39.


c notu in 4. pars. Ind. Oriental. cap. 39.

d 4. pars.



læ, Mundellæ, Gesnero e. Galanga minor, A Matthiolo, Cordo f, Fuchſio g, Cornaro, (quam, herbarij ſagaciores, Babylonicum Cyperum appellant) Lonicero, Aduerſarijs, Garziæ, Lobelio, Acoste, Lugdunensi, Tabernæmontano: Galanga Indica, ſeplarijs subtilis, Amato: Galanga tenuis, Coſtæo: Galanga officinarum & Cyperus Babylonica Græcis recentioribus, Cæſalpino: Chinēſibus apud quos nascitur Lauandou h. Huius, tanquam nobilioris, magisque odoratæ, præcipuus vsus est: sed eligenda est B denſa, mediocriter ponderosa, foris in fusco rufa, intus ſulua, minimè pallida, dum cultro inciditur ſplendens, nequaquam vermibus corroſa, gustu cum aromatica ſuauiſſime acerrima & odoratiſſima: quæ enim candicat & pondere cedit, aut odore vacat, aut crebris ſcatet foraminibus, aut in puluerem fatiſcit, improbatur. At cum adulterari ſoleat, notandum, vt Ruellius i & Matthiolus monent, eſſe impoſtores qui intortis Iunci, (Cyperi, inquit Matthiolus,) radicibus, in C aceto piperato maceratis, Galangæ acrimoniam, mentiantur, ſed impoſtura, cortice deſaſo, detegitur, qui hunc ſaporem ebiberat, interius namque tale nihil reſipere inuenitur.

II. GALANGA VERÒ MAIOR, ſic dicta, quod Galangæ figura reſpondeat, illa tamen multo maior eſt: radice ſiquidem eſt pollicem, & duos interdum digitos craſſa, nodosa (arundinis modo Garziæ: vel, vt Pena, Acori paluſtris vulgaris,) inæquali, quaſi ramis brachiata, veſtigijs foliorum candicantibus veluti circulis cincta, & gracilibus neruoſiſque cirris fibrata: colore foris rufo, vel ſubnigro: ſubſtantia intus alba, leui, venoſa, Zingiberi ſimili, odore acri (non tamen æquè vt prior odorata & fragrante) ſternutamenta prouocante, ſapore acerrimo, ingrato, ventriculuni ſubuertente: quæ vt autor Garzias binum ferè cubitorum, (Iauanensis k verò quinque ſpithamarum) altitudine attollitur, folijs mucronatis in modum cuspidis lanceæ (vel, vt Pena, folijs Iridis aut Xiridis nigricantibus, anguſtioribus tamen.) Caulis ex eorundem inuolucris vt in Orchidum generibus videtur: ſos candidus & inodorus (folia l & flores florem Lis (Iridis forte, nam Liſil



Belgis hanc denotat.) æmulantur) ſemen paruum.

Locvs. In Iaua k & Malabay ſponte ſua creſcit non arte, non induſtria exulta: & licet k ſponte quoque vbiuis proueniat, nihilominus tamen, à quibusdam Indis, in hortis quoque plantatur. Verum, Garzia autore, ſeritur radice duntaxat vt Zingiber, radice in terram deſoſa, non ſemine. At ex ſemine nata, exigua quantitate, quanta videlicet acetarijs, & huius gentis vsui medico ſufficit, prouenit. In Sunda m & inſula Bali quoque creſcit, vbi Liburnicis in Septentrionem redituris, venundant. In Alepo Syriæ reperiuntur autor Anguillara: vbi vulgo, (ſcribit Pena,) Iris putatur & nominatur propter arctam foliorum potius quam radicis ſimilitudinem: qui & in hortis Patuiniſ & Venetiſ vidit.

NOMEN. Galanga maior, Matthiolo, Cordo n, Lonicero, Aduerſarijs, Garziæ, Lobelio, Cæſalpino, Lugdunensi, Tabernæmontano: Galanga craſſa, Amato, Coſtæo: Acorus, ſeu Galanga maior Leoniceño, Braſſauolæ, Fuchſio o, Cornaro, Fernelio p: Acorus Indicus Fœſio q. In India Payas k vocatur. Iauaneniſibus, apud quos

e in Catalogo. f in hiſtoria. g de compoſit. medicament. h Linſcott. part. 4. Ind. Orient. cap. 39. i lib. 2. cap. 4. k 4. part. Indiæ Orient. cap. 39. l 4. part. Indiæ Orient. appendic in qua enarratio animalium fruſtuum arborumq; cap. 7. m 3. part. Indiæ Orient. cap. 39. n in hiſtoria. o de compoſit. medic. p lib. 5. meth. cap. 18. q de compoſ. med. in Acoro.



crescit, *Lancua* dicitur. Vtramque Galan-  
gam, veteribus ignotam fuisse, & Arabibus  
non satis perspectam, plerique censent. Ete-  
nim Auicenna & Serapio, autore Garzia,  
exactam huius plantæ notitiam non habue-  
re, cum dubitanter de ea scripserint, ita vt  
Auicenna duobus diuersis capitibus de ea  
egerit: altero *r* sub *Calangiam*, altero *s* ve-  
rò sub *Caschendar* nomine. Sed, sub quo  
nomine, vel maioris, vel minoris, memi-  
nerint, ignoramus. Contra vero, Costæus *t*  
legitimam vtramque esse quæ circumfera-  
tur, scribit, quod Serapionis & Auicennæ  
historia collata, patefaciat. Suspiciatur Pe-  
na, Arabes Galatium Acorum, quod cæter-  
is Dioscorides *u* præfert, in Galauge siue  
Galangæ nomenclaturam deprauasse, vt,  
qui fortè Galangam, Acori speciem esse  
putarint. Fortasse autoritate Brassauolæ *x*  
motus, qui, præceptorem Leonicum se-  
cutus, Galangam Acorum apud Dioscori-  
dem esse voluit, eò quod folia Iridis, angu-  
stiora tantum habeat: radices implicatas, in  
rectum altumue actas, gustu acres, odore  
non ingratas. Et, quemadmodum Diosco-  
rides, Acori radicem, subalbidam dixerit:  
sic Galangam, quæ antiqua non sit, colo-  
rem *καθαρόν* subalbidum habere, si recte  
consideretur: quoad gustum, Acorum Dio-  
scoridem gustu acrem dicere, & nullam  
amaritudinis facere mentionem: & Gale-  
no, gustu acri & modice amaro esse: quod  
si Galangam gustaueris, percepturum cum  
acredine non nihil amaroris, sed adeo vin-  
cere acredinem, vt id paucillum amari vix  
persentiat. Fuchsius *y* assentitur, quod  
omnes eas in senotas habeat: addens, con-  
cesso non esse Acorum, tamen præstare,  
hac, in Acori veri inopia, vti, reiecta vul-  
garis Acori radice. Amati *z* quoque est  
sententia, Galangam crassam, verum esse  
Acorum, quod radice figura, & sapor ad  
amaritudinem tendens, testetur: quoad  
colorem, in quo maior, vel tota difficultas  
appareat, cum Galanga nigra ad rubedinem  
vergat, Acorus verò, vt tradit Dioscorides,  
albus esse debeat & candicans, Plinium  
hanc animaduertisse dubitationem, illique  
occurrisse & eam diluisse, dum Acorum  
Ponticum *a* optimum esse dixit, qui radices  
nigras habeat, quales in Galanga crassa con-  
spiciantur, in parte præcipue exteriori su-

perficili, ad rufedinem vergente. Et,  
quod subdat Plinius *a*, Creticas candidio-  
res Ponticis; absurdum asserere, videri,  
cum Creticas radices candidiores Ponticis  
insinuet, ac si Ponticas candidas dixisset,  
cum potius eas nigras præfixerit: sed dubi-  
tationem omnem sustulisse, exponentem  
vtique ponticas Acori radices candidas esse,  
quoad partes centrales interiores: sed Cre-  
ticas Ponticis candidiores esse, in eisdem  
partibus, cum vtræque nigræ sint in parte  
exteriore. Addit, Dioscoridem *b*, cum in-  
quit, Acori radicem primam habere bonita-  
tis estimationem, quæ colore sit subalbida,  
densa & candicans, intelligendum in parte  
interiore, cum in exteriori potius nigricet  
cum quadam rufedine, vt in Galanga crassa  
conspiciatur, cui nec folia Iridis desint, vt  
ab ijs acceperit, qui Guineam nauigarint, &  
eam inde eradicantes, singulis annis transf-  
uehant, quanquam à Syria & Babylonia  
eam quoque afferant: vnde multi herbarum  
confectores, Cyperum Babylonicum eam  
cognominauerint. Hæc Amatus. Verum,  
Acori radix, vt capite proprio fuit ostensum,  
albida, odora, amaricans, fractu facilis, co-  
lore & concretionem Iridi similis est: Galan-  
gæ verò minoris radix, ex fusco intus foris-  
que rufescit, frangenti est contumax. Vires  
etiam contradicunt: minor enim odorata  
est, sapore admodum acri, (adeo vt mansa,  
Piperis vel Zingiberis modo linguam & fau-  
ces vellicet,) aromatico, minime amaro.  
D Maioris verò radix, viribus est imbecillio-  
ribus, colore dilutiore quidem, sed minus  
odorata, & adstringit, quæ vis Acoro non  
inest: quare Iridi aduersus vuluarum vitia  
substitui non potest, quod tamen cum Dio-  
scoride Galenus requirit. Adde, quod re-  
centiores Græci medici, Aetius, Actuarius  
& Myrepsius: imò & Serapio & Auicenna,  
de Acoro & Galanga diuersis locis (quod  
etiam Anguillaram mouit) tractant, vt ca-  
pite de Acoro etiam ostendimus. Fallo-  
pius *c* quoque eos, qui Galangam officina-  
narum, Acorum dixerint, errare asserit:  
nam vtrique Galangæ colorem rubeum in-  
esse, vtramque in calidis regionibus proue-  
nire: Acorum vero in frigidis: sic, Galan-  
gam amaram non esse, vt de Acoro Galenus  
dixerit: præterea Galangam habere genicu-  
la, sed totam sub terra opertam manere: ha-

*r* lib. 2. cap. 321. *s* lib. 2. cap. 196. *t* in Mesuem. *u* lib. 1. cap. 2. *x* in exam. simplic. *y* lib. de compos. medic. *z* lib. 1. in Dioscor.  
*a* lib. 25. cap. 13. *b* lib. 1. cap. 2. *c* comment. in lib. 1. Dios. cap. 6.



bere radices capillares, toti radici crassæ circumpositas, ac ipsam vndiquaque circumdantes, at in Iridis radice, in vna tantum parte radículas illas esse. Monachi in Mesuem *d*, Galangam Schoenanthi radicem esse volunt: quam opinionem, etiam Matthiolus refutauit. Inutilis enim est Schoenanthi radix, Galangæ verò, vt mox dicetur, vtilissima. Et Schoenanthum, auctore Garzia, in Arabia & Calaiate nascitur: Galanga verò, in China & Iaua, prouincijs ab Arabia procul distans, prouenit. *C*o-  
*st*æ *e*, Iunci species videtur, si appendices spectentur, quæ vtrique sint frequentissimæ. Clusius *f* sibi persuadet, Galangam nostram maiorem, Iridis genus esse, simile forte ei, quod in sua Pannonicarum stirpium historia primum posuit, & Iridem Chalcedonico flore vario, supra nominauimus. At Matthiolus, non esse Iridi similem, vel Acori radicem referre, sed Arundinis potius. Quod Galangam minorem attinet: alij, ad Cyperum retulere, Cyperum Babylonicam vocantes, vt monent Cordus *g*, Gesnerus *h*, Lonicerus: & id ob odorem, vt habet Ruellius: imò & ob figuram quandam, vt Fuchsius *i* & Matthiolus: hicque, Cyperi potius, quam Iridis folio prouenire, credidit: quod dubio procul Lonicerum mouit, vt vtramque Galangam folijs Iridis effingi curarit. Aduersarijs verò, an sit Cyperi species potius, quam Galangæ aut Acori difficile est statuere. Licet enim radices aspectu, duritie, odore, sapore, & nonnihil figura, Cyperum longam repræsentent, certe folia, si Myrti sunt, plurimum, non solum à Cypero, sed & Acoro, imò & Galanga maiore, distabunt. Rusco nostro congeneres, Cæsalpinus refert: imò suspicatur, Dioscoridem *k*, pro Piperis radice Galangam minorem, sumpsisse, idque ob similitudinem saporis cum Pipere: quod alij de Zingibere censent. Sane Galanga maior, vt minore crassior est, ita ignauior & viribus infirmior est: eligenda tamen maxima, leuis, plena, ac vermibus non corrosa: quinquennium enim asseruari potest.

QUALITAS ET VIRES. Galangam suam, Auicenna, calidam & siccam in secundo statuit: at, recentioribus *l*, Galanga calfacit & exsiccatur ordine tertio: cuius, apud

A recentiores medicos, tam Græcos quam Latinos, ad frigidos affectus, magnus vsus est. Medicamentum est cephalicum, cardiacum & stomachicum. Nam, Fernelio *m* frigidis & flatuosis, cerebri & ventriculi affectibus, medetur, & naribus indita cerebrum iuuat & firmat: idem *n*, radicem saccharo conditam, ad frigidos cerebri & neruorum affectus, & eorum robur accersendum, & peculiariter *o* ad artuum dolores, commendat. Cephalæam tollit, si diebus singulis modica quantitate mastice-  
*B* tur. Cordis palpitationi cum succo plantaginis utilis, & ad lypothymias, si à frigore causentur, puluis cum vino generoso, vel aqua melissæ, vel succo Borriginis: quare consueuere Germani, ijs quibus vena secta, masticeam præbere. Ventriculum roborat, concoctionem eius iuuat: eius dolores, vt & coli & flatuosos vteri affectus, (aliqui & menses promouere volunt,) si, mane & vesperi, decocta ex vino bibatur, *C* sedat. Acidis ructibus, subuenit etiam radix sola, hyeme in regione frigida commansa: mane masticata, & in ore retenta, humiditatem saliualem & catarrhalem desiccatur: cerebrum confortat, calorem natium viuificat: halitum ore retenta commendat, & foetorem in vino decocta, tollit. Renes refrigeratos & venerem roborat vim genitalem suscitando, etiam *p* ore detenta venerem stimulare creditur. Antidotus è Galanga habetur apud Nicolaum Myrepsium *q*, quæ stomachicis, lienosis & concoctione destitutis prodest, ad singultum etiam, & eos quibus cibus in ventriculo acescit, iuuat: malum habitum corporis, hydropem & totius corporis refrigerationem emendat. Habet & aliam similem ei *r*, quæ est apud Mesuem, quem & officinæ sequuntur, quæ calefaciendo, siccando, detergendo frigidum ventriculum & hepar adiuuat: quam alij in Electuarij formam, cum saccharo & melle redigunt: alij cum solo melle. Sicca etiam seruatur, & per se, aut cum vino decoctionis Galangæ, horis duabus ante cibum datur: æstate tamen, calidis naturis ac morbis, vitanda. Sic & Auicenna suam Diagalangam à Mesuei diuersam habet, & alij alias proponunt.

\* \* \* \* \*

*d* distinct. 1. cap. 47. *e* in Mesuem. *f* notis in Acostram. *g* hist. plant. lib. 4. cap. 65. *h* in Catal. plant. *i* lib. de compos. medic. *k* lib. 2. cap. 139. *l* Fernel. lib. 5. meth. cap. 18. & 23. *m* lib. 5. meth. cap. 18. *n* lib. 7. meth. cap. de conditis. *o* lib. 5. meth. cap. 22. *p* Fernel. lib. 5. meth. cap. 18. & 23. *q* lib. 1. cap. 630. *r* cap. 222.



## DE GALANGA MAIORE

ACOSTÆ.

## CAPVT XVI.

**G**ALANGAM duplicem facit Acosta, minorem de qua prius, & maiorem, quæ licet cum nostra conuenire videatur, ipsius tamen & descriptionem & iconem subijcimus, siquidem quædam habeat haud præmittenda: quæ Clusius sic reddidit.

## GALANGA ACOSTÆ.



**G**ALANGA ALTERA MAIOR, plurima nascens in Iaua & Malabar, cuius descriptionem, quod in maiore usu sit, hic damus. Ea duorum cubitorum altitudine crescit, nonnunquam amplior, fecundiore præsertim solo: folia habet Orchidi à Dioscoride descriptæ similia, longiora tamen & latiora, supernè saturatius, infernè dilutius virentia: caulem, ex foliorum inuolucris constantem, uti in Orchidum generibus: florem candidum, inodorum: semen exiguum, neglectum: radicem, secundum caput, crassam & bulbosam, reliqua ex parte Zingiberi similem, sed maiorem, nonnunquam capitula, hastulæ regie modo, proferentem. Seritur radice, quæ mirum in modum sese propagat. Appellatur à Canarinis & Brachmanis (qui-

**A**bus maximo est in usu, cum in hominum, tum iumentorum morbis, quique eam ordinariè cum Oryza, vel piscibus, vel in acetarijs edunt.) *Caccharu*: ab Arabibus, *Caluegian*: in Iaua *Lancuax*: in Malabar, *Cua*. Adeo autem vulgaris est, apud Malabareses, huius radicis usus, ut non modo in medendis morbis eam usurpent, sed in farinam etiã conuertant, ex qua cum Cocci seu Nucis Indicæ lacte, nonnunquam Sura, aut Iagra excepta, certum quoddam panis genus pinsunt, in tenuium placentarum formam, & *Apas* vocant: in delicijs est hic panis, præbentque ijs qui ventriculi debilitate & frigiditate laborant, in alui doloribus, vteri affectibus, & vrinæ difficultatibus: quo postremo in morbo, miram eius efficaciam experiuntur: siue ob humores crassos, & pituitosos, flatusue, aut arenulas in vteribus, aut collo vesicæ, congestas, vrinæ difficultas orta sit, vel etiã ex carnis excrementa in ipso vesicæ collo, aut meatibus nata. Præbent verò edendum hunc panem, deinde haustum *Nimpa* (quæ veluti aqua ardens est) concedunt: in inguinibus verò, supraque pubem, & collum vesicæ, folia *Nymphææ*, decocta in aqua, & macerata, atque adhuc calentia, applicant. Subijcit Clusius, neque hunc autorem, neque *Garziam* ab Orta, sibi in Galangæ maioris descriptione satisfacere, præsertim si ea, qua Europæ officinæ vtuntur, legitima sit Galanga maior: etenim eius radices multò maiorem similitudinem habere cum *Iridis*, quam cum *Asphodeli*, aut *Zingiberis* radicibus. Hanc Galangæ etiã nomine sine vlla descriptione, *Castor Durantes* proponit: eandem & *Lugdunensis*, *Galange Acostæ* nomine, exhibet.

## DE ZINGIBERE.

## CAPVT XVII.

**C**VM ZINGIBER folia habeat, *Iridi* seu Galangæ maiori similia, & siliquam, aliquatenus *Xiridi* similem, de ea nunc sermo erit. **ZINGIBER.** Græcis voce *Barbara*, Dioscoridi a quidem *ζιγγίβερ*: *Aeginetæ* *ζιγγίβερ*: *Actio* & *Sethi*, *ζιγγίβερ*: *Galeno* & *Oribasio*, *ζιγγίβερ*: quibusdam *ζιγγίβερ*, dicitur: Latinis *Zingiber* & *Gin-*



*Zingiber*: Plinio *b* *Zimpiberi* & *Zingiberi*. Arabibus, Persis, Turcis, monentibus *Garzia*, *Acosta*, & *Paludano c.* *Gengibil*, non *Lengibel*, vt corruptè apud Serapionem *d* legitur: in *Guzarate*, *Decan*, & *Bengala*, cum adhuc viride est, *Adrac*: siccatum verò, *Sucle*: in *Malabar*, tam viride quam siccum, *Ingi*: in *Malaua Aliaa*: in *Insula Dantogil Saquauiro* nominatur: Iaponice *Ganti*, quod corbibus præmagnis foro inferri solet, *Linscotto e* referente: hic tamen sequenti capite *Ganti* scribit radicem esse vt *Zingiber*, *B* in *Sundam* ex *China* allatam, quam *Indicaram* faciunt, quod illa corpora sua infri-cent. Germanis, *Ingber* / *Imber*. Belgis, *Gengber*. Anglis, *Ginger*. Gallis, *Gingembre*. Italis, *Gengeno*. Hispanis, *Gengiure*, *Gingebre*. Lusitanis, *Gengibre*. *Dioscorides f* sic descripsit: *Gingiberis* sui generis planta est, quæ in *Troglodytica Arabia* plurimum nascitur: huius herba virente cocta ad multa, perinde atque nos *Ruta*, vtuntur, & primis potionibus, & edulijis, admiscentes. *C* Huius radices, *Cyperi* modo, paruæ sunt candicantes & odoratæ, atque *Piper* sapore imitantur. Quod *Dioscorides* scribit, primis potionibus admisceri, quas *περισημεις* vocat, intelligit potiones, quæ cibo præmittuntur, quæ & *περιματα* appellantur: quarum & hodie vsus multus est apud *Septentrionales* maximè gentes, quibus *Claretum* & *Hippocras* nominatur: in quibus non herbae, cum non adferatur, sed radicis vsus est, quæ aut cum alijs incoquitur, *D* aut ea in saccos indita, vinum superfusum transcolatur. Subiungit, & edulijis seu pulmentis addi: quod, non solum, adhuc apud *Indos* obseruatur, verum & Germanis vsitatissimum, vt radicem & carnibus & piscibus potissimum coquendis, tum crassius incisam, tum in puluerem comminutam, adponant. In *Troglodytica Arabia* nasci scribit: Verum *Garzias* & *Acosta* tradunt, nasci quidem apud *Troglodytas* & *Aethiopes*, sed adeò exigua quantitate, vt ipsis incolis vix *E* sufficiat: in *Arabia* verò non nasci, quandoquidem ad *Arabes* ipsos importetur. *Plinij g* hæc sunt: non est *Piperis* arboris radix, vt aliqui existimauere, (idem *Dioscorides*: præcedenti capite de *Pipere*, etiam tradidit,) quod vocant *Zingiberi*, quam sapore simile. Id enim, in *Arabia* at-

que *Troglodytica*, in villis nascitur, paruae herbae radice candida. Huius differentias nullas veteres agnouere, verum recentiores, quare à vulgatissimo ordiamur. Non enim cum *Dioscoride* conuenire videntur, qui radículas paruas tribuit, at *Garzias* radice *Iridis*, ac multo maiore quam *Cyperis*, depingit, quod ipsum *Christophorus à Costa* confirmat: & *Ludouicus Romanus h* scribit: radicem erui quatuor, octo, ac interdum etiam, duodecim vnciarum pondus, quippe, cum minimè omnibus eadem amplitudo sit.

*ZINGIBER*, radice est ad ternos vel quaternos palmos, arundinum modo, in profundum acta, inæquali, modice plana, frequentibus geniculis, in laterales partes, diuisa, (radice *i*, *Liliorum*, fortè *Iridis*, emula & nodosa,) quoquo versum reptante, longitudine sesquiunciali, nonnunquam maiore, pollicis crassitudine ac minore, foris albicante, aut in candido subfusca, carne alba, friabili, tenera, (nam, licet *Scapo k* firmo sit, radice tamen maiore est,) per cuius longitudinem venæ nervosæ feruntur: gustu *Piperis* modo feruida, acerrima, odore aromatico, quæ, testante *Acosta*, etiamnum viridis leuiter adurit, minusque quam cum sicca est mordicat, & quo loca, in quibus nascitur, magis humecta sunt, eo minus acrimoniæ retinet, quo vero sicciora sunt, magis acris est: quare *Zingiber*, quod in *Bacaim* natum est, ob humiditatem exuperantem, non admodum acre est. Folijs arundinaceis (arundinis *i*, aut *Cannæ* Belgicæ ritu trium *Spithamarum* altitudine emergunt,) sed in breuiorem exilitatem fastigiatis, quæ *bistèrue* in anno fundit, asserentibus *Marcello Virgilio l* *Ruellio m* *Amato n* (qui & *Allij* folijs assimilauit) & *Gesnero*. Gramen in totum æmulantur. *Garzias*, folijs similibus *Iridi* aquaticæ, aut *Gladioli*, non arundini, magis tamen nigricantibus. *Aduersarijs*, *Iridis* aut *Xiridis* ex virore nigricantibus & surrectis. *Acosta* verò, folia tradit, *Milio* maiori, quod *lachryma fabi* vulgo nuncupetur, similia: cui & *caulis Asphodelini* crassitie ex multis foliorum inuolucris constans, vt velut exigua quædam arundo appareat, duorum, aut trium, rarius quatuor palmorum altitudine: sic *Transyluano o* herba similis illi, quæ

*b* lib. 12. cap. 7. *c* 4. part. Ind. Orient. 20. *d* cap. 336. *e* part. 4. Ind. Orient. cap. 7. *f* lib. 2. cap. 190. *g* lib. 12. cap. 7. *h* lib. 5. cap. 14. *i* *Linscott. part. 4. India Orient. cap. 20. & part. 6. cap. 38.* *k* *Scaliger in lib. 2. de Plant. Aristot.* *l* lib. 2. in *Diosc. cap. 149.* *m* lib. 1. cap. 44. *n* lib. 2. enar. 154. in *Diosc.* *o* in *descript. Moluccarum.*



Crocum (Indicum intellige, siue Curcu-  
ma,) fert, & eo modo eius radix nascitur,  
quæ Gingiber est. Pigafettæ *p* parua est  
planta, quæ caules fert palmum altos, Arun-  
dini similes, folijs item similibus, sed an-  
gustioribus & breuioribus, quorum nullus  
sit vsus.

Locvs. Nascitur frequentissimum in  
omnibus *q* Indiæ orientalis prouincijs se-  
mine aut radice satum: nam, quod spontè  
nascitur, exigui est momenti, & ut Aco-  
sta, plerisque locis non satum spontè nascitur, **B**  
mediterraneis tamen rarum, maritimis co-  
piosius, toto anno virens: in terra omni-  
fariam rubra, & quidem in agro Calechutho  
Indiæ, vbi non omnibus eadem est ampli-  
tudo, vt ex Ludouico Romano supra addu-  
ximus. Galenus *r* è Barbaria aduehi scri-  
bit: quod si, inquit Garzias, per Barba-  
riam, Indiam, (regiones peregrinas Aco-  
sta) intelligat, rectè quidem: si verò per  
Barbariam, eam Africæ partem, quæ hodie  
Barbaria nominatur, malè. Ac, vt Ma-  
ximilianus Transylvanus *s*, passim in sin-  
gulis insulis huius Archipelagi nascitur,  
aliud seminatam, aliud spontè: sed quod  
seminatam, nobilius est. Nam, quod sua  
sponte, à nemine transplantatum, crescit,  
exiguam virtutem & efficaciam habet. Sic,  
in regno *u* Congiano, in S. Thomæ Insula  
Zingiber à Lusitanis inuectum & planta-  
tum, vbique maxima copia radices egit:  
vt *x* nunc insula ea feracissima sit. Sic, in  
Insula S. Laurentij *y*, vbi ab indigenis vi-  
rens comeditur. Sic *z*, in Nadigascar, & in  
Baya. In Iaua *a*, mira vbertate prouenit:  
copiosè quoque in sinu Dantogil apud In-  
sulam Madagascar, & Daman *b* Basait, &  
circa Dabul ciuitatem magna copia, vt &  
in Pegu, etiam in regno Candy: at in Gui-  
nea *c*, Insula del principe, parum habetur.  
Verùm Chaul *d* Indiæ terra ex se abun-  
dat, quemadmodum totus ille tractus ma-  
ritimus, vnde vilissimum apud ipsos est. In  
India quoque occidentali habetur, vt in *e* **E**  
Baralena Insula Americæ: in noua Hispa-  
nia *f*, vt Insulis Hispaniola, Cuba, S. Do-  
minico, Puerto Riceo. Antonius Pigafet-  
ta narrat, in Insula Thidori nasci, quod re-  
cens non sit acré, veluti siccum est.

QVAM nobis figuram Aduersaria pri-

## ZINGIBERIS

PRIOR ICON.



imum, dein Lobelius, Lugdunensis historia  
& Lonicerus proposuere, primo loco posui-  
mus, addita siliqua cum granis suis, quæ ex  
Lobelij obseruationibus desumpta, vbi hæc  
habentur: in Belgio ob cœli & soli humi-  
dum superfluum, in folia abit, marcescit,  
flaccescit, tandemque emoritur Zingiberis  
radix: ea propter cepearum & bulborum  
quorundam ritum effodienda, & vti vitis  
pampinis spoliata, emissarijs aliquot stolo-  
nibus propaginibusque effractis transfe-  
renda videtur. Semen aromaticum, sub-  
astringens, gustu Zingiberis, colore album,  
Cardamomo maiori ferè par, sed oblon-  
gius, minusque feruidum, in triquetra item  
siliqua, rugosa, duriuscula, villis quibus-  
dam & cirris obducta, Chamæiridis pusillæ  
siliquæ non dispari: de qua & Aduersaria  
in Cardamomo, effigiem Linscottus *g* no-  
bis exhibuit.


At, Lobelius *b* ZINGIBERIS effigiem,  
aliam proposuit, à quo & Gerardus accepit,  
suoque operi inferuit: de qua hæc apud  
Lobelium habentur. Delegimus hanc, cla-  
psis annis, Flisselingæ Zetandorum, in hor-  
to Illustrissimi Principis Mauritij à Nassau,

*p* hij. Indiæ orient. *q* part. 3. Ind. orient. cap. 39 *t* lib. 6. simplicium. *s* lib. de Insulis Moluccis. *v* part. 6. Ind. orient. cap. 38.  
*u* part. 1. Ind. orient. cap. 1. *x* part. 2. Ind. orient. cap. 4. *y* part. 2. Ind. orient. cap. 5. *z* part. 3. Ind. orient. cap. 13. & 14. *a* part. 4.  
Ind. orient. cap. 8. *b* part. 7. Ind. orient. cap. 22. & 39. *c* part. 6. Ind. orient. cap. 4. *d* part. 12. Ind. orient. cap. 12. *e* part. 8. Ind.  
occident. navig. 1. Francisci Drake. *f* part. 8. Ind. occident. navig. 2. *g* part. 4. Ind. orient. fig. 21. *h* in tractatu de Balsamo.



## ZINGIBERIS

ALTERA ICON.



apud egregium virum D. Adrianum Meulennen, qui plures eius plantas nobis communicavit, quas alebat, (licet sint qui scribant *i*, nulla arte in nostro solo cicurari posse) solo leui, lateritijs fragmentis rubris, quo gaudet, tenuibus, permixto. Laxavit D autem & emisit ibidem primas suas, non ante, circa finem æstatis pullulationes, (quia è longinqua prouincia delata, diuque è terra euulsa fuerat) folijs & calamo sesquispithamæo, aut pedali, nouellam siue nuper enatam Arundinem vallatoriam præ se ferentes. Natiuo solo non translata radices, caules tripedales edere produntur. Hæc Lobelius. Vt autem asseruetur, colligitur & eruitur apud Indos, Garzia, Acoſta & Linscotto *k* attestantibus, Decembri & Ianuario (ita tamen, scribente Vastomanno *l*, vt internodium radice in scrobe relinquant ad plantæ perennitatem, terramque radici aggerant, ceu semini eius radice, proximo anno eruturi fructum, id est, Zingiber,) dein aliquantum siccatum limo (terra *m* pingui & argillacea) obducitur,

A non quo maioris sit ponderis, (quod Cordus voluit,) sed ut foraminibus, quibus tota ocellata est, obturatis, diutius sine corruptione in sua humiditate naturali, conseruetur: & ne acutus sapor euanescat: experientia enim edocti *n*, quo diligentius rimulæ & foramina obturantur, eo præstantius & generosius euadere: sic enim virium exhalatio & humoris extractio impeditur: nam, non probè obductum, teredini obnoxium est, celeriter enim, inquit (secutus Dioscoridem) Plinius *o* cariem sentit, quamuis in tanta amaritudine, propter humoris excrementitij copiam, vt ex Galeno, Aegineta, Actio & Oribasio colligere est, magis autem quæ candidiores & molliores sunt, cariei obnoxia sunt. Ob id, etiam tempore Dioscoridis, à quibusdam condiebantur, ac fictilibus in Italiam asportabantur. At, Linscotus *p* asserit, euulsarum radicum certam molem argilla figulina tegi, & tumulum exquisitè, contra omnem aeris & ventorum vim, obliniri: sic enim & recentiores radices seruari, & à vermium erosione promptius defendi: in India haud magni æstimari: magno tamen numero in Ornum Arabiam & Persiam deuehi: in Lusitaniam parcius inferri, quod longinquæ vectiois pretium venditæ non penitent: solis tamen tormentorum magistris licitum esse, quintalia aliquot nauibus imponere: quæ, sine vectigali, ex antiqua constitutione etiam hodiè, raro in Lusitaniam traiciant: ibi dein suo arbitratu mercatoribus vendere, & hoc modo ex India efferri consuetum. Alias tamen Zingiberis quamplurimum in Hispaniam ex Capo verde ex Insula S. Thomæ, Brasilia, insula S. Dominici & India Hispanica, raro tamen ex India Lusitanica, propter ingentes sumptus, ad nos efferri. Ex India tamen Lusitanica seu Orientali aduectum, bonitate cætero longè præstantius esse, sicut & alia aromata orientalia. Qui ex India rediere, causam cur teredini obnoxium sit, eam dicunt, quando importune, per ver, ante maturitatem lectum fuerit: esse autem opportunum legendi tempus, cum folia illa aruerint, idque in effodiendo Zingibere ab Indis obseruari: & biennium conseruari posse. Hinc fit vt differentias in Pharmacopolijs obseruare liceat, alias

*i* Rhodanus de mat. medic. lib. 1. sect. 3. cap. 1.

*k* 4. part. Ind. orient. 20. & part. 6. cap. 38.

*l* lib. 5. sue navigat. cap. 13.

*m* Christ.

*n* Cost.

*o* part. 6. Ind. orient. cap. 38.

*p* lib. 12. cap. 7.

*q* 4. part. Ind. orient. cap. 20.



radices rubentes, non secundum naturam, sed rubro colore infectas, quas Zingiber coloratum (Amatus rubrum) vocant: alias albas, creta infectas, quas album Zingiber nominant. Verum, pro diuersa locorum qualitate & natura, virtutem mutat, ita vt non eiusdem ubique praestantiae reperia-  
tur. Optimum & frequentissimum, refe-  
rente Garzia, est Maluaticum, (ex Malaya  
Paludano,) Linscotto, quod in Littore &  
terra Malabar crescit, Arabibus & Persis  
maximè expetitur: secundum locum ob-  
tinet, quod in Bengala inuenitur: tertium,  
quod in Dabul & Bacaim, totaque ea ora  
maritima nascitur: in solitudinibus & me-  
diterraneis vix inuenitur, neque inde ad nos  
adfertur. Inuenitur etiam in Insulis D. Lau-  
rentij & Comaro, quae Aethiopiae sunt con-  
terminae: inde nonnulli occasionem sum-  
pserunt, vt scriberent apud Troglodytas &  
Arabes nasci. Sunt, qui q optimum &  
praestantissimum ex Bresilia & S. Domini-  
co efferri asserant, quod verò Insula S. Tho-  
mae & Promontorium viride suppeditant,  
paulò minoris efficaciae existere. Eligitur  
candidissimum, friabile & tamen solidum,  
superficie extentum, plenum magnumque:  
& monente Dioscoride r, quod teredinem  
minimè senserit.

NOMEN. Gingiber Matthiolo, Ruellio,  
Garziae: Zingiber Cypero cognata herba  
Cordo s: Zingiber Marcello, Fuchsio t,  
Gesnero u, Lacunae, Aduersarijs, Lugdun.  
Castori: Zinziber, Hermolao, Lonicero,  
Lobelio, Caesalpino, Gerardo: in Swertzij  
florilegio folijs & flore Iridis pingitur, &  
Zingiber flore albo facie Iridis nominatur.

QUALITAS. Excalfactoriam vim habet &  
excoquentem Dioscoridi r, Galeno x: Ae-  
ginetae, Oribasio y: & Aetio z: radix ex-  
calfacit potenter, sed non primo statim oc-  
cursu, veluti Piper, vnde sanè & minus esse  
subtilium partium quam Piper existiman-  
dum, siquidem in tenues solueretur partes,  
& celerrimè actu vt illud fieret calidum, ap-  
paret enim illaborata & crassior adhuc que-  
dam ei esse substantia, nec ea sicca & terre-  
stris, sed humida potius, atque aquea. Si-  
meoni Sethi a calidum est in tertio, humi-  
dum verò in primo, vim habens aperien-  
di & cibaria concoquendi, (verum de re-

centi loquitur, nam exsiccatum ordine ter-  
tio calefacit, & desiccatur:) quare concoctio-  
nem promouet, stomachum corroboran-  
do & calefaciendo: vapores crassos atte-  
nuat, flatus discutit, humores aquosos ab-  
sumit.

Vsus. Zingiberis vt & Piperis, maior in  
culinis, quam Medicina vsus est, quam ob  
causam maluit Dioscorides ea, acrimoniam  
habentibus & olerum condimentis, quam  
aromatibus adscribere, maximè cum haec  
duo, inter omnia aromata, plurimum acri-  
moniae, & parum aromaticae qualitatis ha-  
beant. Indi folijs in iusculis & coquinario  
vsu, ac acetario, veluti nos Alliorum folijs  
vtuntur, Amato. Radicem recentem pa-  
nis modo edunt, Pigafetta. Primis mensis  
inferunt, & dapes vice acetarij inchoat, ap-  
petentiam excitando, Acostae b, radices c  
virides cum alijs herbis minutim concisae  
ex oleo, sale & aceto, acetarij loco sunt: cum  
piscibus quoque & carnibus concoquun-  
tur. Quare Dioscoridi Zingiber cibo  
conueniens est & cum condimento assumi-  
tur: aluum leniter emollit, sed intelligen-  
dum, si recentes & adhuc tenerae radices  
edantur, multa in ijs adhuc humiditate al-  
uum molliente & lubricante, vnde Fallo-  
pius d Zingiber virens pituitae purgati-  
uum dixit: quod quidam non animaduerten-  
tes, contrarium statuere, aluum adstrin-  
gere, quoniam facta probè concoctione al-  
ui profluvia à crudis humoribus nata si-  
stuntur. Rectè ergò Acosta, aluum solli-  
citat & alui profluvia ex cruditate orta si-  
stunt: intellige vetustius & humiditate ex-  
haustum. Sic, ad e medicamentorum quo-  
rundam facultatem augendam, radices haec  
adduntur: nam quemadmodum pharmacis  
purgantibus veteres ea admiscebant, quae  
attenuant, vt pharmaca citò & facile ad lo-  
ca destinata perueniant: vt Hippocrates f,  
Piper: Ruffus salem: sic Mesues Zingiber  
addit, & maximè si ab articulis euacuare vo-  
lumus Zingiber Fallopius e admiscere iu-  
bet: sic g Rhabarbari vis imbecilla Zingi-  
beris, tanquam acrioris permissione exci-  
tatur. Addit Dioscorides stomacho vtile  
esse, scilicet imbecillo, vt Sethi habet, ad  
eius frigiditatem, & iecoris, & simul ad  
glutinosos lentosque humores: Ideo Lobelio

q 6. part. Ind. orient. cap. 38.

r lib. 2. cap. 90.

s in Dioscorid. &amp; lib. 4. histor. cap. 67.

t de compos. medicam.

u in Catalog.

x 6. simplic.

y 15. Collect.

z tetra bibl. 1. ferm. 1.

a &amp; Fernelio, 5. meth. med. cap. 23.

b &amp; Linscot. part. 4. Ind. orient. cap. 20.

c Paludanus in 4. part. Ind. orient. cap. 20. Item. part. 6. cap. 38.

d de medic. purg. cap. 25.

e Fallop. de medic. purg. cap. 27.

f lib. 4.

acutorum.

g Fernel. 4. meth. med. 7.



obstructiones à crassa pituita incidendo, digerendo, referat: intestinorum, ventriculi & pulmonum farctus abstergit & dissipat: superuacuo humore absumpto, cerebrum & memoriam roborando, iuuat. Dioscoridi quoque efficax aduersus ea, quæ oculis caliginem offundunt (hebetudini visus, quæ ab humiditate prouenit, prodest: vnde & acute videre facit: venerem stimulat & flatu discutit: Sethi.) In antidotis ad di solet. In summa Piperis viribus respondet. Ad dentium dolorem concisum, vino decoctum, si calidè ieiune dentes abluantur, commendant: siquidem Galenus *h* ad corrosos dentes præseruatiuum tradiderit tale. Zingiber cum aceto mulso coquito, ac probè terito, indeque in cauernam indito, forisque dentem ex eo integito. Ad tabem commendatur, si cibus misceatur. In doloribus ventriculi & intestinorum, à flatibus genitis cum semine carui sumptum vtile est & concoctionem adiuuat. Sic & drachmæ duæ cum aceto sumptæ, cubitum ituro, malas humiditates absumunt, si post mediam noctem coopertus sudarit. Viride conditum saccharo ex India affertur, senibus, & pituitosis, ac frigidis, & male concoquentibus stomachis, accommodatum, præsertim *i* quod recens conditum fuerit: valet etiam ad *k* lentam in pulmonibus pituitam: Venetijs, Antuerpiæ, & alijs locis, institores Zingiber aridum acerrimo lixiuio probè macerant, vt molle euadat, quod vbi factum est, pura aqua frigida subinde mutata perfundunt, donec omnis acrimonia & lentor lixiuij auferatur, tum saccharo condiunt. Alij Zingiber conditum sic parant: accipiunt Zingiber (si viride haberi non possit) album, purum, recens, aquam primum affundunt, deinde arena humida obruunt, quarto quoque die renouant, aqua sæpè superfusa, donec tumefiat & humectetur: idque vel in dolio aut alio vase magno fiat, vel in fossa quadam subterranea magna & loco humido: huius E sumunt partem vnã, coquunt cum mellis partibus tribus, & sacchari parte vna, & hoc nostri Zingiber viride appellant. Vt autem scias, an recens, an verò antiquum Zingiber sit, quod conditum fuit ex Brassauolo *l*, hoc disces, scribit enim: saccharo conditum dum manditur, in fine veluti filamentum in ore relinquere; si adultera-

atum, aut teredinofum, aut lixiuio prius maceratum, dein saccharo conditum sit. Nam bene maturum & plenum, non cariosum, (vt apud Indos conditur, Garzia autore,) multis aquis elotum, & per multos dies maceratum, deinde saccharo conditum, gratissimum est, nec vlla vehementi acrimonia molestum, neque filamenta in ore relinquit. (Acosta verò dicit, conseruam fieri cum saccharo, bene contusis prius radicibus, multisque aquis ijs infusis, quo magis dulcescant.) Tale fit in Bengala, quod laudatissimum est, deinde in Chaul, Dacami, & Dabul: improbatur quod ex Batecala aduehitur, etiam Linscotto *m* referente. In Bengala, electuaria ex Zinzibere & saccharo condiunt. Optimum tamen China promit, esui suauissimum: quod in India partim ad vsus quotidianos absumitur, partim negotiationibus dicatū in Lusitaniam, & hinc porro ad nos deuehitur. Conditur etiam aceto, & tunc *Achar* nominatur. In *n* laua non siccant, sed saccharo condiunt, & suis cibus adhibent. Myrepsius *o* antidotum præscribit, ijs vtilem, quibus iecur citra calorem afficitur: & aliam *p* ad epilepticos, apoplecticos, insanientes, quartanarios, & ad animi defectionem. Suum quoque Zingiber laxatiuum habent Augustani, qui ex Zingiberis drachmis duabus: Cynamomi, Caryophyll. ana drachma vna: Nucis moschatae, Galangæ ana scrupulo vno: Croci, granis quatuordecim: Turbethi drachma semisse: Diagridij drachmis tribus: Sacchari vncijs quatuor morsellos conficiunt.

ZINGIBER FVSCVM. Radix huius Zingiberi est cognata: non solùm à Zingibere differt, quod eo immaturius sit, (intempestivè collectum esse voluit Cordus *q*) aut improbius, vt etiam Aduersaria testantur: sed potius specie & concretione, (caret enim fibris & filamentis) perspicuitate, fuscine, soliditate & acriore gustu, nec teredine exedi solet: quod etiam conditur, & in quibusdam officinis prostat. Dicitur Zingiber intus fuscum, Cordo: Mechin & Zingiber fuscum officinarum, Aduersarijs: Zingiber fuscum Lugdunensi.

ZINGIBERI AFFINIS CORTICE SQVAMATO: radix est, Zingiber vulgatum aut Mechinum, referens, sed elegantiori aspectu, multis nodis distincta, & ferè veluti Do-

*h* 5. secundum loca 9.

*i* Fernel 5. meth. med. 20.

*n* part. 4. Ind. orient. cap. 8.

*k* Fernel. 7. meth. med. de conditis.

*o* de Antidot. cap. 462.

*l* examin. simpl.

*m* 4. part. Ind. orient. cap. 20.

*p* cap. 470.

*q* lib. 4. hist. cap. 67.



ronicum articulata. Corticem habet Zingiberi similem, coloris subcitrini, pollicari crassitie, fibrisque caret: grauis est ac solida, fracta venas albas ostendit: sapore est acri, aromatico, &, si carie non exesa sit, gustu Zingibere multo acriore & sicciore.

Locvs. Hæc cum Zingibere fusco siue Mechino adfertur, cum quo facie externa conuenit.

NOMEN. Sub Mechi in rara varietate, Aduersariorum autores & Lobelius *r* proposuere: quare Mechinum Penæ, vel Mechinum rarius, in Lugdunenli historia nominatur: Doronicum Arabum Pona *s* nominat, quia pro Doronico legitimo agnoscit, siquidem notæ à Serapione & Arabibus Doronico adscriptæ conueniant, quo etiam pro Doronico vtendum censet, cuius loco multi hæctenus, Aconito pardalianche minore, quod facultatibus Doronico planè contrarijs sit, vsi sint: sed hac de re capite de Doronico acturi sumus. C

DE ZEDOARIA.

## CAPVT XIIIX.

ZEDOARIA, cum folijs sit Zingiberis, sapore & facie Zingiber æmuletur (licet folijs sit maioribus longioribus & latioribus) vt & radice, ac in Calecut Zingiber syluestre, Garzia autore, vocitetur, de ea nunc erit sermo. Hæc in officinis Zedoaria nominatur, recentioribus Græcis, licet barbaro nomine, *zadûqa* vel *zadûq*, Actio dicitur, Zadura, Zaduvar, Zaduaria, Zadena, Zudar. Duplicem faciunt, aliam longam, aliam rotundam.

I. ZEDOARIA LONGA: radicem habet longitudine sextantali, trientali aut quadrantali, crassitudine minimi digiti, quæ vtrinque in obtusum mucronem desinit: foris candida, intus ex cinereo in fuscum colorem vergente: cuius substantia densa, solida, pinguis & ponderosa: gustu atque odore tenui, subamaro, mediocriter acri, cum grauitate quadam, ac valdè aromatica suauitate, dum tunditur aut manducatur, spirante, minima portione hali-

## ZEDOARIA.

I. LONGA. II. ROTVND.

III. TVBEROSA FORIS NIGRICANS.



tum commendante & in caput penetrante. Eligenda est magna, densa, plena, non rugosa: substantia veluti pingui, lenta, dentibus propter soliditatem aliquantulum repugnante, odoratissima, nullis foraminibus peruia. Quo vero diutius conseruetur, ne humidior & situm redolente loco seruetur, cavendum: aut ne ex sicco in v-dum, aut è contra crebro transferatur, alias enim, antè vetustatem corrumpitur. In decennium posse conseruari sunt qui statuunt.

Locvs. Abundè provenit apud Indos *a*, in Malavar prouincia, videlicet in Calecut & Cananor: Sata autem & plantata hæc planta, plurimis locis prouenit: spontè verò nascitur syluosis, iam memoratarum regionum, locis: inde à multis Zingiber syluestre appellatur, nec id sine ratione, quoniam eius folia Zingiberis folijs similia sunt, maiora tamen & magis aperta, eius item radix, Zingibere maior: quæ cruta conciditur & siccat, deinde in Arabiam, Persiamque defertur, hinc in Alexandriam, vnde postea Venetias & alias regiones transferatur. Conditur etiam saccharo, laudatiorque est Zingibere condito.

*r* in Iconibus. *s* in hist. Baldi Italica. *a* Garzini lib. 1. aromas. cap. 49.



**NOMEN.** *Zurumbet* appellatur Arabibus. Persis & Turcis, *Zeruba*. In Gazerate, Decan, & Canara, *Cachoraa*. In Malauar *Cuar*, *Garzia*. Zedoaria officinarum, Lobelio: Zedoaria, Arabibus. *Zurumbet* aroma Zingiberi simile à Græcis prætermissum, Amato: Zedoaria, & veterum Arnabi altera species longa radice, Cordo *b*: Zedoaria radice longa, Clusio *c*: Zedoaria officinarum, quæ non absque ratione *Zerumbeth* siue *Zurumbeth* Auicennæ ac *Serapionis* esse putatur, Dodonæo. Zedoaria seu *Costus Arabicus*, *Anguillaræ*: Zedoaria siue *Zadura* herba, *Aduersarijs*: Zedoaria vulgò appellata, & Arabum *Zurumbet*, *Cæsalpino*: *Zadura*, vel *Zaduar*, *Gesnero d*, *Ruellio*, *Fuchsio e*: Zedoaria, *Brassauolæ*, *Lonicero*, *Lugdunensi*, & *Fragoso*: Zedoaria vulgaris, *Guilandino*. Germanis, *Zittwen*. Belgis, *Ghemein zedoar*. Gallis, *Cretouart*, Italis, *Zedoaria*. Polonis, *Czikauar*.

**II. ZEDOARIA ROTUNDA**: hæc substantia, pondere, soliditate, colore, sapore & odore, longæ Zedoariæ omnino similis est, solaque figura differt, quæ globosa, vnciali magnitudine, superficie aliquantum inæquali, ac præcisarum vibrarum vestigijs tuberosa, Ari bulbo similis, nonnunquam in breuem mucronem desinens, quo, terræ adhuc hærens germen fundere consuevit, & (vt *Linschotus f*), Zingiberi ferè similis est, nisi quod folia longiora latioraque sint: In Iaua, in Sunda copiosè nascitur. Eligenda quæ notas habeat in longa recensitas.

**NOMEN.** Dicitur *Zerumbethum*, Cordo *g*: Zedoaria Arabum, *Guilandino*: *Zurumbet*, altera species Zedoariæ, *Fallopio h*: Zedoaria quæ rotunda est, Clusio *i*: Zedoaria loripes *k*, *Costæo*: *Zerumbet*, *Aduersarijs*, & *Lobelio* ipsius *Serapionis*: *Zerumbet* ac Zedoaria rotunda, *Anguillaræ*: Zedoaria rotunda, quæ pro *Zarumbet* sumenda, *Fuchsio l*: Zedoaria rotunda, quæ *Auicennæ* *Antora*, *Lonicero*: *Zurumbeth*, quod *Malaice* & *Iauanice* *Canior* nuncupatur, à quibus resiccatum in Chinam exportari consuevit, *Linschoto m*.

Hanc à priore non differre aliter, quam quod radicis partes sint diuersæ, quæ in-

A differenter in officinis habentur, quibusque promiscue vti liceat, censuere, vt infra plenius dicetur. Radix ressecta & siccata saccharo conditur: cuius vsus præstantior & commodior, quam Zingiberis, existit.

**III. ZEDOARIA TUBEROSA FORIS NIGRICANS**: Refert *Clusius n*, Zedoariæ quoddam genus, Antuerpiæ apud quosdam aromatarios inueniri, illis *Block Zeduar*, id est, tuberosa Zedoaria nuncupatum, rotundum instar *Aristolochiæ* rotundæ, foris nigricans, interdum cinerei coloris, intus candicans, gustu vsualis Zedoariæ. Eam radicem, quoniam multum cum *Serapionis* *Zerumbet* conuenire videtur, hic ex eodem exprimi curauimus.

**NOMEN.** *Zerumbeth* *Serapionis*, *Clusio*, *Lugdunensi*: *Lobelius* cum vulgari rotunda iunxit: *Zadura* & Zedoaria, *Castori*.

**IV. ZEDOARIA GEIDWAR** *Auicennæ* *Garziæ*: *Geiduar*, vt *Garzias o* scribit, radix est magnitudine glandis, eiusdemque ferè formæ, colore sublucido. At dicimus rectius *Anthoræ* vel *Asphodeli* bulbo minori similem esse, foris cinericei, interius verò flauescens coloris, duram & solidam, gustu acrem & excalescentem.

**Locvs.** In regionibus Sinensium provincie vicinis nasci, magno emi, nec facile inueniri, nisi apud circumforaneos quosdam & circulatores, quos *Indi* *Iogues*, *Mauritani* *Calandares* appellant, hominum genus, quod peregrinationibus & stipem emendicando, vitam sustentat: ab his enim & *Reges* & *magnates* emere, idem *Garzias* refert: se quoque unicum huius fragmentum, quod circiter dimidiam vnciam pendebat, à *Nizamoxa* semel impetrasse. Hanc à *Ioanne Pona*, (à quo & *Clusius*), *Verona* accepimus.

**NOMEN.** Hoc medicamentum *Dioscoridi* incognitum fuisse, tum etiam *Auicennæ*, & se existimare *Geiduar* esse, quod *Bellunensis p* in Arabicorum nominum expositione subolsfecisse videatur, *Garzias* asserit, Zedoariæque vocabulum corruptum esse, & *Geiduar* dicendum. *Clusius q* addit, se *Geiduar* hic descriptum, Europæ incognitum putare, & difficulter cogni-

*b* lib. 4. hist. cap. 68. *c* in Coroll. ad Dodon. *d* in Catalogo. *e* de compositione medicamentor. *f* 4. part. Ind. orient. cap. 7. *g* in sua historia. *h* de compositione medicamentor. cap. 47. *i* in Coroll. ad Dodon. *k* in Mesuem. *l* de compositione medicamentor. in 4. parte India orient. cap. 7. *m* in notis in Garziam. *n* in notis in Garziam. *o* lib. 1. arom. cap. 42. *p* lib. 2. cap. 743. *q* in notis in Garziam.



tum iri; ob rationes à Garzia in medium A bus odoribus, & propter hoc confectionibus aromaticis admiscetur, & est calidum ac siccum prope tertium gradum, in virtute sua simile Cassiæ lignæ & Cubebis. Idem e, ex Isaac sententia, Zurumbeth arborem Libani montis esse scribit, nullum facientem fructum, habentem folia longa, quorum color sit inter viriditatem, & citrinitatem; similia folijs Salicis: & ita esse colorem ramorum etiam; & habere odorem Citri: esse calidam, & siccam ac stipticam, resoluere & stringere ventrem. Addit & alia, quæ Paulus de Arnabo, & Auicenna de Zarnabo habent. Scribit deinceps de Zurumbet Auicenna, (vbi Aduersaria, Zedoariam malunt legere, & alio loco Zerumbet,) radicem esse Cypero similem, quæ & flatus discutiat, & vim, allij, & cæparum halitum emendet, ac ad alia multa utilis sit. In hac varietate censet Costæus d Zurumbeth primum Serapionis, idem esse quod Auicennæ Zedoaria, seu Geduar, vt Bellunensis vertit, quod collata vtriusque historia plane doceat. Secundum vero Serapionis Zurumbeth, Paulo Arnabo esse. & Auicennæ Zarnabum: huic enim adscribit Serapio, quæ Paulus suo Arnabo. (Verum, eos qui ita sentiant, falli, e censent, cum Arnabo multorum opinione arbor procerâ sit, suauissime fragrans: vel, vt alijs placeat, planta quædam, nunc illo nomine incognita. De Zurumbet vero Auicennæ, & eiusdem Zedur seu Zeduar Serapionem nihil habere. Videntur nobis Arabes triplicem plantam Zurumbeth nomine proposuisse, vtpote Zedoariam officinarum oblongam, quæ Zurumbeth vel Zerumbeth est Auicennæ, quam Cypero similem, sed minorem scribit, & vini, allij, ac cæparum halitum emendare, quod nostram Zedoariam facere, eiusque gratia expecti, notissimum est: imò & vteri flatus valenter discutit, quod suo Zurumbeth Auicenna adscribit. Alteram esse Zedoariam rotundam dictam, quæ Zurumbeth primum Serapionis & Zedoaria Auicennæ est: quamuis non desint, qui Zedoariam Auicennæ, cum eiusdem Napello Moysis, hoc est, cum Anthora idem esse velint, vt Dodonæus & Matthiolus. Tertiam vero, esse egregiam illam arborem in Libano, quæ Zarnabo Auicennæ, hodie adhuc in-

QUALITAS. Cum gustu acris sit, exalfaciat oportet: & (vt Garzias) ad plurima utilis est; sed præsertim aduersus venena & virulentorum animalium ictus, morsusque.

NUNC inquiramus, ad quamnam veterum plantam Zedoaria officinarum referri possit, ab Arabibus exorsi. Zedoariæ & Zerumbeth lectio apud Arabes plane est confusa, siquidem Auicenna duo diuersa capita de eis scripserit u. Rhasis verò x, vtrumque sub vno capite comprehendit. Serapio varius est, vt qui y Zurumbet ex Isaac sententia, scribat esse radices rotundas, similes radicibus Aristolochiæ rotundæ in rotunditate earum, similes esse sapore & colore Zingiberi, ac afferri de Sein: esse calidum & siccum secundo gradu. Vbi aduertendum, Serapionis interpretem sic scribere, Zurumbeth, id est, Zedoaria, quam expositionem legitimi codices non habent, ita vt ab interprete sit addita, qui differentiam inter Zedoariam & Zerumbeth ignorauit. Sic apud Auicennam z de Zedoaria habentur hæc: portiones similes Aristolochiæ, minores tamen ea, & est in sua virtute: & melior quidem est illa, quæ cum Napello crescit: & eius vicinitas debilitat plantam Napelli. Garzias a Auicennæ insultat, & plane fabulosum esse, quod optimam iuxta Napellum nasci scribat, quandoquidem Napellus ibi vix reperiatur: huius enim regionis sylvas Napello procreando aptas non esse & Zerumbam plurimam syluosis Malauar locis nasci: tamen etiam multis locis satam prouenire: nec quenquam, licet diligenter perquisiuerit, hanc radicem iuxta Napellum vidisse: imò Auicennam, Zurumbet historiam plane ignorasse. Rursum, Serapioni b Zurumbeth est ex specie-

r in exoticarum plantarum auctario. s part. 4. Ind. orient. cap. 8. t Renodans de mater. med. lib. 1. sect. 3. cap. 3. u lib. 2. cap. 745 & 747.  
 x lib. 3. medic. cap. 172. 34. y lib. de simplicib. cap. 172. z lib. 2. tract. 2. cap. 745. a lib. 1. Aromat. cap. 43. b lib. de simplicib.  
 cap. 261. c ibidem. d in Mesuem. e Renodans de mater. medic. lib. 1. sect. 3. cap. 2.



cognitam: fortè quam Rauwolfius f Sa- A  
 liciis quandam speciem fecit & circa Hale- A  
 pum obseruauit, quamque indigenæ Safsaf  
 vocant, Arabum *Zarneb, Zarnabum, Zar-*  
*nubeth*, Theophrasti Oleagnum, Aegine-  
 tæ Arnabo, existimat: quam arborem,  
 Safsaf Syrorum nomine, historia Lugdu-  
 nensis exhibet: qua de re inter arbores.  
 Verùm Paulus Aegineta suum Arnabo non  
 dicit arborem, sed ex aromaticis esse: nec  
 dicit vnguentum esse, vt Brunfelsius legit,  
 sed vnguentis misceri. Ast, dum rem re- B  
 ctius consideramus, credimus cum Co-  
 stæo g, vt in principio monuimus, tam  
 longam, quam rotundam, vnius radice  
 partes diuersas esse, ita vt longa & vulga-  
 ris Zedoaria, sit rotundæ, quam aliqui lo-  
 ripedem siue Zoppam vocant, appendix,  
 cum nec sapore, nec colore, nec odore diffe-  
 rant, sicque vulgaris Zedoaria, ab Avicen-  
 na & Serapione sit descripta. Rotundam  
 autem partem, Zedoariam: longam verò  
 appendicem, Zurumbeth, veluti res essent C  
 diuersæ, Auicennam nominasse, ignoran-  
 tem ex quali nam planta aut regione, eius-  
 modi radix proueniret: sed cum vidisset,  
 in frustra rotunda, interdum verò in ob-  
 longa concisam, ad sinum Persicum vehi,  
 duo genera esse existimasse. Hac etiam de  
 causa folia, quæ non viderat prætermis-  
 se, & quemadmodum ipsa radix, ex India  
 in alias regiones transferatur, duntaxat ex-  
 pressisse. Certè etiam hodierno die, di-  
 uersum est pretium, eius quæ in rotunda D  
 frustra resecta est, ab eius pretio, quæ in  
 oblonga concisa est, vt minores Zingibe-  
 ris radices viliores aestimentur, quam præ-  
 grandes, inquit Garzias. Matthioli fuit  
 sententia, quemadmodum Aristolochiæ,  
 ita & Zedoariæ duo esse genera, alterum  
 longum, alterum rotundum. Aduersa-  
 ria Zedoar & Zerumbet, eiusdem radice  
 partes esse volunt, nec secus inuicem dif-  
 ferre, quam Cyperum rotundum vel lon-  
 gum, à suis cohærentibus radicibus anfra-  
 ctibus: eoque Serapionem Zedoariam E  
 eandem Zarumbeto dixisse, rotundasque  
 radices Aristolochiæ describere, & Zingi-  
 beris colore ac sapore, in Chinis vltimis  
 nempe Indijs oriundas. Ac quemadmo-  
 dum Doronicis, Aristolochijs & Oenan-  
 this eueniat, radices variam molem nan-

disci, alias oblongam teretem, alias orbicu-  
 latam & nodosam: sic Zedoariæ, cuius na-  
 turæ sicut & nominis Zerumbet particeps  
 sit, euenisse. Nec obstat quod Zedoaria ea  
 rotunda adiuncta longa appendice, Ari-  
 stolochiæ rotundæ similis non sit, quando  
 seorsim inspecta, (qualis plerumque ad nos  
 adfertur, etiam Auicennæ & Serapionis  
 tempestate afferebatur,) Aristolochiæ fa-  
 ciem habet. Ex quibus sequitur in Ara-  
 bum præscriptionibus, vt in Antidoto è  
 gemmis Mesuei: cum Zedoaria & Zu-  
 rumbet eodem sæpè loco expetuntur, non  
 aliud tamen, quam vulgatam Zedoariam  
 esse assumendum, siue longa sit siue rotun-  
 da. Vel, si mauis imitare eos h, qui inopia  
 Zerumbet, Zedoariam rotundam sumunt:  
 sic etiam nihil refert, si pro Zurumbet, Zin-  
 gibere utamur: vtpote cui Serapione atte-  
 stante, sapore & calore, adeoque facultate  
 simile est. At, quid sit Arnabo Pauli, & Aui-  
 cennæ Zarnabum, quid item Auicennæ i  
 Zeduar, (nisi Geidwar legendum sit,) fate-  
 mur nos ignorare: quemadmodum eos, qui  
 Arnabo Pauli Zedoariam: aut qui vulgare  
 Zedoariam, Auicennæ Zeduar esse existi-  
 mât, falli statuimus: nec minus eos qui Ben-  
 album antiquorum, Zedoariam statuunt.  
 Reprehendit etiam Garzias k eos, qui Pauli  
 Arnabum, eandem esse cum Zerumbet o-  
 pinantur: quia Arnabo Pauli arbor sit pro-  
 cera, suauis odore fragrans: Zerumba ve-  
 rò, graminea planta. Qua in re & ipse re-  
 prehendendus, cum apud Paulum nulla ar-  
 boris fiat mentio, ac ne stirpis quidem.  
 Sed quid? Græcis ne cognita? Amatus  
 censuit Græcis prætermisam, vt & Loni-  
 cerus: ipsis incognitam, cum Aduersa-  
 rijs, Lugdunensis historia credit. Manar-  
 dus l verò antiquis vel incognitam, vel sub  
 alio nomine scriptam statuit. Cordus m ad  
 Arnabo veterum refert: & Fuchsius n vult  
 Zurumbet Mauritanorum, esse recentio-  
 rum Græcorum Zarnabum & Zarnaba-  
 dium, vel Carnabium ac Carnabadium,  
 quod Paulo Arnabo dicatur, quæ hodie in-  
 ter Zedoarias longas ex India & Oriente  
 afferatur. Cum tamen Ruellius o, Carna-  
 badium Doronicum officinarum statuât,  
 quod ex collatione compositionum Mauri-  
 tanorum cum recentioribus Græcis, & eo-  
 rum sectatoribus Latinis, compererit. Ad

f Itinerar. part. 1. cap. 9. g notis in Mesuem.

l in consilia medicament. Mesues.

h Renodens de mater. med. lib. 1. sect. 3. cap. 2.

i cap. 754.

m sua historia lib. 4. cap. 68.

n de compos. medicament.

o lib. 1. cap. 29.



Costum aliqui referunt: etenim Anguilla-  
ra Costum Arabicum vult, & non esse Ze-  
doariam, testimonia Auicennæ & Serapio-  
nis satis patefacere. At non videtur vel A-  
rabicus, vel Indicus esse, siquidem Zedo-  
ariæ radix grauis sit, colore potius luteo  
quam albo: cum Indus atque Arabicus sint  
leues, atque hic candido, is vero nigro co-  
lore. Matthiolus vero, haud vnquam pro-  
baturum se eorum opinionem, qui Zedo-  
ariam legitimum Costum esse contendunt,  
scribit. Siquidem nec Dioscorides adsti-  
puletur, nec etiam Galenus: ille quidem p  
quod Hellenij radicibus, quæ vegetæ ma-  
gnæque sunt, Costum adulterari scribit:  
hic vero q, quod pluribus in locis asserit,  
Costum discufforia & adstringente facul-  
tate constare: adeoque eximij fragrantis-  
que esse odoris, vt non minus ad vnguen-  
ta odorata paranda, eius vsus apud an-  
tiquos inualuerit, quam Malabathri, A-  
momi, Cassiæ, atque Myrrhæ: quibus  
facultatibus ac notis Zedoaria destituitur,  
cum potius grauius, quam suauiter oleat.  
Adde, quod Costo Galenus leuiculam pla-  
ne amaritudinem, & validam acredinem  
tribuat, sed hæc in Zedoaria contrario  
modo se habent, cum in ea amaritudo va-  
lidior sit & acredo remissior. Costi sane  
speciem Costæus r esse suspicatur, cum  
Zedoaria sit acris, ac leuiter amara, & odo-  
re suo caput feriat, quæ Costi legitimi sint  
qualitates. At Cæsalpinus s, Costum Sy-  
riacum esse existimat. Quibus non repu-  
gnamus: ad id autem statuendum, mouent  
grauitas, color buxeus, odor non vulgaris,  
acrimonia, amaror, dotesque aliæ experi-  
mento comprobatae, quales Costo Diosco-  
rides adscribit: vis ei est excalfactoria, vri-  
nas ciere potest, vteri affectibus, atque eius  
& ventris flatibus mire confert. Obijciunt  
Zedoariæ odorem non esse suauem, atque  
acrimoniam esse amarore inferiorem: at  
multorum etiam naribus odor suauissimus  
est, & acrimonia ipsa longo excessu quam  
amaritudo superior, atq; vix quidem ama-  
roris quidpiam gustantes percipiunt, lin-  
guam vero profundius & diutius feruere  
sentiunt. Dein etiam obijcitur, Costum  
Galeni testimonio exulcerare: an Zedoaria  
tam acris sit, vt exulceret, experiendum ef-  
set addito oleo, ac confricato ex ijs corpo-

re, neque vni gustatui fidendum: ac feruor  
certe qui illi inest, consentire hac etiam in  
re videtur. Addunt Dioscoridem scribere,  
Costum Helenij radice adulterari, radice  
ergo magna & vegeta sit oportere, talem  
enim Helenij radicem esse. Nostrum He-  
lenium præter crassum illum radicis caudi-  
cem, plures appendices quoque digitali cras-  
situdine habet, quæ Zedoariæ magnitudi-  
nem æmulantur: addunt quod si Helenij  
radicem exsiccatam dissecueris, colorem in  
extimo cortice nigricantem spectari, qua-  
lem etiam in Zedoaria. Denique obijciunt  
ex India Zedoariam afferri, non ex Syria:  
fatetur deesse hoc ad notas à Dioscoride  
adscriptas, suspicari tamen licere, Diosco-  
ridis tempestate, aut Syriam huius generis  
Costum coluisse, aut ex Indijs in Syriam  
translatum, frequentiori quam nunc com-  
meatu Syriaci nomen impositum fuisse. Vt  
vt sit, potest Costi vice t Zedoaria accipi:  
sicut pro Doronico u, Zedoaria alba,  
pro qua tamen alij Doronicum substituere  
malunt.

QUALITAS ET VIRES. Zurumbeth Se-  
rapioni x, ex diuersorum Arabum autori-  
tate, excalfacit & siccit ordine secundo,  
(Auicennæ tertio. Recentioribus, calida  
est Zedoaria ordine secundo, sicca vero ter-  
tio,) corpus inpinguat, (imbecillum reti-  
cit, laudabilem generando sanguinem,) fla-  
tus discutit. Odorem sumtorum alliorum,  
cæparum & vini aufert: morsui venenoso-  
rum confert: aluum sistit: vteri apostema-  
ta resoluit: vomitum reprimit, & colicæ  
ventosæ confert. Nostræ ætatis Medici,  
contra pestilentis cœli contagia vtuntur, &  
per multis medicamentorum compositioni-  
bus miscent. Ventriculo utilis, concoctio-  
nem iuuando, quem, vt & reliqua viscera,  
calefacit. Tussi à frigore causatæ proderit,  
si cum ouo sorbili, vel cum vino sumatur.  
Sic & intinctum ad appetentiam excitan-  
dam, ex Zedoaria, (alij ex Zingibere solo,)  
Galanga, & aceto parant. Vinum etiam  
Zedoariatum Germani conficiunt: alij  
quidem Zedoariam contusam solam fac-  
culo indunt, & in doliolo multi cocti ple-  
no, suspendunt: alij Zedoariæ & Cinamo-  
mi singulorum vnciam semis, & Galangæ  
drachmas duas, assumunt: alij & Caryo-  
phyllos, Nucem moschatam, Grana para-

p lib. 1. cap. 15.

q lib. 7. de simplic. facult. de compos. medicam. cap. 31.

r notis in Mesuem. de Simplic. cap. 172.

s lib. 10 cap. 41.

t Fallop. de compos. medicam. cap. 48.

u Fallop.

x Renodao mater. medic. lib. 1. sect. 3. cap. 3.



difi, Cardamomum, Cubebas & Piper ad-  
dunt y. Hoc vino ad frigidum & humidum  
ventriculum, etiam contra venena, & pestis  
tempore, parce fumendo, vtuntur.

## DE COSTO.

### CAPVT XIX.

**C**VM COSTI species vna Zingiberi simi-  
lis sit, & initio Zingiberis syluestris  
nomine, Aduersarijs monentibus, vendita  
fuerit, eius historiam subiiciemus. COSTVS,  
Græcis κόςθ, nomine ab Arabibus, vt vo-  
lunt a, mutuato, quibus Cost aut Cast: in  
Guzarte, Vplor: in Malaca, Puchō. Nam  
quod Serapio b Chost appellat, corruptum  
putatur exemplar, & Cost legendum: Ara-  
bes eum nunc Cost nunc Cast, nunc Costi  
vocant. Latinis Costus vel Costum: Stra-  
boni Costarium. Italis, & Hispanis, Costo,  
deducto nomine, vt aliqui dixerunt (Fra-  
goso c referente,) à Costo rege Alexan-  
driæ, cuius filiam fuisse S. Catharinam, nar-  
rant. GENERA plura constituere, cum  
Græci, tum Arabes, tum Latini, hinc fa-  
ctum vt magna disputatio orta sit, an legi-  
timus Costus habeatur. Veteres Græci, in-  
ter quos Dioscorides d, triplicem agno-  
scunt, secundum regiones, quibus nasci-  
tur: præcellit, inquit, Arabicus candidus  
& læuis, eximio suauisque odore præditus.  
Secundum locum obtinet Indus, crassus,  
leuis ac niger, ceu ferula. Tertius est Sy-  
riacus, grauis, colore buxeus, odore feruens.  
Præstantissimus censetur recens, candicans,  
omnino plenus, densus, aridus, à teredini-  
bus non erosus, minimè virosus, (qui e-  
dendo non sit, Oribasius e,) sapore mor-  
daci ac feruido. Idem refert Aetius f, &  
Oribasius g. Hic tamen alibi e Costum  
habet Arabicum & Indicum, ac quæ Dio-  
scorides Syriaco, ille Indico tribuit. At,  
Plinio h, qui Indicum duntaxat nouisse  
videtur, radix Costi gustu feruens, odore  
eximio, frutice alias inutili: primo statim  
introitu amnis Indi in Pasale insula: duo  
eius genera, nigrum, & quod melius, can-  
dicans: pretium in libras xvi. Auicennæ  
species tres sunt, Arabicus albus, leuis, aro-  
maticus: alter est Indus, qui magis est leuis

A tertius est amarus, grauis odoris, qui no-  
minatur garyophyllata. Serapio, de Co-  
sto, omnia ex Dioscoride & Galeno exscri-  
psit. Arabes duas quoque ex sapore diffe-  
rentias fecere, alterum amarum, alterum  
dulcem appellantes: causam huius, Gar-  
zias, (& cum eo Acoſta,) censuit, quod  
hoc medicamentum, cum recens est & in-  
corruptum, nullius amaritudinis sit parti-  
ceps, candidiusque persistat: vbi autem ve-  
tustate corrumpi incipiat, amaritudinem  
contrahere, fierique nigricans, quam sapo-  
ris diuersitatem in plurimis plantis aduer-  
tere liceat, quæ recentes dulciores sint ac  
suauiores: vetustiores, teredinibus erosæ  
& corruptæ, acriores, amariore & insua-  
uiore. Hos secuti inter recentiores Græ-  
cos, potissimum Actuarius, & Nicolaus,  
qui Costi dulcis meminere, cum tamen,  
Galeno monente, omnis Costus amarus sit.  
Et Seplasiæ in dulcem & amarum diuisere,  
quæ hæctenus nihil fere habuere, quod ve-  
ri legitimi que Costi faciem sine controuer-  
sia referat, nec mirum, cum nullæ fere no-  
bis sint plantæ peregrinæ delineationes: i-  
mo tanta rerum est confusio, vt is quem  
dulcem vocant amarus, & quem amarum  
nominant, dulcior gustu sentiatur. His ra-  
tionibus plerique moti, Costum legitimum  
nobis esse negarunt, & solum radices, vel  
in Hispania, vel in Italia natas, pro Costo  
legitimo in officinis ostendi. Denique,  
Garzias, in ea est opinione, quem Acoſta  
sequitur, vt vnum duntaxat Costi genus  
esse credat, & vt quidam nisi collatione qua-  
dam cum amariore, vel acriore Costo, dul-  
cem nominare censet. Galenus de Costi  
differentijs, quod nobis constet, nil habet:  
& Theophrastus i tantum Costum nomi-  
nat, inter ea quæ ad vnguenta expetuntur.  
At Paludanus, notis suis in Linschotum k,  
quatuor esse genera scribit, Arabicum, Sy-  
riacum, Indicum, & quartum quod Zingi-  
beris simile sit. Nunc radices quæ Costi no-  
mine ostenduntur persequamur, ab Arabi-  
co exorſi.

I. COSTVS ARABICVS: Radice est Zin-  
giberis cognata l, substantia & figura can-  
dida, læui, pollicem crassa, vnciam & ses-  
quiunciam longa, hinc inde tuberibus ob-  
longis donata, intus fibrosa, sed palleſcen-

y vide in Euonymo.  
e lib. 2. Synops. cap. 56.

a Garzias lib. 1. aromas. cap. 35. Acoſta.

f strabib. 1. ferm. 1. cap. 196.

b de simplic. cap. 318.

c de medicament. Ind. cap. 5.

d lib. 1. cap. 15.

g 11. Collectan.

h lib. 9. cap. 12.


i lib. 9. hist. plant. cap. 7.

k 4. part.

l Aduersaria.



## I. COSTVS ARABICVS.



te, etiam ad luteum inclinante, odore intenso ac iucundo ad Cupressi, aut Cedri Libani odorem accedente, gustu acri: interdum & buxea visitur, vti vulgata, odore & sapore similis, subamara (eximia amaritudinis, Clusio,) vtraque, caetera similes. Teredines etiam vt Zingiber sentit. Huius frustum, inter magnam Zingiberis copiam forte repertum, specimen futurum, Valerando Donrez Flandro, Venetias ituro, & inde in Syriam simplicium causa nauigaturo, Gesnerus dedit: sicque a Turcis institoribus, saepe haud ita magno pretio emit, vt qui Zingiber syluestre putarent. Haec Venetorum Medicorum collegio oblata, digna habita, quae inter lectissima Theriacae parandae simplicia anno CIO IO LXIII. infereretur: iamque, e Syria & Aegypto, Venetias magna copia aduehitur, quae Zedoariae aut Zingiberis est effigie.

**NOMEN.** Hanc radicem, primus Valerandus, Costum verum censuit: Aduersaria, Zingiberis effigie Costum Arabicum & Syriacum vocant, addentia: etsi non sit Costus genuina, tamen quia & radix est, eximiaque odoris, saporisque gratia aromatica pollet, merita videtur parem Costo laudem & gradum, quae praeferenda non modo officinarum inodorae radici, sed etiam Zedoariae, quae minus odora, aromatica, & gustu grata est. Costi quoddam genus Zingiberis radicibus simile, Clusio *m.* Costus Arabicus Camerario *n.* At Costaeus *o* dissentit ab ijs, qui hunc legitimum esse Costum putant, cum huic leuissima & acrimonia, & amaror, & odor insit: suspicatur vero, Cyperi Indi potius, quam Costi speciem esse. Costus Syriacus & Arabicus, Lugdunensi, & Tabernemontano. Hunc Costum Arabicum Dioscoridis censemus: etsi Anguillara Zedoariam Costum Arabicum faciat, vt praecedenti capite monuimus: & Caesalpinus, Cala-


**A**rum Aromaticum, Costum Arabicum vel. At Valerius Cordus *p*, Costum album feu Arabicum sic descripsit: radix est Centaurio maiori similis, duum vt plurimum digitorum latitudine, etiam minor, densa & candida: quae per transversum in partes secta, ex Oriente huc affertur: Enulae campanae instar subrufum liquorem continens, roscidis guttulis, per substantiam eius dispersis: sapore vehementer, cum aromatica gratia, feruido ac subamaro: odore autem valde acri, aromati simili & nares feriente. Eligendus solidus, candidissimus, plenus, & minime teredinibus corrosus: sapore & odore acerrimus & suauissimus, haec enim recentis notae sunt. Similem & Costaeus *q* proposuit: allata etiam nuper est ex Indijs radix alia, crassiore Zedoariam magnitudine duplo superans, colore albo, si transversim feces, pulchro quodam fibrarum ordine distincta, a medio veluti centro ad extimam superficiem ductarum, vt in Rhapontico: atqui odore haec leni aut nullo, acrimonia cum linguae admoues tenui, amarore vero vbi paululum degustaris, tam insigni & pertinaci, vt vix tandem fauces abluto ore expedias: quae omnia radicem hanc a legitimo Costo plurimum abesse, persuadent. **C**OSTVM SYRIACVM vel flauum etiam refert, Arabico per omnia similem, maiorem tamen, & ad Centaurij maioris radicem propius accedentem, siquidem colorem habeat Buxi modo flauum, ac nonnunquam ad Centaurij ruborem inclinantem, quo fere solo ab Arabico differat, cum gustu & odore eidem omnino respondeat: qui quoque ex Oriente, in frusta per transversum dissectus veniat. Eligendum plenum, solidum, gustu & odore acerrimum & iucundum, a vermibus nequaquam corrosum. Vterque nunc rarissime adfertur, sed ipsorum loco vel Thapsia, vel Enulae cuiusdam radix, vt infra dicitur: quamvis **E** Rauwolffius *r* referat Costum Syriacum circa Antiochiam reperiri, quibus *Cost* nomine cognitus sit.

II. COSTVS IRIDEM REDOLENS: Costi huius radix facie & concretionem; Centauriae maioris, vel Gentianae radici similis est, grauis, solida, cortice pullo seu cine-



## II. COSTVS IRIDEM RE-

DOLENS.



reo tecta: substantiæ candicantis, interdum ex cinereo flavescentis coloris, quæ violæ, seu radicis Iridis odorem, præsertim dum manditur, spirat, tantilla hirci graucolentia mixta, gustu peramara (scilicet senescens:) parte, qua extra terram eminent, caulis fragmentum inhæret, quod ferulaceum quiddam refert, & medullam fungosam continet. Quia autem cum Costo, à Garzia proposito, conuenire videtur, eius verba (quæ pleraque & Acoſta s; & Fragosus t habent) subiiciemus. Describitur Costus ab ijs qui viderunt Sambuci effigie & Arbuti, aut Azimbri (Iuniperi habet Fragosus, forte quia *Zimbro* Lusitanis Iuniperus sit) magnitudine: florem odoratum proferens (vel vt Linschotus u, flos eius candidus & fragrans est.) Præcellit is qui intus candidus est, cortice cinereo: inuenitur etiam odore buxi, cortice E palleſcente, (intus albicans, foris virens, digiti crassitie Linschoto, vel vt Camerarius x, digito paulo crassior, superficie à rufo ad fuscum tendente, aliquando subalbicante,) tanta odoris fragrantia præditus, vt plerisque nares feriat, & capitis do-

Alorem excitet. Gustu minime amaro, nec etiam dulci, tametsi iam senescens interdum amarescat: nam recens acri gustu est, vt reliqua aromata, (& vt Camerarius x, substantia intus alba, laxa, rara, & friabili: facile in puluerem abiens, Acoſtæ) caule foris striato, intus multa medulla alba infarcto.

Locus. Nascitur, Garzia referente, circa Guzarate, inter Bengala, Delli & Cambaya, in Mandou & Chitor: quem mercatores in Ormutz exportant, quo Corasones & Persæ confluunt: inde in Adem, quo, huius cum alijs mercibus emendi gratia Arabes & Turcæ conueniunt, indeque multo currus, Costo & alijs mercibus onusti in Amadabar, quæ regni vrbs primaria est in deserto sita, & in Cambayete, urbem non procul à mari sitam, deuehuntur: vnde postea, per maiorem Asiæ, nonnullam Africæ partem, & vniuersam Europam, distribuitur: cuius tamen exigua admodum quantitas in Lusitaniam defertur, (& inde Antuerpiam, Clusio monente:) ita vt mirum non sit, si officinæ eius loco alio medicamento vtantur, in regionibus procul à Lusitania distitis. Indiæ Medici hoc in multis medicamentis vtuntur, eiusque in Malaca plurimus vsus, vnde in Chinarum regionem vehitur: maxima quin etiam pars in Asia minore & Syria consumitur, vt & apud Arabes & Persas: hæc Garzias. Linschoto u in Sitor & Mandor nascitur, hinc in Cambayam & Indiam, & loca porro alia inferitur: cuius frequentia commercia in Persiam, Arabiam, & Turciam, instituuntur, quibus locis eius vsus permagnus est.

NOMEN. An sit Costus Indicus Dioscoridis ambigitur, quo tamen nomine Amatus, Clusius y, Lugdunensis, & Tabernemontanus eum, quem primo loco descripsimus, proposuere. Costus facie radicis Centaurij maioris, Lobelio: Costus Lusitanicus, Camerario: Costus verus Garziæ, Acoſtæ, Fragoso: Paludanus z Costum Indicum omnibus suis notis eleganter Garziam descripsisse, & omnium optimum esse admonet. Costus Indicus, Malaijs *Pucho* dictus, Linschoto a, quo nomine ab ipso etiam pingitur, quæ sane figura cum Clusij & Lobelij omnino conuenit. Verum Clu-

s de Aromat. cap. 27.

t de Aromat. stall. 2. cap. 5.  
z notis in Linschot.u 4. pars. Ind. Orient. cap. 39.  
a 4. pars. Ind. Orient. tab. 20.

x in epit. Matth.

y in Garziam.



fio non videtur huius Costi descriptio cum A veterum Costo conuenire: quia ex Dioscoridis descriptione manifestum sit, illorum Costum radicem fuisse, cum ait: sunt qui radicibus præclaris Helenij Comageni admistis adulterent: at verisimile non est, truncum aut ramum fruticis cum radice tantam similitudinem habere, vt radice adulterari possit. (Adde, quod Plinius radicem diserte appellarit.) At Garziæ Costum, radicis minimum habere, & fere nihil nisi lignum esse suo cortice coniectum: & Garzias *b* dicit Costum radicem non esse sed lignum. Quare, aut veteres Costum ignorasse, aut Arabum Costum (si quidem hic descriptus Costus, illorum Costus sit) à veterum Græcorum Costo diuersum esse: hæc Clusius. Verum Acosta, qui eadem fere quæ Garzias refert, admonet, esse qui solius radicis vsum dicant, quos notare conueniat, minorem partem radicis esse, maiorem vero ligni, & alterum altero non plus valere, huncque laudatum & non C adulteratum Vlyssipona haberi posse. Sic Lintschoto, Costus priuatim lignum eius & radix est: quamuis, vt Fragosus, radix melior pars sit. Addit Garzias, vnicum esse qui ex India adferatur: quod autem tam diuersa nomina sortitus sit, putat negotiatores, qui ex varijs regionibus oriundi erant, occasionem præbuisse. At longe alia de Costo Indico Bellonij *c* opinio est, quam doctis considerandam proponimus: qui, de stirpibus in insula Creta nascentibus agens, D hæc habet: supra Chisami arcem, ea montis parte qua Calohierorum monasterium situm est, Artichocæ syluestris genus crescit, pastoribus Agriocinara appellatum, cuius radix cubitalis longitudinis, & humani cruris crassitiei, foris & intus nigra, pyri in modum turbinata, quam Costum Indicum in Aromatariorum officinis venalem esse asserimus: intelligimus autem nigram illam radicem, quam Costum nominant, quamque ab omni antiquitate in vfu esse E credimus. Sed hac de re, inter Carduos agendum erit.

III. IV. COSTVS Moluccensis duplex ab Aduersarijs proponitur, alter CORTICOSVS, alter LIGNOSVS feruidior.


Alter maior & arboris maiusculæ, in-

### III. COSTVS CORTICOSVS.



B quiunt, cortex videtur: figura Sambuci a-  
 dultioris & cineracei, rugis & plicis fre-  
 quens, sapore & colore vehementi.

### IV. COSTVS LIGNOSVS.




Alter minor, radici Solani syluestris val-  
 de similis, colore diluto pullo, gustu vren-  
 te, vt vix ardorem lingua ferre queat. Has  
 duas radices peregrinas, Costum admo-  
 dum simulantes, à Launaio Rupellensi Me-  
 dico acceperere, qui à naucleris è Moluccis  
 reducibus habuit: quibus iam persuasum  
 erat Costi esse speciem, tametsi parum od-  
 re essent, quod vti non inficiantur, ita  
 rem vt potiore retinent.

D NOMEN. Vtramque hanc radicem, su-  
 Costi Moluccensis corticose nomine etiam  
 Lugdunensis proposuit: at Tabernæmon-  
 tanus alterum sub Costo Moluccano: alte-  
 rum vero maiorem, sub costo altero pere-  
 grino, quem Lobelius *d* Costum effigie  
 radicis Solani furiosi nominat. Nunc sub-  
 ijciamus Costum & amarum & dulcem of-  
 ficinarum.

V. COSTVS AMARVS OFFICINARVM: ra-  
 dix est nostro Helenio per omnia similis,  
 densior tamen & solidior, & ob cœli calo-  
 rem magis percocta, quapropter dissecta  
 minus in exsiccando flavescit, minusque  
 in rugas nostra contrahitur, quæ incon-  
 cocta humoris plus habet, quo inter exsic-  
 candum exhalante, flavescit & in rugas con-  
 trahitur. Colore candidat recens, antiqua



## V. COSTVS AMARVS OFFICINARVM.




vero, vel intempestiue effossa, aut negligenter siccata, liuet, aut fusca est: lineis est in cortice transuersis, medulla alba & magna, sapore amariusculo, vt & nostra, non tamen adeo acri: inueterata, ingrato admodum & viroso est sapore, medicato tamen: affertur vel transuersim in taleolas incisa, tumque orbiculato rugarum habitu, Helenium nostrum refert: vel per longum incisa.

Locvs. Hæc ex Comagena Orientis regione aduehitur, & pro candido, hoc est Arabico Costo vsurpatur. Admonuit etiam nos Dioscorides *e*, quosdam pro Costo, Comageni Helenij præduras radices vendere, quod deprehensu facile, siquidem nec gustu feruet Helenium, neque validum odorem vibrat, vt caput tentare possit.

NOMEN. Inuia Comagena Cordo *f*: Costus officinarum Aduersarijs: qui adulterinus, Lugdunensi: Costus Comagineus adulterinus officinarum, Lobelio *g*: Costus officinarum amarus, Lonicero, Castori, Tabernamontano: Costus amarus Pharmacopolarum, Camerario *b*. Costæus *i* scribit Costum amarum officinarum, vulgatam esse radicem, ex Gargano Apuliæ delatam, in qua, vna leuitate excepta, nulla prorsus spectetur Costi nota, cum sit insipida ac inodora, nullaque illi gratia insit: cum tamen Costus, acrimonia, cum leuicula amaritudine excellere debeat, odore maxime commendetur, cuius nomine etiam in odoratis vnguentis vsurpetur.

## VI. COSTVS DVLCIS OFFICINARVM



**B** CENTAVRIO MAGNO COGNATVS: hic radice est crassa, solida, ponderosa, lineis multis à centro radicis ad superficiem ductis, quæ Centaurij maioris species videtur, etsi eius odorem non habeat, & sapore sit subdulci.

NOMEN. Hunc Costi adulterini dulcis officinarum nomine, Lonicerus & Tabernæmontanus pinxere: at Camerario *k* Costi Pharmacopolarum species maior dicitur: Costus dulcis Castori.

**C** VII. COSTVS ADULTERINVS INSIPIDVS: & alteram radicem quæ Costi nomine affertur Camerarius iungit, quæ dodrantalis fere, dura, insipida, subdulcis, inodora, grauis, solidissima, tortuosa, inæqualis, nonnihil rugosa, ac foris fusca: intus leuis, plana, polita, similis fere Rhaponticæ vulgo dictæ, id est Centaurio maiori, cui cognatam plantam esse credit. In medio partem modice cauam habet, & in ea materia aliena, & terreum aliquid inuenitur, forte vitio quodam. Radix vero inutilis, & afferri indigna videtur: ne vsta quidem olet, cum succum reddit, præ duritie cultro fragilis est, minime autem tenax: macerata in aqua, breui mollis euadit, & colore pallida. Hæc Camerarius. Ostendunt, inquit Costæus *l*, alij Venetijs, magnam quandam radicem ex Indijs allatam, densa substantia, colore nigro, & leui amaritudine, & Costum dulcem vocant: sed & hæc odore caret, & acrimonia, dulcoris, saporisue alterius vix quidquam prodit degustata.

**E** IIX. COSTVS OFFICINARVM INGRATVS, siue THAPSIÆ SPECIES: Costi vice sæpe & alia radix venditur, per transuersum in taleolas secta, quæ crassitudine plerumque manum complet, foris fusco, intus candi-

e *lib. 1. cap. 15.*f *lib. 4. hist. cap. 62.*g *in Iconibus.*h *in suo Matthiolo.*i *in Mesuem.*k *in Matthiol.*l *notis in Mesuem.*




cante colore, cortice crasso, substantia rara & leui, quæ cum feritur rancidam aliquam pinguedinem olet, gustu supra modum acri, nauseosa, rancida, saliuam ciens & strangulationem comminans. Est autem THAPSIAE maioris species, in monte Gargano effossa, quam Agyrtæ, corrupto nomine cum Italis Costones, quasi Costum amarum vocant. Cæsalpino ferulæ cuiusdam radix est in taleolas concisa, sapore feruente, sed sine vlla odoris gratia, quæ hodie pro Costo venditur. Præter hæc Costi genera voluit & Tragus apud Germanos Costum nasci, esseque eam herbam, quam Radicem pestilentialem Germani vocant, quæ viribus & odore cum Costo conueniat. Alij, Mentha Sarracena, Costi vice vtuntur, Amato ac Lacuna momentibus: (& Fuchsius suspicatur, alterum ex Costis officinarum, huius Menthæ radicem esse:) alij, Lepidij radice Amato: alij, quadam planta Elaphobosci facie, quæ cum Costo nil commune habet Matthiolo, (quam Pseudocostum vocat) & Loniceri autoribus. Sunt quibus Christophoriana, Costus niger perperam dicatur. Alij Angelicam, Costum nigrum seu Indicum appellant, cum Costum non obscure referat Matthiolo, propter insignes vires, odoris suauitatem, insignem quoque acrimoniam & amaritudinem leuem: subscribit Wekerus: & Costi succedaneam facit Costæus. Cum vero adeo sit incerta Costi historia, quid substituendum censeamus, explicemus. Galenus, in suis *αἰτιαλογικαῖς*, Helenium Costi succedaneum fecit, *αἰτιόσις*, *ελένιον* inquit: nobis placet, si Zedoaria vulgata substituatur, cum acris sit, leuiter amara, & odore suo caput feriat, quæ legitimi Costi sunt qualitates. Nec Matthiolo displicet, qui tamen cum Costeo, non solum Zedoariam, sed etiam Angelicam substituit: posterius Loniterus & Fragosus approbant.

QUALITAS ET VIRES. Costus Dioscoridi *m* vim habet excalfaciendi. Galeno & Aeginetæ *n*, leuiculam plane amaram, plurimam autem acrem & calidam in se qualitatem simul & facultatem continet, adeo vt etiam exulceret, & in quibus excalfacere partem quamuis, aut humorem

aliquem ex alto ad superficiem extrahere est opus, ad Costum confugitur. Idem & Aetius *o*. Calefacit Oribasio *p* ordine quarto. Auicennæ vero, calidus in tertio, ficcus in secundo: Auerrhoi calidus & ficcus in secundo. Dioscoridi *q* vim habet vrinæ ciendi, menstruaque ducendi, a viperæ morsis succurrit, semenciæ pondere potus, itemque pectoris affectibus, conuulsis, inflammationibusque, ex vino & absinthio (adrupta, conuulsa, & laterum dolores congruit, Galeno: in oxymelite in potu Oribasio *r*:) latum lumbricum ex aqua pellit, (ob amaritudinem quæ illi inest:) venerem ex mulso stimulat, (per flatuosam quandam humiditatem quæ ei inest, Galeno & Aeginetæ:) contra febriles rigores, ante accessionum initia, nec non etiam paralytin, ex oleo perunctione prodest, (idem Galenus & Aegineta: sic etiam in resolutis & ischiadicis:) Vteri vitij, tam imposito, quam fotu & suffitu opitulatur, impurum enim vterum expurgat, & ad concipiendum iuuat: vitia cutis (ad contractas velut ex sole maculas, Galeno) cum aqua vel melle illitus, emendat. Additur in malagmata & antidota. Apud Mesuem electuarium Diacostou, ad viscerum obstructions (in temperatura frigida & humida) & hydropis principium. Eadem fere descriptio apud Auicennam *t* & Serapionem. Sic & oleum Costinum Mesuei, officinis vsitatum, omnibus neruosi generis affectibus frigidis confert, vt etiam paralytin ac vehementem rigorem spinæ illitum iuuat, canitiem etiam prohibet, corporis colorem & odorem commendat. Cuius olei Auicenna & Serapio duas descriptiones habent. Antiquitas *u* Costo perinde ac Thure supplicabat: quare huius superstitionis gratia, aut vnguentorum deliciarumque causa, emebatur.

Etiannum *x* externis medicamentis addi solet.



*m* lib. 1. cap. 15. *n* lib. 7. & Oribas. 15. Collect. *o* zetrabibl. 1. serm. 1. *p* lib. 2. synops. cap. 6. *q* lib. 1. cap. 15. Galeno & Aegineta. *r* lib. 7. synops. cap. 15. *s* Fernel. lib. 5. method. med. cap. 26. *t* 5. Canon. *u* Pân. lib. 22. cap. 24. *x* Fernel. lib. 4. method. medend. cap. 7.



DE CURCUMATE.

CAPVT XX.

**C**URCUMA Officinis dicta radix, cum forma & viribus Zingiberi propior sit quam Cypero, in hanc classem, etiam Dioscoridis testimonio, (licet de ea capite de Cypero *a* egerit) relata: siquidem omnes notæ à Dioscoride Cypero Indico tribuæ, huic radici aptissimè conueniant: ita vt videatur, quæ de ea scripsit, ab alijs auditione accepisse: eius hæc sunt verba: Aliud Cyperi genus in India nasci tradunt, Zingiberis effigie, quod manducatum Croci vim reddit, gustu amaro sentitur, & illitum præsentem psilothi vim exhibet. Et Plinius *b*, est per se Indica herba, quæ Cyperis vocatur, Zingiberis effigie, commanducata croci vim reddit. Duplex autem est, radice rotunda & longa.

C V R C V M A.



**A** tum similem, teretem, foris pallidam, & modicè scabram, medullam ex croceo colore, aliquando in puniceum declinantem, ponderosam, densam, vtrinque radicibus minoribus brachiatam: quarum aliquæ breues & oculatis bulbis similes sunt, ac obscuris foliorum vestigijs præcinctæ: gustu subamaræ, cum aromatica tenuitate acres & odoratæ, quæ manducatæ croceum sputum reddunt, & aqua vinouæ maceratæ, croceo colore tingunt.

**B** CURCUMA VERÒ ROTVNDÀ, substantia, pondere, soliditate, colore, odore, longæ respondet: figurâ rotunda, aut modicè oblonga, & Ari instar ouata, cuius magnitudinem aliquando æquat: non secus quam longa fibris donata, sapore illa multo acriore, feruidiore ac tenuiore, præsertim quæ substantia rariore constat. Eligenda ponderosior, densior, quæ nondum teredinem sensit, quæ diu acrimoniam in gustantis palato relinquit, & aromatum modo est odora. Hanc radicem censemus Croci Indici nomine Garziam *c* proposuisse, & Acoſtam *d* repetiisse, quam sic describere: est hæc radix recens intus crocea, foris verò Zingiberi persimilis: folijs Milij maioribus (vel, vt Acoſta, Orchidis quæ Serapias dicitur, maioribus & latioribus, colore foliorum scillæ, dilutiore tamen & tenuiore) caule foliaceo: & vt Acoſta, è folijs simul implicatis & sese mutuo ample-

**C** do est odora. Hanc radicem censemus Croci Indici nomine Garziam *c* proposuisse, & Acoſtam *d* repetiisse, quam sic describere: est hæc radix recens intus crocea, foris verò Zingiberi persimilis: folijs Milij maioribus (vel, vt Acoſta, Orchidis quæ Serapias dicitur, maioribus & latioribus, colore foliorum scillæ, dilutiore tamen & tenuiore) caule foliaceo: & vt Acoſta, è folijs simul implicatis & sese mutuo ample-

**D** LOCVS. Nascitur plurima in regionis Malauar parte, videlicet in Cananor & Calicut, (in Corhin & Fanor, Acoſtæ:) sic etiam in Goa, sed exigua quantitate: & magna copia ad Arabes, Persas, & Turcas defertur, qui omnes, apud se non nasci, sed ex India adferri, fatentur, Garzia monente: Linschoto *e* referente, in S. Laurentij insula, in Iaua, in Sunda, Madagascar, & alijs Indiæ locis copiose provenit, cuius figuram, cum flore natiuo, Iridis forma exhibet, & plantam lilio albo similem dicit. Adfertur ex India, & frequenter inter Zingiber, præsertim in Venetorum pharmacopolijs reperitur.

**NOMEN.** *Κυρκου* Dioscoridi: Cyperus Indicus Dioscoridis & Curcuma officinarum, Cordo *f*, Fallopio *g*, Lonice-

**CURCUMA LONGA:** radicem habet, crassitiem minimi digiti æquantem, sextantem communiter longam, Zingiberi aliquan-

*a* lib. 1. cap. 4. *b* lib. 21. cap. 18. *c* lib. 1. Aromat. cap. 39. Dioscoridem lib. 1. cap. 4.

*d* lib. de Aromat. *e* part. 4. Ind. orient. cap. 3. & 7. pag. 13. *f* in *g* in lib. 1. Dioscoridis, cap. 8.



ro, Cæfalpino : Cyperi genus quod India A mittit, Matthiolo, Fuchſio *b*: Cyperi ter-  
tia ſpecies, vel Indus, Amato : Cyperi ſe-  
cundam ſpeciem Matthiolus Curcuma eſſe  
putat, inquit Lacuna : Cyperus altera, ra-  
dice lutea dicta Curcuma, Caſtori : Cype-  
ris Indica Geſnero *i*: Curcuma longa &  
rotunda, Cordo *k*: Curcuma, Cyperum  
Indicum eſſe ſuſpicantur Braſſauolus & Co-  
ſtæus: Curcuma officinarum, Cyperus In-  
dicus, Cluſio *l*, Lobelio & Tabernæmon-  
tano: Terra merita (quamuis terra non ſit, B  
ſed radix) Ruellio, Aduerſarijs, Lobelio *m*,  
& Lugdunenſi : Crocus indicus Garziæ,  
Acoſtæ, Lugdunenſi: Crocus Indicus, ſiue  
Curcuma, *Cumbet* Malayæ, Linſchoto *n*:  
appellatur hæc radix in Canara *Alad*: ſic e-  
tiam in Malauar; ſed proprie *Maniabe*, à  
Perſis *Darzard*, quod lignum Luteum ſo-  
nat: Multis etiam Arabum *Curcum* dicitur  
& apud Turcas *Saroth*, Acoſtæ. Luſitanis  
*Saffran da terra*. Germanis, *Gilbwurz*. Hu-  
ius mentionem videtur facere Auicenna o  
& *Chaledſium*, ſiue *Chalidunium* appellare,  
ſed, vt Garzias, cum dubitanter hæc ſcri-  
bat, aliorumque autoritates citet, tanquam  
de re ſibi non multum perſpecta, nihil af-  
firmare licet. Fieri autem poteſt, vt voca-  
bulum corruptum ſit, & hæc radix initio  
Arabibus *Aled* vocata ſit, quemadmodum  
& Indis, poſtea verò corrupte *Chaledſium*.  
Serapio *p* de hac, ſub Cyperi ſpecie in In-  
dia, egit, ipſum Dioſcoridem imitatus. Ve-  
rùm hic notare conuenit, Curcumam Se-  
rapionis & aliorum Arabum, vt Matthio-  
lus, Fuchſius, Amatus, Braſſauolus, Cæfalpi-  
nus & alij monere, non eſſe eam radicem,  
quam propoſuimus, ſed noſtram Chelido-  
niam, vt cuique conferenti ea quæ de ea di-  
cit, cum ijs quæ à Dioſcoride *q*, capite de  
Chelidonio proponuntur, facile patebit.  
Verùm, alij Chelidonium maius volunt:  
contra verò Braſſauolus *r* Chelidonium  
minus: Fallopius *s* verò & maius & mi-  
nus. Dicitur autem Mauritanis ipſa Cheli-  
donia *Kauroch*, ita ut apud Serapionem  
Curcuma pro *Kauroch* legatur: & Phar-  
macopœis errandi anſam Serapionis inter-  
pres dedit, cum *Kauroch* vocem, Chelido-  
nium ſignificantem, Curcuma vertit: vn-

de factum, vt poſtea pharmacopœi, Cur-  
cumam Chelidoniæ radicem eſſe credide-  
rint. Fuchſius *t* hoc quidem concedit, ſed  
addit, cum inter ſimplicia medica-  
ta antidotum Diacurcumæ conſtituentia,  
quæ à Nicolao falſo Galeno attribuitur,  
nuſquam inueniatur Chelidonium, cer-  
tum eſſe apud Meſuem Curcumam idem  
ſignificare quod Crocum: & huius antido-  
ti deſcriptionem deprauatam, legendum-  
que *القز* *القز*, id eſt, è Croco, quemadmo-  
dum & Fernelius *u* legit. Errant autem  
ij, qui ipſam Curcumam apud Meſuem,  
Erythrodani, ſeu Rubiæ tinctorum radi-  
cem eſſe volunt, vt Chriſtophorus Hone-  
ſti *x*. Nec etiam vulgata Curcuma, Au-  
cennæ Zurumbeth, ſeu Zedoaria longa eſt,  
quod aliqui *y* ſuſpicantur: neque enim  
Curcuma foetentem halitum commendat,  
neque inſignem illum croceum colorem  
Auicenna prætermiſſet.

QUALITAS & VIRES. Calidam & ſiccam  
eſſe, ſapor amariuſculus declarat: nam, vt  
Garzias *z*, vehementi amaritudine & a-  
crimonia, dum recens eſt, caret, ob mul-  
tam humiditatem, (ſed paulo poſt aliquan-  
tum amaroris perſentitur, linguam vren-  
do, Zingibere tamen minus. Acoſta ad-  
dit,) ſiccata vero acris eſt, ſed non adeò vt  
Zingiber: ac ſine noxa ſumi poſſe putat.  
At, vt Linſchotus *a*, gultu primo quidem  
nullum ſaporem, aut facultatem diſcernes:  
paulo poſt tamen acrimonia os radetur, &  
quasi exuretur. Vulgo cum in Goa, tum  
apud Arabes & Perſas, ad cibos tingendos  
& condiendos utuntur, eo quod viliori pre-  
tio, quam noſter Crocus, qui apud eos e-  
tiam prouenit, ematur. Huius tamen etiam  
in medicina uſus eſt, præſertim autem in  
ocularibus medicamentis: tum etiam ad  
pſoram, ſi cum mali Arantij ſucco, &  
Cocci ſiue nucis Indiæ oleo, (lithargy-  
rum Acoſta addit,) miſceatur: quibus  
affectibus Auicenna *b* Chaledſium & Cur-  
cumam vtilia eſſe ſcribit. Quare vires  
quaſdam cum Zingibere ſimiles habet, etſi  
gultu ſit ignauiore, ingratiore, facul-  
tate tamen eſt potiore, viſcera, vt hepar  
& lienem, ab obſtructione liberandi, hu-  
mores frigidos abſumendi. Ideò, inquit

*h* de compoſitione medicamentorum. *i* in Catalogo. *k* lib. 4. hiſtor. cap. 70. & 71. *l* in Corollar. ad Dodon. edit. Gallica. *m* in  
iconibus *n* part. 4. Ind. orient. cap. 3. & 7. *o* lib. 2. cap. 195. *p* cap. 192. *q* lib. 2. cap. 211. *r* in exam. ſimplicium. *s* de  
compoſitione medicamentorum cap. 43. *t* notis in Myreſium. *u* lib. 7. methodi medendi de eſſeſuaris. *x* in Meſuem. *y* Io Coſtæus  
in Meſuem elect. de gemmis. *z* Sic & Linſchotus, part. 4. Ind. Orient. cap. 7. *a* 4. part. Ind. Orient. cap. 3. *b* lib. 2. cap. 162. & 195



Pena c, cursores & mulierculas cum Zingibere ad icterum miscere. Alij cum Croco & Thure, tribus matutinis, in Ictero exhibent. Veteres psilothri vim tribuere, quod confestim pilos detrahat: nec huic effectus reclamant, nam partes pilosae ea perunctae, caluescunt; unde recentiores depilatorijs addunt. Verum & temporis & locorum interuallo, & teredine, cui, & vt Zingiber, licet minus, obnoxia, haec vis languescit, ita vt applicata non semper statim depilet. Pictoribus, tingendis mensis, & alijs rebus, optime cognita

A est, cum magnam crocati liquoris vim reddat. Et ijs d qui pro phaleris equorum aera poliunt, siquidem inducta, auri verum fulgorem, (quod & Chymistae norunt,) mentiantur, ideoque auri loco ad exornandas aeneas laminas opifices vsurpant. Ea etiam infectores lanarum vtuntur. Coria quoque tenuiora apud Italos ea depilantur, ac croci colore inficiuntur, quibus manicae fiunt quas Chirothecas vocant, atque adeo Croci & psilothri vim, Costæo autore, reddit.

c in Aduersariis.

d Mellini lib. 2. cap. 4.

LIBRI PRIMI FINIS.





# INDEX LATINVS.

<b>A</b> Bies	233.c.	Alicæ genera	400.d.	Arundinis Indicæ folium	292.e.
Acanos	625.b.	Allium	261.a.	Arundinis lanugo	284.c.
Acer	330.a.	Aloe	147.d.	Arundinum mel	296.a.b.d.e.
Acetum è Cereui- fia	465.b.	Alopecuros	50.a.b.57.a.d.60.e.	Arundo	255.a.264.b.275.e.281.c.
Achorum	625.a.	Ammj	261.a.	Arundo Abaritana	180.a.
Aconitum pardalianches	657.b.	Amomum	194.e.202.d.	Arundo admirandæ magnitudi- nis	291.b.c.d.e.292.a.b.c.
Acorū	628.a.634.c. fallum 634.c.	Amourettes tremblentes	23.b.	Arundo Ægyptia	300.b.c.e.
Acoros	625.a.634.c.	Amulum	406.a.	Arundo amnica	272.d.
Acorus	262.d.263.b.624.e.628.a. 640.e.641.b.642.d.e. adulteri- nus 633.a.d. Aquitanicus 637. b.d. Dioscorid. 630.c. falsa 634.c. Galatius 641.b. Indicus 640.e. 363.d. luteus falsus 634.d. no- stras 634.c. Officinarum 633.a. 634.635.a. palustris 634.c.d. 636. d. Ponticus 641.e. verus 625.e. 626.a. vulgaris 634.c.	Amygdalæ	384.b.	Arundo arbor Tabaxifera	285.d. 286.a.
Adarca	284.a.b.	Amylum frumentum	420.e.	Arundo Anglica folijs in summi- tate dissectis	273.a.
Adarce	284.d.285.a.b.	Amylo similis subsidentia ex si- mila & omnibus leguminibus	407.b.	Arundo armamentaria	266.c.
Ador	369.c.	Amylum	307.c.363.c.405.e.421.a. 457.a.	Arundo aucupatoria	265.e.268.d.
Adorea	369.d.	Anabasis	241.a.233.a.b.e.	Arundo auletica	265.a.267.c.
Adorei genera	414.b.	Androsace	237.e.	Arundo Bambus	278.d.
Adoreum	368.e.369.d.e.370.c.	Anethum	364.c.446.c.451.a.	Arundo bombycia	165.a.e.266.c.d.
Æschynomene Plin.	106.d.	Angelica	677.c.d.	Arundo Cerdone	265.c.
Ægilops	23.a.122.c.135.b.143.a. 146.d.147.b.c.150.e.152.c.445.a. 468.c.469.a.472.d. altera capi- tulis duris 157.c.e. bromoides 150.d.153.c. Dioscorid. 149.a.c.d. 150.a.b.c.d.151.a.152.b. Gal. 144. a.b.	Anisum	379.b.	Arundo Characias	265.a. Creti- ca 267.e. crassa 272. a. Cypria 272.d.
Ægilops bulbi genus Plin.	19.b.	Anthali mala	226.b.	Arundo domestica	272.d. Do- nax 265.267.e. Donax Diosc. 271.e.272.d.
Æra	122.c.124.c.	Anthalium	226.b.c.e.227.c.	Arundo Elegia	268.b. Epigeios 265.a.268.b.278.d. Eunuchias 265.a.
Atfodillus	542.a.	Anthela	324.b.	Arundo farcta	275.e.276.e. fla- va 276.d. geniculata siue sa- gittalis 275.d.276.a. maxima atro rubens 274.c.276.a.
Affroditi	542.a.	Anthericus	537.b.c.539.a.	Arundo foemina	264.d.276.e. fi- stula 265.d. fluitans 265.d. fluta 265.d.
Atrodilus	537.a.	Anthora	659.b.662.e.	Arundo gracilis	276.e. granum instar Secales ferens 489.c. Græcanica 265.c.
Agem	385.e.	Antispodium	215.b.	Arundo Hispanica	272.c. humilis 278.c.
Agriocinara	673.d.	Aparine	122.e.	Arundo Indica	268.c.274.c.323.a. florida 323.a. fluitans 320.d. lati- folia 321.b.e.323.a. latifolia flore luteo punctato 323.c. pu- nicea mollis 320. b. versicolor 320.a. versicolor flexilis 320.b. volubilis 320.c.
Agrimonia	368.a.	Aphrodisia	625.a.	Arundines Indicæ ediffimæ & crassissimæ	290.b.c.
Agriostari	397.b.	Apium	208.a.260.c.	Arundo inodora	255.a.264.b. iugalis 266.a.
Agrorum ventispica	35.d.	Apludæ	389.c.	Arundo Laconica	365.a.268.b.
Agrosteos alterū genus Dod.	19.a.	Aqua hordei	452.a.	Arundo magna	272.d. minima 78.a.
Ala potio	466.d.e.	Aqua vitæ ex Auena	474.c.	Arundo nexilis	265.d.
Alaga Sufani	580.c.	Aracus	123.c.	Arundo odorata	255.a.295.a.
Alaia Sufani	580.c.	Arantiorum cortex	433.c.		
Albucum	537.a.	Arbor farinifera	386.a.		
Albucus	537.a.	Arbor folijs sex brachiorum lon- gitudinem æquantibus	335.b.		
Alga	207.d.339.d.	Arbor in qua Tabaxir generatur	287.d.		
Algarum genus	201.a.	Arcontilla	240.a.		
Alhusar	308.b.	Arinca	420.b. Gallorum 357.a.		
Alica	345.c.384.a.397.b.400.b. 402.c.418.d.424.d. adulterina 399.c. Olyrina 404.d. veterum 415.a.	Arista	351.d.		
		Aristida	135.c.		
		Aristolochia	281.c.		
		Arnabo	662.b.c.663.a.664.c.d.e.		
		Arnabi altera species longa radi- ce	659.a.		
		Arnoglossa	50.a.b.		
		Artichocæ siluestris genus	673.d.		
		Arum	543.d.		
		Arundinacei tubuli ad asthma	320.d.		
		Arundines fructum neruo similē ferentes	285.b. crassissimæ 290.a.		



INDEX LATINVS.

Arundo palustris 70. b. phragmitis 180. a. 268. d. plena 264. d. plicatilis 276. e. plocimos 265. a. Plotia 265. d. pumila 278. c.	Asphodelus veterum 540. d. verus 542. a.	Catalp. 312. a.
Arundo repens 277. e. 278. a. Rota 320. b.	Asperella 240. a.	Calami frugum 347. b.
Arundo sagittaria 276. e. saccharata 295. a. Saccharifera 293. a. b. e. 295. b. latiuua 271. c. e. saccharina 295. b. scriptoria 268. d. 274. c. scriptoria atrorubens 273. b. d. sepiaria 270. b. solida 264. d. spado 265. d. syluestris 96. d. lyrinx 265. a. 267. b. c.	Asplenium 624. c.	Calaminum mel 296. e.
Arundo tenera 268. b. textilis 265. d. tibialis 265. b. d. e. tibiaria 265. b. toxica 265. a. 276. e.	Asprella 242. d. 245. d.	Calami veterū succedaneū 262. d.
Arundo vallis 265. b. 270. b. vallatoria 264. e. 265. a. b. 270. b. c. vulgaris 269. a. d. 299. d. e. 300. a. b.	Athara 409. b.	Calamochne 284. c.
Arundo Zeugitis 265. a. Zuccharum ferens 295. a.	Athera 409. c. 418. d. exquavis farina 409. d.	Calamogrostis 190. b. c. 229. b.
Afarum 193. a. 543. d. 563. d.	Auena 147. a. 149. d. 157. b. 284. a. 351. b. 420. c. 442. a. 463. c. 468. c. 471. a. alba 469. b. altera 472. b. barbata 151. b. barbula donata 150. d. erratica 151. b. 468. d. ex Zea 412. c. 413. d. fatua 151. b. frumentum 471. a. Græca 147. c. 150. d. 470. a. herba 468. d. mitior 471. b. murina 147. c. nigra 150. d. 151. b. 472. a. nuda 471. b. d. e. fatiua 147. a. 471. a. spontanea & sterilis 147. a. sterilis 129. b. 146. c. 151. b. syl. genus Gesn. 19. a. syluestris 145. e. 150. d. 151. b. tectorum 129. b. vesca 471. b. vulgaris seu alba 469. b. c. d. e.	Calamus 255. a. 264. c. 270. e. 272. d. 274. b. c. Alexandrinus 259. d. Arabicus ibid.
Asia 428. a.	Auene vitium 120. d.	Calamus aromaticus 172. d. 255. b. 259. a. d. 670. a. Diosc. 632. d. Dioscoridis quis? 261. b. Indicus 255. b. Officinar. 261. c. 624. e. 625. e. 628. a. b. 631. c. Syriacus 256. a. c.
Aspalathus 205. b. d. 206. a. b.	Auenata 453. d. 473. a. 474. a. b.	Calamus Cyprius 272. c. Græcorum 261. b. c. Indicus 295. b. Mœoticus 628. b.
Alparagus 176. b. 282. b. c. equiseti 242. c. palustris Gal. 244. e.	Baccharis 193. a.	Calamus odoratus 164. e. 258. e. 259. a. b. c. d. Matthioli 263. c. e.
Asphodelus 537. a. 541. e. acorifolius luteus palustris 551. e.	Balsamum 202. d.	Calamus Orchomenius 267. c. Saccharinus 295. b. sagittalis 275. e. sagittarius 267. e. vallis 270. b. veterum 261. c. unguentarius 259. a. vulgaris 270. c.
Asphodelus albus 542. a. minimus 542. e. non ramosus 540. e. 541. a. ramosus siue mas 539. b. e.	Bambo 290. a.	Canacella 240. a.
Asphodelus autumnalis 542. b.	Bambu folia 292. d.	Canaria Plin. 8. d. 9. a. 114. e.
Asphodelus Belgicus 551. e.	Bambus 278. d. 291. d.	Canarium semen 535. b.
Asphodelus caule simplici 542. a.	Basilicum 531. d. e.	Canicæ 388. c. 389. c.
Asphodelus Germanica 556. d.	Benalbum 664. c.	Caninus dens 116. a.
Asphodelus flore incarnato pallido 542. e. melino 550. e. luaverubende 542. e.	Beta 208. a. 364. b.	Canna 264. c. 267. d. 270. c. 272. d. 274. e. lœmina 270. c. fistularis 274. b. c. Hierosolymitana 290. b. Hispanica 272. e.
Asphodelus foemina Dionys. 550. b. e. 548. a.	Betonica 341. e.	Canna Indica 274. e. 322. e. 323. a. store croceo guttato 323. d. latifolia 269. a.
Asphodelus foliis fisculosis 547. e.	Betula 330. a.	Canna mellea 295. b. rubra 323. a. saccharina 269. a. sepiaria 270. b. scriptoria 274. c. Tabaxir 278. d.
Asphodelus Lancastriæ 552. b.	Bezoardica radix 220. b. c.	Cannæ Indicæ editissimæ & crassissimæ* 290. b. c.
Asphodelus luteus 550. d. & flore & radice 549. c. e. 550. e. minor 550. d. e. radicibus & floribus albo similis 543. c.	Biblos fecūd. 334. d. Eustath. 324. b.	Cannacorus 323. a.
Asphodelus maior 540. d. albus 542. c.	Biera 463. d.	Cannabis 239. e.
Asphodelus maritimus 540. d. 549. a.	Bladum barbatum 373. b.	Capriola 114. c. 115. c. 116. a.
Asphodelus mas 540. d. 542. a.	Bormaces 147. d.	Caprinus oculus 150. b.
Asphodelus minor 549. a. minimus 551. e. minimus Nordvegicus 552. b.	Bosmaron 436. d.	Carbunculario 478. c.
Asphodelus non ramosus 542. a.	Branze Gallorum Plin. 358. a.	Cardamomum 263. b.
Asphodelus parvus 541. a. 558. b. purpureus foliis maculatis 542. e. 543. a.	Briza 415. c. e. 416. b. 418. c. Asiatica 427. d. monococcus 416. d.	Carduus benedictus 251. d.
Asphodelus ramosus 540. d.	Bromos Ægilopo similis Diosc. 152. b. aliquibus 19. a. Diosc. 144. a. b. 145. a. 146. a. d. e. herba 144. b. 145. a.	Carex 81. d. 83. a. 89. e. 176. b. d. e. 190. c. 229. b. Latinorum 339. e.
Asphodelus syluestris 556. d.	Bromus 147. a. c. 468. b. c. 469. a.	Carnabadium 664. d. e.
	Bryon lacustre 339. d.	Carnabium 664. d.
	Bulbocastanum 224. e.	Carra 208. a.
	Butomon 229. a. b. 230. c. 634. e.	Casia 194. a.
	Butomos 190. b. 230. b. 228. a.	Casiola 116. b.
	Butomum 336. a.	Cassia lignea 235. b.
	Butomus 201. d. 631. d.	Cassonadu 307. e.
	Buxus 289. c.	Castaneæ 487. d.
	Byne 458. d. 459. e.	Caucon Plin. 233. a. e. 242. b.
		Cauda caballina 240. a. equina 239. c. 240. a. 244. e. vulpina 57. a. b. d.
		Cazau 385. a.
		Centaurij



INDEX LATINVS.

Centaury majoris species 676.b.	Cardanominum 194.e.	Cucumis 227.b.
Cerealia femina 344.a.	Cacoues havv 385.b.	Cucurbita 227.b.
Cereuisia 460.b. 461.c. 463.b.	Coccos 335.a.	Culmi 347.b.
465.e. 467.a. 474.c. adulterata	Coeculae orientales 463.e.	Cuminum 476.e.
464.e. ex Erylimo 533.e. ex	Coix 20.b.	Cunicella 240.a.
Milio 508.c. optima 472.a.	Columbina colus 240.a.	Curcuma 208.c. 679.a. longa 679.
Cereuisiae differentiae 464.a.	Combretum Plin. 104.d.e.	e. 681.a. Officin. 670.e. rotunda
Cereuisia 444.c.	Conseruatrix 565.b.	680.b. 681.a.
Chambuculum 362.e.	Coriandrum 227.a. 463.d.	Curmij 461.d. 462.c. 465.d. 466.c.
Chamaecalamitis 277.e. 278.a.c.	Corma 462.d.	Cynagrostis 8.e.
Chamaeiris 604.b. 606.a. 607.b.	Cornicis pes 116.a.	Cynops 50.a.b.
614.d.	Coronopus 115.a.b.c. d.e. 116.a.	Cyperella 102.e.
Chamaeiris angustifolia 605.b.	Cornu cerui 116.a.	Cyperis 206.d. 211.d. 679.b. 681.
Chamaeiris fl. argenteo 612.c.	Corruda 282.b.	herba Indica 208.c. 681.a. Plin.
saturo violaceo 607.c.	Corsanda 248.b.	217.e.
Chamaeiris latifolia 606.a. 608.a.	Corvinus pes 115.d.	Cyperis secunda species 681.a. ter-
609.a. d. 610.b. e. e. 611.c. 612.e.	Copey 335.a.	tia species Ibid.
613.a. c. 614.a. saxatilis Lusita-	Costarium 667.b.	Cyperus 159.a. 166.a. 172.a. b. 190.
nica 615.a.	Costi succedaneum 677.d.	a. b. 206.c. d. 208.a. 210.c. 216.b.
Chamaeiris lutea altera 612.c.	Costones 677.a.	217.e. 339.b. 630.d. Diosc. 209.
Chamaeiris major, candicans ve-	Costum 667.b.	a. & eius species 205.a. b.
nis varijs distincta 613.c. flore	Costus 202.d. 667.a. b.	Cyperus aquaticus septentriona-
obsoleto pallido 612.c. fl. varie-	Costus adulterinus 675.d. infi-	lis 216.b.
picto 609. saturate purpurea	pidus 676.e.	Cyperus Babylonicus 209.a. 638.
biflora 606.a.	Costus albus 670.a.	d. 639.a. 642.c. 643.c. Cilicia
Chamaeiris minor, fl. rubello 609.	Costus amarus 668.a. b. Officinar.	211.b. Creticus 209.c. dulcis
a. c. luteo vel candido 611.e. 612.	674.e. 675.a. d.	224. d. esculentus 221.e. 224. d.
a. pallido & albo 610.d. 611.a.	Costus Arabicus 278.c. 633.a. 659.	graminea 90.e. Indicus 679.b.
purpureo 613.b. purpureo fla-	b. 665.a. 667.c. d. e. 668.e. 669.	680.c. Indus 681.a.
uolente 610.b. purpurocoeru-	a. c. d. e. 670.a.	Cyperus longus 218. e. inodorus
leo 608. e. variegato 610. c.	Costus Comagineus 675.d.	219.c. orientalis 220. c. Germa-
Chamaeiris minor purpurea 618.	Costus corticosus 673.e. 674.a.	nicus 220.e. 221.a. Peruanus 219.
a. αχαλαύκη 612.e.	Costus dulcis 668.a. b. d. 676.d. of-	c. e. syluaticus 221. d. odoratus
Chamaeiris niuea 612.c. Pannoni-	ficinar. Centaurio magno co-	216.e. odor Peruanus 218. e.
ca 608.a. saxatilis Gallica 614.	gnatus 675.e. 676.a.	Cyperus major 209.a.
a. c. variegata 606. b. d.	Costus facie radice Centaurij ma-	Cyperus miliacea 90.e.
Chamaemelum 509.c.	ioris 672.d.	Cyperus minor 209.c.
Chamaepitys 463.d.	Costus Indicus 665.a. Indus 667.	Cyperus officinar. 207.b. commu-
Chamaelchoenus 183.e. 184.a.	d. e. 672. d. e. 673. c. d.	nis. 218.b.
Charadranon 252. a.	Costus Iridem redolens 670.e.	Cyperus Romanus 218.e.
Chartae inventio 229. c.	671. a.	Cyperus rotundus 166. d. 209. a.
Charta e Papyfo 325. c.	Costus lighosus 673.e. 674. b.	210. c. esculentus angustifolius
Chartarum genera 326. d. in no-	Costus Lusitanicus 672. d.	222. a. latifolius 227. b.
vo Orbe quibus vtantur 334. e.	Costus Moluccensis 679.e. 674. d.	inodorus 213. a. 215. a. Angli-
335. a.	Costus niger 677. c.	cus 214. b. e. ex Florida 213. d. Ger-
Chartarum vitia 328. a.	Costus officinarum 675. d. ingra-	manicus 215. d. 216. a. minimus Hi-
Chelidonia 681. d.	tus siue Thapsiae species 676. e.	spanicus 213. c.
China 170. c. spuria Acori effigie	Costus Pharmacopolarum 675. d.	odoratus 208. d.
637. d.	676. b.	orientalis maior 208. d. 209. a.
Chondros 418. b. d.	Costus solani radice effigie 674. d.	minor 209. b.
Chondrus 390. b. c. 397. b. 399. e.	Costus Syriacus 665. c. 667. d. e.	vulgaris 209. d. 210. a.
401. e. 414. b. ptisanæ modo pa-	669. c. e. 670. c. e.	Cyperus Syriaca 211. b. Syriacus
ratus 402. c.	Costus verus 669. c.	29. b.
Chouffet 461. d.	Costus Zingiberi similis 668. d.	Cyperus typhinus 54. e.
Christophoriana 677. e.	effigie 669. c. d.	Cyperus vulgaris 333. b.
Chulen Garzh. 129. c.	Cotonea 446. c. d.	Cypirus 206. b. c. d. Plin. 209. c. 213. c.
Chunno 385. a.	Cretura 388. c.	D
Cicer 122. c. 345. c. 476. e.	Crimnon 410. a. 457. c. 473. d.	Dens canis 8. e. 115. c.
Cicercula 449.	Crimnos 418. d.	Dora 515. a. c.
Cimicum herba 562. a.	Crocus 126. d. e. 127. a. Indicus 680.	Doronicum Arabum 657. b. of-
Cinamomum 463. d.	c. 681. b.	ficinar. 664. e. 666. c.
Cinna 93. e. 512. d.	Croton 237. e.	Dracunculus 543. d.
Claretum 647. c.	Cris galli 114. e.	Drakena radix 220. b.



INDEX LATINVS.

Dulcichinum	223.c.	Farquid?	414.a.345.b.357.a.368.e.	hederaceo	531.e. grano nuclei
Dulcichinum	424.c.	369.b.370.a.b.c.d.411.d.421.c.	422.b.428.b.512.c. adoreum	Oliuæ magnitudine	349.d. hy-
E				bernum	345.b. Ind. 498.a.495.
Edor	369.c.		369. c. barbatum 373.a.d. can-	a.b.500.b. grano auellanae ma-	gnitudine 489.c. Mays dictum
Elpha	204.d.		didum 422.a. Clutinum 369.e.	alterū 498.d.499.d. minus 500.	c.tertium 490.b.c.d.491.a. quod
Ephedra Plin.	233.a.b.c.e.234.a.		373.d.422.a.b.c. crassius 405.c.	Milium Indicum vocatur 488.	b. loculare 373.b.416.c.d. Mar-
235.b.			taetium 369.b.405.e. Gallicum	tium 361.b. pullare 373.b. rubrū	373.b. Saracenicum 495.c.529.c.
Ephedron	241.a.		373.d. Gall. femine candido	530.e.531.a. syluestre 152.c. Cre-	ticum 397.b. Turcicum 384.e.
Ephemerina non lethale	568.c.		422.b. halicastrum 420.d. hor-	495.a.b.530.e. vaccinum 531.a.	
Ephydron	239.d.		deaceum 369.c. naturale 369.b.	Fubila	411.a.
Equapium	208.a.		c. nobilius 421.a. triticeum 369.	Furfores	267.b.276.a.388.c.389.c.
Equi cauda	240.a.		c. vennuculum 370.a. album	391.b.418.a. secal. 433.c. trit. 506.d	
Equinalis	239.d.		422.a. rutilum	G	
Equisetis 239.d.241.a. Plin. 247.a.		Farcta	275.e.	Galbigium	358.b.
Equifeta	239.d.	Farreum	429.c.	Galanga	159.a.172.d.637.e.638.e.
Equifetis	239.d.	Farina	381.e.453.d. Amylea 406.a.	Auicennæ	631.b. crassa 630.a.e.
Equifeti facie planta	238.b.	confusanea	388.d. ex Auena du-	636.d.640.e.641.d. fucata 639.	c. Indica 639.a.
Equifetū 159.a.238.b.242.b.c.244.		plex	473.d. folla 387.c. hordeac.	major	631.a.639.c.640.a.e.
e.247.a.248.a.b.249.e. Pli.233.e.		secundaria	388.e. triticea 453.d.	642.d. Acostæ	645.a.
ejusque species	239.e.	454.a. volans, volatica	387.c.	minor	630.d.638.a.e.639.a.
Equisetum alterum Diosc. 247.a.b.		Farinifera arbor	386.a.	642.c.643.b.	
248.a. Plin. 247.a.248.a.		Farrago	425.b.426.d.428.b.c.d.	officinarum	631.b.
Equisetum arvense longioribus		429.a.b.c. conditiua	429.c.	simpliciter dictu	638.c. subti-
setis	247.b.d.	Fegopyron	531.b.	lis	639.a. sylv. 218.b. tenuis 689.a.
Equisetum foetidum sub aqua re-		Fermentum	367.b.379.e.380.a.	Galangæ similis ex Florida	214.a.
pens	250.e.251.a.	392.b. ex Mays	497.e.	Galatrum	472.b.
Equisetum folijs nudum, non ra-		Ferula	540.e.	Galla	289.c.446.e.
mos. 248.c.e. ramos. 249.c.250.a.		Festuca	122.e.143.a.144.b.147.c.	Garyophyllata	668.a.
Equisetum junceū 248.c.e.249.b.e.		148.c.150.d.152.c.376.b. Auena-		Garyophylli	463.d.
Equisetum maius, Diosc. 232.e. ve-		cea sterilis elatior	145.d.146.a.	Geduar	662.c.661.a.
terum 253.b. minimum	251.e.	humilior	148.a. Capitulis duris	Geiduar	660.c.e.661.a.
Equisetum nudum 249.b. minus		151.c.e. longissimis aristis		Genista Plinij	62.d.64.b.e.65.a.
variegatum Basil.	250.c.	151.e.153.a. Dumetorum	148.	Gigarta ficuum	500.d.
Equisetum palustre 242.e.247.a.		c. angustissimis & pilosis fo-		Gingiber	647.a.653.c.
breuiorib. folijs polyspermon		lijs 148. e. utriculis lanugi-		Gladiolus	189.e.190.a.206.c.d.e.
242.e.243.a. breuioribus setis		ne flauescens 149.a. Gram-		207.c.208.b.210.d.300.336.a.341	
242.d. linariæ scopariæ folio		minea aristis recuruis	144.d. ar-	e.559.a.578.e. aquaticus	634. d.
241.b. longioribus setis	241.c.e.	uēsis mi. 148.b. effusa ruba	144.	cœruleus	572.a. min. 599. d.
minus polystachium	245.a.	e. glumis hirsut. 143.a.c.d. vacuis		foetid <sup>o</sup>	560.a.d. marit. 564.a.d.
tenuissimis & longifs. setis	245.b.	144.c. lunceo folio	145.b. Spica	Indicus	323.a. Italicus 561.e.
Equisetum pini fol. Pli. 251.e.253.b.		gemina	145.c. Nemoral. 145.b.c.	luteus	634.d.
Equisetum pratense longissimis		Pli. 150.c. Pratens. lanugin.	148.c.	palustris	229.b.
setis	246.b.d.	Festucago	147.b.150.d.	Plinij	209.c.
Equisetum saxceum 252.a. segetale		Ficus	289.c.367.c.445.e. Ind. 335.a.	purpureus	562.c.
248.b. syluaticum 246.c. syluat.		Filix	176.c.271.b.281.c.	Gladioli genus	634.c.
tenuissimi setis	245.c.e.	Fistula scriptoria	274.c.	Glandes	374.d.
Emula	670.e.	Flos cætri	322.b. farinæ 386.e.387.a.	Gluma	351.c.
Erica	205.d.	Foeniculum	453.a.	Gluten	409.b.410.e.
Erineon	537.a.	Foenum	29.a.	Gnaphalium	61.e.
Ervangina	122.d.	Foenum græcum	122.d.446.c.d.	Gramen 3.& seq. 112.e.208.a.260.	
Ervilia	449.a.	Folium nardi	192.b.	c.299.e.	
Ervum	122.d.476.e.	Fraxinus	170.b.330.a.	acerosum	93.e.
Erysimum 524.a.532.b.e.533.a. ce-		Frit	351.d.	aculeatum	106.e.109.a.110.a.
reale 531.b. folio hederaceo		Fruges	343.a. earum genera ibid.	d.112.d.115.a.c.e.116.a.b.119.d.e.	
529.c.530.a. Theophr. 531.a.b.		frumentaceum genus ib.	344.	acuminatum	8.e.
Erysipectrum	205.c.	d. vitia	120.c.476.d.	agrostinum	120.c.
Eteocritum	477.e.	Fruentacea	344.d.	album	119.d. capitulis aculea-
Euripice	162.d.	Fruentonium	531.a.	tis Italicum	108.b.d.
Extæ Tritici	389.c.	Fruentum ejusq; genera	345.b.	ale-	
F.		335.a.343-354.c. duo fastigia	435.		
Faba	375.b.478.c.520.d.559.c.d.	c. æstiuum	345.b. amyliū		
Fagopyrum	531.b.	Aziatic. 495.b.500.b. barbatum	373.a.416.d. Canar. 536.a. folio-		
Fagotriticum	530.e.				
Fagus	330.a.				



INDEX LATINVS.

alopecurinum 52.e.45.a.  
 alopecuroides 51.a.52.e.54.a.  
 55.d.56.b. Africanum 58.e. An-  
 globritannicum maximum 58.e.  
 spica aspera 58.e.59.a. alopecu-  
 roidis differentia à Typhoide  
 49.e.  
 alopecuros maior spica lon-  
 giore 57.e.58.a. minor spica lon-  
 giore 57.c. spica rotundiore 56.b.d  
 alpinum 98.e.  
 amoris 261.  
 amourettes 23.d.24.c.26.c.  
 anatum 40.e.  
 anthoxanthon 43.e.  
 aquaticum 39.b.40.c.77.e.82.  
 e.85.e.118.c. fluitans multiplici  
 spica 40.c.41.a. geniculatum spi-  
 catum 41.c.42.a.  
 aquæ innatans 41.c.  
 arvensis panicula crispa 23.c.d.e.  
 arundinaceum 35.d.40.c.78.a.  
 92.a.93.b.94.d.96.e.114.a.132.d.  
 230.d. calamagrostis dictum spi-  
 ca multiplici 92.a.d. enode maius  
 montanum 69.a.c. enode minus  
 syluaticum 97.a. maritimum a-  
 cutissimum 97.c. panicula milia-  
 cea 141.d. panicula molli spadicea  
 maius 94.d.95.a. minus 95.c.  
 plumosum albu 95.c. sorghi pani-  
 cula sparsa 142.d. spicatu 94.a.c.  
 avenaceum 155.d.156.e. capil-  
 laceum minoribus glumis 155.c.  
 lanuginosum & non lanugino-  
 153.d. lanuginosum glumis rario-  
 ribus 157.a.c. lanuginosum ramo-  
 sum 157.d. locustis rarioribus  
 155.d. montanum lanuginosum  
 156.a.d.  
 aureum 33.d.  
 bufonium 101.a.  
 bulbosum 17.c.19.a. aquati-  
 cum 21.a.b.c. ex Alepo 31.d.  
 Canariense 535.d.  
 Canarium 112.e. minus 13.e.  
 caninum 8.d. arvensis 7.a. lon-  
 gius radicatam, maius 11.e.12.b.  
 minus 12.b. maritimum, asperum  
 15.d. spica echinata 16.a. spica fo-  
 liacea 15.a.b.c. spicatum 14.b.d. al-  
 terum 16.d.17.a. primum 7.a. su-  
 pinum 13.e. minus 13.c.d. panicu-  
 latum, dulce 13.a. folio varians  
 12.c. vineale 11.d.  
 caryophyllatæ foliis, alpinum  
 48.b. spica diuisa 46.d. squama-  
 ta ibid.  
 caryophyllatum nemorosum  
 spica multiplici 47.b.  
 caule geniculato Thal. 35.a.  
 cenchrodes 140.e.  
 chortinon 120.c.  
 Cilicium Diosc. 93.e.

crucis 111.b.  
 cyperinum 82.d.87.a.d.88.e.  
 98.d.102.e.  
 cyperoides 82.d.83.d.88.b.e.  
 89.a.102.e.139.a.223.e. angustifo-  
 lium spicis longis erectis 84.b.d.  
 aquaticum 86.e. latifolium, spica  
 rufa, sive caule triangulo 82.e.83.  
 a. spica spadiceo viridi maius 83.  
 d. minus 84.a. maritimum 91.a.c.  
 miliaceum 90.a.d. minus pani-  
 cula sparsa 89.a.c. montanum spi-  
 ca varia 47.c.48.a. panicula spar-  
 sa maius 86.b.d. palustre maius,  
 spica compacta 87.a.c. spica diui-  
 sa 88.c.e. spica pendula breuiore  
 85.a.c. longiore & angustiore 85.  
 e. spicis minoribus minusq; com-  
 pactis 87.e.  
 dactyloides 110.c.  
 dactylon 110.d.112.e.116.b. Æ-  
 gyptiacum 110.e. aquaticum 117.  
 e.118.a. esculentum 118.d.119.a.  
 fol. arundinaceo maius 111.d.112.a.  
 minus 113.a.c. folio latiore 114.a.  
 c. scoparium 117.c. secundum 8.a.  
 spicis villosis 116.e.117.a.  
 Dioscoridis 7.a.  
 διαχυοφορον 134.b.  
 duriusculum minus 31.e.  
 echinatum 16.c.106.e.108.a.  
 110.a. Dalechamp. 59.d.  
 equinum 28.b.  
 eriophoron 62.a.  
 exile 192.e.103.a. durius 74.b.  
 d. Nicæum 74.b.  
 filiceum 26.a.c.  
 fluuiatile 41.c.  
 folijs iuncis, breuibus maius  
 radice nigra 73.c. breuibus minus  
 73.d.e. oblongis radice alba 72.d.  
 73.a. radice iubata 74.c.  
 folio spicam amplexate 45.a.  
 frumentarium 132.d.  
 gemmeum seu nodosum al-  
 terum 19.d.  
 geniculatum 139.e.  
 glumis varijs 158.a.c.  
 glumofum 158.a.  
 hirsutum 101.c.112.e.119.d. an-  
 gustifolium maius 105.b.d. minus  
 paniculis albis 106.a.c. capitulo  
 globofo 104.a.c. capitulis Psyllij  
 103.b.d. latifolium maius 101.c.  
 102.a. minus 102.c.e.  
 Hispanicum 37.e.  
 holosteum alpinum mini-  
 mum 101.b.  
 hordeaceum 134.c.135.b.  
 montanum seu maius 135.d. mi-  
 nus & vulgare 134.c.  
 hordeo disticho simile 135.d.  
 ischæmum 101.c.

iuncum 72.b.c.e.75.d.e.77.e.  
 78.a.e.79.e.81.d.87.d.101.a. folijs  
 & spica iunci 78.b.d. minus 79.  
 a.b. folio articulato, aquaticum  
 76.c.e.77.a. syluaticum 75.d.76.  
 a. lanigerum 62.a. minimum ca-  
 pitulo squamofoso 79.e. alterum  
 80.c. maritimum 80.d. monta-  
 num capite squamofoso 79.d.80.  
 a. spicatum seu trigloch 80.e.  
 81.a. polystachion 74.e.75.a.  
 lanatum Dalechamp. 28.a.  
 laniferum 62.a.  
 leporinum 23.b.  
 leucanthemum 106.e.  
 loliacei species Thal. 46.c.  
 loliaceum 23.b.95.c.120.c.  
 129.b.135.b.d. latifolium spica angu-  
 stiore 127.d. angustiore folio &  
 spica 172.e.128.a. mitius, spica sim-  
 plici 129.d. supinum spica multipli-  
 ci 129.e. panicularum mariti-  
 mum 130.b.d. spica longiore 121.c.  
 e. supinum 130.a. Tragi 35.d.  
 lucidum 104.e.  
 manne 119.d.120.c.137.a.  
 Mariæ 37.a.  
 marinum 81.d.82.c.89.e.154.d.  
 maritimum 91.e. fluitans cor-  
 nutum 41.d.  
 miliaceum 140.d.e.  
 minimum Dalechamp. 27.b.  
 paniculis elegantis. 26.d.27.a.  
 minus 30.d.31.c. duriusculum  
 31.e. (ne 81.d.  
 mixtum ex Iunco & Grami-  
 montanum 154.d.156.e. aue-  
 naceum, locustis rubris 154.d.  
 155.a. spicatum 153.e. panicula mi-  
 liacea sparsa 141.c. spadicea deli-  
 catiores 36.a. paniculatum odora-  
 tum 36.c.d. spicatum 82.c.  
 murorum 144.b. radice re-  
 pente 17.c.  
 nemorale 156.a.  
 nemorosum, caliculis palea-  
 cis 99.e.100.e. erectum ibid. re-  
 pens 99.e. hirsutum 101.b.102.b.  
 paniculis albis capillaceo folio  
 97.d. spica rufescente molli 98.e.  
 99.a. subnigra recurua 98.a.c. spi-  
 cis parvis alperis 99.d.100.a.  
 nemorum 102.e.  
 nigrum 46.c.  
 nodosum 17.e.d.19.a.20.c. ave-  
 nacea panicula 17.d.18.a. spica  
 parva 20.b.c.d.  
 officinarum 7.a.8.d.  
 palustre 84.e.87.d.110.a. acu-  
 leatum Germanicum 109.b.d. ma-  
 ius 110.a. minus 109.d. iuncum  
 racemofoso semine 74.e. panicula  
 speciosa 39.b. paniculatum minus  
 p<sup>2</sup>



INDEX LATINVS.

<p>panicum, aristis armatum 177.c.d.e. spica alpera 139.b.d. di- vula 136.a. nigra 140.a.c. simplici 138.b.d. Panici effigie 128.a. 139.a. 140.c panicula multiplici 31.c. 32.a.b. pendula aurea 33.d. 34.a. paniculatum 26.c. 27.b. aquati- cum 38.b. latifolium 39.d. 40.a. fo- lio variegato 37.a.c. montanum 36. a. palustre altiss. 36.a. sylvest. 36.a. paniculis elegantiss. 25.c.d.e. phalaroides 26.c. 55. a.c. 103.b. minus 56.a. spica molli 56.a. pictum 37.d. pilosum 102.b. pinnatum 72.b. Plinij 93.b. 113.e. plumosum 95.c.e. polyanthon Lugd. 23.b. pratense 52.d. 140.e. 142.d. cri- statum 42.d. 43.a. Dalechamp. 45. b. paniculatum maius 18.b.c.d. an- gustiore folio 29.c. medium 30. a.b.c. minus 30.d. 31.a.b. molle 27. b.c. spica flavescente 43.d. 44.a. purpurea, ex vtriculo prodeunte 44.c.e. vulgatus 29.b. Rabinum vel Rabis 48.c. Rauisum ibid. sanguinarium 116.b. schoenanthinum 60.e. scoparium 117.d. segetale 35.a. 132.d. segetum altissimum panicula sparsa 33.d. 34.c. arundinacea 35. b.c.d. sorghi effigie 142.d. panicula erectum 141.e. 142.a. sorghinum 141.e. 142.d. sparteum 60.e. 62.c. 67.e. 159.a. Basileense, seu capillaceo folio maius 69.c. Hollandicum, seu ca- pillaceo folio minus 69.d. 70.d. Monspeliacum, seu capillaceo folio minimū 69.e. juncefolium 69.a. pennatum 70.e. 71.a. pri- mū, panicula comosa 62.e. 63. a. secundū, panicula breui folli- culo inclusa 65.e. 66.a. setas equi- nas referens 70.c. spicatum, fo- liis mucronatis, vel spica secalina 66.d. 67.a. foliis mucronatis bre- uioribus 67.d. 68.a. latifolium 65.c.e. variegatum 72.b. spica, brizæ maius 133.a.c. mi- nus 133.d. cristata keti 42.d. sub- hirsutum 43.c. gemina millepe- di simili 133.e. plana echinata 108.a. subrotunda echinata 106. e. 107.a.c. triticea 131.a. 132.d. compacta angustifolium 131.e. ditulsa latifolium 131.d. tritici mu-</p>	<p>ticæ simili 132.a.c. secalina 132.d. spicatum 40.c. 72.e. 81.a. alte- rum 81.e. 82.a. angustifolium montanum 47.a. alpero folio 45.b.d. aquaticum 40.c. 41.d. fo- lius &amp; spica hirsutis mollib. 48.d. Spravvaldense 84.a. striatum 37.d. 38.a. sulcatum 37.d. syluaticum 99.c.d. 102.b. 154.d. angustifolium spica alba 47.a. pa- nicula miliacea sparsa 140.d. 141. a. paniculatum altissimum 38.a. Theophrasti 112.d. tomentosum 59.e. 60.d. 62.a. 93.e. 338.a. alpinum &amp; minus 62. b. pratense panicula sparsa 60.e. 61.a. spicatum 59.e. 60.a. tremulum 144.d. maius 22.a. b.c. maximum 23.c. 24.a. minus panicula magna 23.e. panicula parua 24.c. 25.a. triangulum 83.d. 176.e. triglochin 81.d. triticea spica compacta lati- folium 131.a.c. triticeum 132.d. typhinum 51.e. 52.d. 54.e. typhoides, asperum primum 51.g.c.d. alterum 52.a.b.c. culmo reclinato 53.d. 54.a. maximum spica longissima 49.a.c. molle 50. v.d.e. spica angustiore 52.d. 53.a. spica multiplici 54.b.d. tuberosum 19.a. vermiculatum 81.d. Vngaricum 29.e. vulgare 113.e. 116.b. Matthiol. 33.b. (mum 33.c. xerampelinum 153.c. mini- Graminis species parua Thal. 28.e. Gramini affinis ad gutturis in- flammationes utilis 158.e. Granata acida 253.e. Granea triticea 365.a. Granum 351.c. Azelen 225.e. Grualdum 473.e. Guaiabara 335.a. Gummi Elemi 323.c. H. Halica vide Alica. Halicastrum 370.c. Halymus 537.a. Harundo 264.c. 270.b. 274.b. 275. d. fistularis 274.c. florida 323.a. Indica 278.d. lilifera 323. saccha- rea 295.a. saccharina Ind. 295.a. Hastula regia 537.a. 541.e. Hatle 385.d. Helenium 665.b. 666.a. 677.d. Helmus 177.a. Heragrostis Tab. 26.c. Herba alba Plin. 139.a. caballina</p>	<p>240.a. canis 9.a. lotionibus ido- nea 166.c. luziola 104.d. Ma- zeatenfis 166.c. sanguinea 116.a. Heroion 537.a. Hippagrostis 28.b. Hippoleta 240.a. Hippuris 232.e. 233.b. 234.a. 240.e. 241.a. 242.b. 247.a. 249.b. Dio- scor. 242.b. aruensis 248.b. fon- talis 247.a. lacustris 250.e. mai- 247.a. 249.b. minima 251.e. mi- nor 246.a. 247.a. 348.a. 249.e. nuda 249.b. segetalis 248.b. Hircotriticum 530.e. Hirculus 193.a. Holcus Plin. 135.a.b. Holochoenus 159.a. 160.a. b. 161. a.c. 162.e. 175.a. 179.e. 180.a. b. Dioscorid. 179.a. Holotheum 101.a. 102.e. Hordeata 453.d. Hordei cremor 451.e. palea 368.b. tenuissimum 387.a. vitium 120. d. 121.a. 129.b. 146.c. 150.a. Hordeolum 468.a. Hordeum 122.c. 152.c. 384.a. 345.b. d. 377.a. b. 435.c. d. e. 438.d. 463. c. 471.e. 472.c. Achilleis 477.c. binis angulis, versibus 439.e. Brosmoron 436.d. cantheri- num 436.d. 437.e. 439.e. causti- cum 467.c.d. distichum 157.a. 436.d. 439.d. 440.a.c. Columel- læ 483.c. Galaticum 436.d. 439. e. 483.c. glabrum 424.a. b. hexa- stichum 424.b. 436.d. hyber- num 438.e. maius ib. mundum 424.b. murinum 124.a. 128.e. 129.b. 135.b. nudum 423.e. 424.b. polystichum 437. æstiuum 434.d. autumnale 438.e. hyber- num 438.b. d. vernum 439.a. d. quadrangulum, quadratum 439.a. senis versibus 439.d. septentrioni notissimum ib. Siciliense 483.d. sine tunica 424.b. spica mutica 440.d. spontaneum 135.b. spurium ibid. sterile 128.e. 129.b. sylvestre 134.c. 399.b. trimestre polystichum 439.d. vernum 436.e. Horminum 345.b. Hyacinthus Latin. &amp; Vergil. 578.e. Hyoscyamus 366.a. 447.a. 463.e. Hypoglossum 341.e. 342.a. I. Inula Comagena 675.d. Iphyon Theophr. 550.c. Ireos 576.c. officinar. 578.d. Iris</p>
--	---	---



INDEX LATINVS.

*tricolor* 305. b. 535. a. 536. d. 532. b. d.  
*cerealis* 531. b. Plinij 531. a.  
*Iris* 127. a. 227. a. 557. a. 565. a. 572. a.  
 576. c.  
*Iridis differentia* 570. b.  
*Iris* ἀναλλ 614. e. Afric. Diosc.  
 578. a. 368. a. *alba Florentina*  
 576. c. 577. a.  
*angustifol.* 596. b. 597. 598. c. bi-  
*color* 602. b. d. *candida lineis ru-*  
*bētib. notata* 601. e. *hortensis ver-*  
*ficolor* 601. d. *maritima maior*  
 600. b. d. *minor* 601. b. *Pannonica*  
 598. c. *prunum redolens maior*  
 604. c. e. *minor* 602. e. 603. a.  
*Asiatica cærulea polyanthos*  
 580. e. 581. a. *purpurea* 582. a.  
*astragalitis* 593. b. 569. a. 605. e.  
*Belgica* 575. d.  
*biflora* 592. a. *odore lilii con-*  
*uallium* 592. a. c. 593. b.  
*bifloræ affinis maior* 593. b. *mi-*  
*nor* 594. a. c.  
*Byzantina* 593. e. 594. d. *purpu-*  
*rocoerulea* 583. d. *sylv.* 598. c.  
*candida* 576. d.  
*Carthaginensis* 569. b.  
*caulifera* 588. b.  
*Chalcedonica* 575. d. 583. d. *flo-*  
*re vario* 643. b. *variegata* 580. e.  
*cærul.* 572. b. 574. d. *dilute* 575. d.  
*communis* 574. d.  
*Cretica* 580. d.  
*Dalmatica maior* 581. e. 582. d.  
 583. a. c. *min.* 594. d. (584. b.)  
*Damascena polyanthos* 583. e.  
*foemina* 578. a.  
*flore albo* 578. e. 576. d.  
*Florentina* 578. a. 615. d.  
*Germanica* 572. a. 573. c.  
*hortensis, alba German.* 575.  
 e. 576. a. *pallide cœrulea* 574. e.  
 575. a. *latifolia* 572. c. e. 578. b.  
*humilis larifolia* 607. b. 615. b.  
*Illyrica* 567. d. 578. a. b. d. 577.  
 d. 584. d. 593. e. 604. a. 605. b. 615.  
 d. *maior* 598. d.  
*improbata* 635. d.  
*latifolia* 570. d. 572. a. 575. d. *al-*  
*ba viridis* 587. d. *Belgica* 589. a. *ex*  
*albo pallescens striata* 591. a. *hu-*  
*milior purpurea* 591. b. *versicolor*  
 591. b. *odore sâbuci* 589. a. *altera*  
 590. b. *variegata* 590. d. *versicolor*  
*cœrulea* 590. e. *odore sambuci*  
 590. a. *câdida venis purpureis di-*  
*stincta* 588. c. *caule aphylo* 587. e.  
*Germanica, candido purpurea*  
 585. d. *ochroleucos venis flavescē*  
*tibus & purpurâscentibus distin-*  
*cta* 585. a. *odore sambuci* 584. d.  
*odore suavi* 584. c. *odore oxya-*  
*canthæ* 586. a. *Pannonica colore*

*multipl.* 586. e. *peregrina* 579. a.  
*lutea* 594. e. 634. d. *medialon-*  
*gissimis folijs* 595. d. *fatua* 594.  
 e. *variata* 580. e. *variegata* 587. d.  
*Camerarij* 595. b.  
*Lusitanica* 583. d. 589. e. 593. b.  
*ex Lybia* 569. b.  
*Macedonica* 567. d. 578. d.  
*maior alba* 578. a.  
*maritima* 601. b. *Narbonen-*  
*sis* 601. a.  
*minor* 608. d. *lutea* 611. e.  
*nigra* 508. d.  
*Pannon.* 587. c. *variegata* 595. d.  
*peregrina odore oxyacanthæ*  
 582. d. *subrubens inodora* 582. c.  
*perpusilla* 604. a. 607. b. 614. e.  
*Pharaonis* 580. d.  
*Pisidica* 569. a.  
*Portugallica* 588. e.  
*pratensis* 598. d. *angustifolia,*  
*folio foetete* 596. c. *humilior* 598.  
 e. 599. a. *non foetida* 597. a. c.  
*prunum redolens* 624. d.  
*purpurea* 574. d.  
*rhaphanitis* 568. e. 569. a. 593. c.  
*rhizotomos* 569. a. 605. d.  
*Plinij* 599. e.  
*fatua* 574. d. *floribus niuei*  
*candoris* 578. a.  
*Sufiana flore maximo ex al-*  
*bo nigricante* 579. b. d.  
*sylvestris* 559. a. 562. a. d. 570.  
 d. 571. a. 572. a. 598. c. 601. b. 605. b.  
 634. d. *Constantinopolit.* 598. d.  
*tenuifolia* 597. d. 598. c.  
*Trogloditica* 569. c.  
*Tripolitana* 596. a.  
*varia caulifera* 587.  
*variegata* 582. b.  
*violacea* 582. b. *parua* 608. e.  
*vulgaris* 574. d. *Germanica*  
 570. d. 571. a.  
*Ischemon* 88. b. 105. a. 111. a. 116. b.  
 117. c. *Plin.* 112. d. 114. e. 119. e.  
*Iuncellus, capitulis equiseti flui-*  
*tans* 187. b. *inutilis* 183. e. 184. e.  
*Iuncispartum* 68. e.  
*Iuncus* 78. a. 159. a. 183. c. 189. e. 275. c.  
*Iunci differentia* 161. b.  
*Iuncus Æthiopicus* 162. c. *acumi-*  
*natus* 175. a.  
*acumine reflexo* 184. b. *maior*  
 154. b. d. *alter* 185. b. *trifidus* 187. c. e.  
*acutus* 159. c. 173. a. e. 174. a.  
 175. a. 176. b. d. 185. b. *capitulis*  
*sorghij* 173. a. c.  
*maritimus, capitulis rotundis*  
 174. b. d. *caule triangulo* 175. b. d.  
*panicula sparsa* 176. a.  
*alpinus bombycinus* 188. c.  
*capitulo lanuginoso* 187. d. 188.  
 a. *cum caudaleporina* 187. e.

*angustifolius* 210. c. 218. a. d.  
*aquaticus* 159. b. 161. c. 180. b.  
 181. d. 187. b.  
*aromaticus* 163. a. 165. d.  
*alper* 161. c. 339. d.  
*atriceps* 185. a.  
*atrifer* 160. a. 185. a.  
*auellana* 224. c.  
*bombycinus* 61. e. 62. a.  
*cabacinus* 232. b.  
*capitulo lanuginoso & bom-*  
*bycino* 187. *capitulis equiseti*  
 186. b. d.  
*clavatus* 161. d. 187. b.  
*communis* 159. b.  
*cyperoides* 190. b. c.  
*exiguus* 89. e. 175. e. *montanus*  
*mucrone carens* 183. d.  
*Eurypicus* 162. c. d.  
*floridus* 166. d. 188. d. 190. b.  
 229. d. *mai.* 188. d. 189. a. *mi.* 190. d.  
*foecundus* 187. b.  
*foemina* 161. c.  
*frugifer* 160. b. 185. a.  
*glomerato flore* 183. c.  
*grandis* 180. a.  
*Hispan. seu Ibericus* 64. c. 65. d.  
*holoschoenus* 180. b.  
*Indicus* 177. b. 278. d.  
*inodorus* 159. b. c. 161. b.  
*læuis* 159. c. 161. c. 177. a. b. 180.  
 b. 182. d. 185. a. c. 185. b. *alter* 182. e.  
*Dio.* 182. e. *panicula, non sparsa* 183.  
 c. *sparsa, ma.* 181. d. 182. a. *mi.* 183. b.  
*lanam vel linum ferens* 61. e.  
*laniger* 62. a.  
*latus* 90. e.  
*lenis* 182. d.  
*limosus* 183. a.  
*lychnâthemus* 97. b. 183. e. 185. b.  
*magnus aquaticus* 333. b.  
*maior* 182. a.  
*marinus* 91. e. *gramineus* 60. e.  
*maritimus* 91. e. 174. a.  
*mas* 160. c.  
*maximus* 178. a. d. 179. a. 180. b.  
*medius* 181. a. c.  
*Malacensis* 185. a. b.  
*mollis* 183. a.  
*odoratus* 159. c. 161. b. 163. a.  
 166. c. 202. d. *in Campania Plin.*  
 164. e. *rotundus* 165. d.  
*oxychoen.* 176. b. 182. d. 185. b.  
*palustr.* 159. b. 161. e. 180. a. 183. e.  
*petrosus* 161. d.  
*præstantissimus* 166. b.  
*pungens* 173. e.  
*quadratus* 166. a. 210. c.  
*reflexus* 175. a.  
*rotundus* 166. a. c. d. 174. a. 183.  
 c. *aromaticus* 163. b. d.  
*sterilis* 160. b. c.  
*syluaticus* 181. d.  
*sylvestris*



INDEX LATINVS.

Sylvestris	96.d.	Maltum	437.e.458.d.456.b.	2.504.c. nigro 504.d. 505.d.	supinum	137.a.
teres	166.d.	Malva	446.b.544.d.		Sylvestre	119.c.137.a.b.501.c.
Teuchites	164.d.	Malum Anthalium	226.b.c.		tertium	504.c.
triangularis	210.c.	Malus cotonea	289.c.		vulgare	504.c.
vulgaris	182.d.	Mambu	287.b.d.290.c.e.		Mnasilium Theophr.	215.b.
Iuniperus	232.a.b.275.a.	maior	225.d.		Molyalterum Plinij	559.a.
205.c.		Mamiras	385.d.		Moroche	493.c.d.
Ivraia	152.a.	Mandioca	488.a.489.e.		Morus	289.c.521.e.
Ivrium	ibid.	Manigette	120.b.308.c.	Alhufar 308.	Myagrūm	526.e.
Ivrum	ibid.	Manna	d.coelestis 120.c.	Polonorum	Myrrha	202.d.261.a.
			119.d.		Myrtus	289.b.325.a.446.d. Ga- gel 463. d.
L.		Margaritæ Aegyptiæ	224.d.		Myxæ	367.c.
Lampfana quorundam	531.b.	Mariscus	160.a.b.c.129.e.180.b.			
Lantor	335.a.	Plin.	339.d.		N.	
Lappa	122.e.	Martagum	542.b.		Nachani	386.b. farina 435.a.
Lauendula	232.b.463.d.	Massi panes	456.d.		Napellus	661.d. Moysis 662.e.
Lauri baccæ	463.d.	Mattya	456.d.		Narcissus autumnalis	229.d.
Legumina	343.b.c.d.375.b.	Mays	384.e.488.a.490.b.d.494.c.		Nardi folium	192.b. spica 191.a.
a frumentis differentia	345.a.	495.a.c. vide Mais & Maiz.			Nardum	191.a.
Lens	122.c.123.c.345.c.450.a.	Maza	454.b.456.b.		Nardus	159.a.201.a. ejus species & differentiæ 191.a. Cretica 193.a. Gallica 191.e.192.d.193.a. Gangitis 191.b.193.a.e.204.e. In- dica 191.b.d.e.194.a.c.e.200.d. 201.a. Italica 192.d. Narbonen- sis 205.a. spuria 203.d.e.204.a. 205.a. Ozoenis 192.d.193.a. Sâ- pharitica 192.a. Sanac, Shariech. 193.e. Syriaca 191.b.c.d.e.193.a. b.d.194. a. 200.c. Thracia 193.a.
Lenticula palustris	41.c.	Mechin	656.e.657.b.		Nastos	275.c.d.e.276.e.
Lentiscus	289.c.446.d.	Medium Dioscorid.	601.b.		Nepa	237.d.
Lepidium	677.b.	Melarundinis	295.b.cannæ 299.b.		Noccum	215.b.
Leucanthemum	553.b.	frugum	516.b.319.b. sacchari- num 308.a.		Nymphæa	646.c.
Leucea	64.c.	Melampyrum	362.d.			
Liliago	556.d.	Melanocranis	161.a.185.a.		O.	
Lilialis	572.b.	Melanthium	379.c.		Ocymum	429.d. cereale 531.a. Varronis 531.a. veterum 531.a. d.e.532.a.
Liliasphodelus albo flore	556.d.	Melia altera Theophr.	536.		Offa	456.b.
Lilia parva graminea	555.c.	Melica	512.d.513.a.515.b.520.a.		Okcepenauk	385.b.
Lilium coeleste	565.c. gramineum	Melicalamus	295.b.		Oleagnus Theophr.	663.a.
553.b. polyrrhizon.	555.b.	Melilotus	446.c.		Olea sylvestris	289.c.
Limnopeuce	244.d.	Melonis alba pagina	325.b.		Oleum secalinum	433.b.
Limodorum	122.d.	Melopepo	227.b.		Olygo schoenum	160.a.c.
Linogenista	64.b.	Melt	335.b.		Olyra	345.d.356.d.e.357.a.b.384.a. 393.a.419.a.420. a.b.e.422.a.b. 427.c.470.b.483.d. ejus ptifa- na 404.e.
Linum	123.a.239.e.446.c. praten- se 61.e.	Menococum	416.d.		Orminum	527.a.
Lolij genus Trag.	23.a.40.c.	Mentha Sarracenicā	677.b.		Onochordon	56.a.
Lolium	120.c.d.124.a.c.e.125.b. 129.a.135.b.139.a.e.144.b.147.b. 148.a.150.a.217.d.362.d.372. 441.e.463.e. ex Zea non gene- ratur 412.c. Dioscorid. 121.c.e. murinum 128.e.129.a. rubrum 128.e.129.b. veterum 124.b. ve- terum Trag. 144.a.	Menzuculum	244.e.		Ononis	230.d.
Longum granum	372.a.	Mespiligenera	226.d.		Ordeum cantherinum	424.a. he- xastichum 425.a.
Loti genus	319.b.	Meum	508.c.		Oreon	244.a.c.
Lotus Aegypt.	384.c.	Miliaria herba Plin.	128.e.		Orobanchè	122.c.d.e.
Lucum	489.c.	Milij species duæ ex Serapione	504.d. tenuissimum 387.d.		Ortyx	50.a.b.
Lupulus	382.b.463.b.464.c.	Milium	120.a.345.b.c.346.a.380. a.b.384.a.444.c.500.d. pani mixtum 431.b. Aethiopicum 515.c. agreste 517.a. album in re- gno Congi 515.c.		Oryza	121.a.217.c.384.a.386.b.393. b.420.d.479.b.d.488.b.489.e. genus religiosum 480.e. Ger- manica 420.d. grano candido 480.
Lupi	565.d.	arundinaceum semine plano & albo 514.c. subrotundo 510.d.511.a.				
Luziola	104.d.	aureum 504.c. cōmunes 501.c. exiguum 519.a. flavum 501. d. Floridæ 492.e.				
Lychnis segetum	124.a.	Indicum 488.a.b. magnum 500.b. 501.c.510.d.511.a.512. d.515.a. aliud genus 513. b. Plini ja.b.d.515.a.521.c.				
Lygea	64.c.	nigrum 501.d.505.c.				
M.		Labæum 509. e. Sarraceni- cum 469.c.512.d.				
Magnei	335.b.	semine albo luteo 501.d.502.				
Mais	495.c. vide Mays.					
Maiz	495.c.					
Maizium	475.a.512.d.					
Malabathrum	192.c.d.201.d.					
202.d.						
Malinathalla	226.a.b.c.					
Malicorium	446.d.					



INDEX LATINVS.

486. d. grano rubente 486. d.	474. a. castaneis 384. b. galanga	Pater noster S. Helena	214. e.
peregrina 483. c. sylvestris Cæs.	648. b. erythimo 533. c. lico. 711.	Pertea	570. a.
20. a.	ne Indo 489. c. maiz 496. d. 498.	Perlara Cæsalp.	19. e.
Oryzæ species 129. c.	c. milio 505. e. 506. a. b. c. 510. a.	Petrofelinum	364. c.
Osteocollon 238. e. 239. e.	milio Indico 488. e. moris 384.	Phalangites 553. b. 556. c. 558. b.	
Oxalis 290. a.	b. oryza 485. d. panico 506. a.	Phalangium 553. a. 555. a. 558. b.	
Oxyeratum 462. b.	520. b. 521. b. phalari 536. b. d. pol-	Allobrogicū 555. b. 556. d. Cre-	
Oxylchoenus 159. c. 160. a. 161. c.	line 376. b. c. sorgho 513. b.	tæ Salonensis 549. a. caulicu-	
Dioscorid. 170. e.	fermento sine 380. c. d. e. 381.	lis; ramosis 558. b. simplicibus	
Oxyagrostis 97. d.	a. 382. c. forēsis 376. b. furfuraceus	556. d. herba 558. b. magno flore	
P.	376. a. c. fufureus, fufurosus 376.	553. d. 554. a. majus 555. b. 558. b.	
Palea 368. b. de Mecha 166. c.	c. furnaceus 376. c. 377. a. b. furni	montanum 556. d. Narbonense	
Paleæ 376. b.	super pavementum coctus 378. d.	549. a. paruo flore non ramo-	
Palma coccos gerens 335. a.	gregarius 376. b. 389. b. gros-	sum 555. c. 556. a. d. ramosum	
Palmarum folia 335. a.	fus 376. b.	minus 547. e. ramosum paruo	
Palmites 385. b.	hordeaceus 375. e. 448. b.	flore 557. a. d. 558. b.	
Panax Asclepium 616. c.	in India usitatus 384. d. Iudai-	Phalaris 534. a. Cæsalp. 23. d. herba	
Pancarpiniin 532. a.	cus 380. c.	535. d. maior semine albo 534.	
Panicastrella 137. a. 139. a.	leporinus 23. c. 24. e.	a. d. 535. d. semine nigro 536. b.	
Panici genus 119. c.	lotus 390. d.	parua 24. c. pratensis 23. b. syl-	
Panicula sylv. 137. a. tectoria 279. e.	militaris 379. c. milicaceus	uestris 139. e.	
Paniculæ arundinis 264. c.	375. e. 394. b.	Phleos 229. b. 230. d. e. 231. a. foemi-	
Panicum 120. a. 345. b. c. 346. a.	nauticus 379. d. niger 376. b.	na 229. b. 334. c. mas 339. c.	
384. a. 463. c. 495. b. 496. a. 501.	nitro paratus 380. d.	Phleum 207. e. 336. a. 338. e. 339.	
a. b. c. 502. d. e. 503. a. 504. b. 505.	olyrinus 375. c. optimus 382.	b. c.	
d. 506. a. d. 512. d. 516. a. b. 519. a. e.	b. d. 383. a.	Phoenicea herba 128. e. 129. b.	
Aethiopicum 523. e. 531. d.	paniceus 375. e. Parthicus 376.	Phoenix 120. c. 147. b. altera 144.	
Americanum 523. c. selqui-	d. prauus 382. c. d.	a. Dioscorid. 127. e. 128. a. e. 129.	
pedali spica ibid. e.	rubidus 379. d.	a.	
domesticum 520. a.	secalinus 379. e. 429. d. syn-	Phragmitides 264. c.	
Germanicum five panicula	comistos 430. b.	Phu 172. a. 193. a.	
minore 517. d. 518. a.	secundarius 388. e. 429. e. se-	Phusca 461. c.	
Indicum 512. d. e. 523. c. pani-	midalitis 417. b. filigineus 363.	Phylira 330. a.	
cula villosa ibid. Spica longissi-	b. 388. e. 389. e. 390. a. similaceus	Pilus terræ 239. d.	
ma 523. c. obtusa cœrulea 522. b. d.	388. e. 389. similagineus 375. e.	Piper apium 625. a.	
Italicum five panicula ma-	376. a. sordidus 389. b. d. specia-	Piperis arboris radix 643. d.	
jore 519. a. b.	nus 390. c. speltatus 417. e. spon-	647. e. plantæ 291. e.	
loculare 512. e.	giolus 407. c. subcinericius 378. e.	Piperus 334. b.	
nigrum 522. a.	testaceus 376. c. testuaceus	Pisa nigra 560. a.	
peregrinum 512. c.	377. a. tiphinus 375. e. 377. a. tri-	Pisum 375. b.	
lativum 520. a.	ticeus 375. e. hujus differentia	Placentæ 374. e. 378. b. ex oryza	
sylvestre 136. a. d. 137. a. 139. a.	386. d. lyncomistus 430. b.	485. d.	
vulgare 520. a.	zeaceus 417. c. 475. e.	Plantago 50. b.	
Panis & ejus genera 374. d. diffe-	Panes Artolagani 379. a. cliban-	Platanaria 229. b. 231. d.	
rentiæ 390. à cocturæ modo	tæ 383. b. furfuracei 391. d. ipni-	Platanus 233. c. 330. a.	
376. c. 383. a. à materia 375. 384.	tæ 383. b. olyrini 421. b. 393. d. e.	Planta ad gutturis inflammatio-	
a. odor 383. d. e.	ostrearij 379. a. apcustici 379.	nes 150. e.	
acetolus 376. b. 389. b. aqua-	a. subcinericij 383. c. tiphini 393.	Polenta 369. b. 442. d. 453. c. 466. b.	
ticus 376. d. armatus 376. b. Ar-	d. e. 394. c.	ex hordeo 452. e.	
meniacus 378. b. artopticus 376.	Papas 385. a.	Pollen 387. a. b. 388. c.	
d. e. ater 389. b. 429. d. auenaceus	Papauer 374. e. 446. c.	Polygonatum 262. d.	
375. e.	Papel 278. e.	Polygonon 244. b.	
biscoctus 379. b. d. bifus 376.	Papyri species 339. d. è Papyro	Polygonum 233. d. 238. b. 239. a.	
b. bizus 427. d. buccellatus 379. c.	charta 325. e.	bacciferum 232. d. e. mariti-	
canicaceus 376. c. 389. b. car-	Papyri 179. d.	num maius 234. b. d. minus 235.	
bonarius 379. a. cereus 430. e.	Papyrus 324. a.	d. 236. a. scanidens 232. e.	
chondrites 417. b. 418. b. 403. e.	Papyrus 208. a. 255. a. 258. a. 274.	cocciferum 235. c.	
cibarius 376. b. 389. b. 429. d. cli-	e. 323. a. d. e. Aegyptia 275. c.	foemina 262. d. Dioscorid.	
banites 376. d. colloborus 389.	323. e. 324. a. c. 334. d. Galylo-	243. e. 244. d. 248. a. 254. b.	
c. confusaneus 376. a. crassus	nia 224. b. ex lava 335. b. Nilo-	hederaceum 531. b. maius	
376. b.	tica 323. e. 334. d. Siciliana 324. a.	233. d.	
ex amygdalis 384. b. arinea	333. c. e. Syriaca ibid.	marinum 235. e. 238. b.	
421. b. alphodelo 545. c. e. avena	Pastus camelorum 166. c.	mas 10. d. 254. c.	



INDEX LATINVS.

Plinij tertium 244.a.c. quar-

um 335.b.c.  
 Polypodium 4.b.  
 Populus alba 330.a.  
 Porrum 451.a.  
 Portulaca 11.c.  
 Posca 461.c.472.b.  
 Portiones ex hordeo 460.a.  
 Potus ex frumento Manigette 490.a. milio 490.a. oryza 485.e.  
 Pryla 507.c.  
 Pseudoacorus 629.c.630.c.634.d.  
 ceruleus 599.d.  
 Pseudoasphodelus 549.b.552.b.alpinus 552.c. luteus 551.e. maior ibid. palustris Scoticus 552.a. palustris 551.a.c. primus 551.e. pumilio folio iridis 552.e.  
 Pseudocostus 677.e.  
 Pseudocyperus 85.e.90.e.102.e. 215.a.b.289.c.  
 Pseudocypirus 206.e.  
 Pseudoiris 634.d. palustris ibid.  
 Pseudolinum 62.a.  
 Pseudomelanthium 124.a.  
 Pseudonardus 192.b.d.193.a.  
 Pseudoschoenanthum 58.c.164.e.  
 Pfyllum 315.e.  
 Ptilana 404.e.424.e. ex omnium frumentorum generibus 405. b. ex oryza 484.c.d. triticea 364.e.452.a.  
 Ptilanae cremor 452.d. succus ibid.  
 Pulegium 167.b.  
 Puls 369.a.b.409.b.410.a.458.a.  
 Pultes nigrae 574.b.  
 Punicum coeruleum 523.b.  
 Pyra 446.c. fylu. ibid.d.

Q

Quadrilettum 209.d.  
 Quinquefolium 229.c.d.

R

Rabis 48.c.  
 Radiculae Thracicae 195.a.  
 Radix Chinae 269.a. conseruatrixe. 565. cont. venena 219.a. Drake-na 220.b. Drakea affinis ibid.e.  
 Marica 565.e. Naaronica ibid. pestilentialis 677.b. S. Helenae 214.a. spica 201.a. violacea 565.e.  
 Ranunculus 115.d.  
 Raphanus 126.c.  
 Resinatum 307.e.  
 Rhabarbarum 201.c.563.d.  
 Risum 483.b. Germanicum 422.e.  
 Robus 350.c.353.e.354.e.355.b. 361.c.373.d.  
 Rogga 426.d.427.a.  
 Rosa 367.c. rosa 289.c.525.a.  
 Rota arundinis genus 320.b.  
 Rubia 682.b.  
 Rubigo frugum 476.d.477.a.  
 Rubus 176.d.189.c.446.d.

Rufci radices suppositivae 556.e.  
 Ruta 368.a.433.a.146.147.

S

Sabaia 463.a.  
 Safiat 663.a.  
 Saccarum 295.e.  
 Sacchar. 295.c.  
 Saccharaceum mel 307.e.  
 Sacchari canna 295.b.  
 Sacchari differentiae 296.c. ex Arabibus 319.a. spuma 307.d.  
 Saccharum 294.a.c.d.295.b.c. Canarium 295.d.304.c.308.e.  
 candi 289.a.314.b.  
 candidum 314.a.  
 candum 295.d.297.b.298.a.e. 303.a.314.a. album 14.d.e. sub-rufum 314.d. arte paratum 314.c. naturale 314.b. eius conficien-di modus 314.e.  
 cantium 314.a.  
 cibale 306.b.  
 conditum 314.b.  
 concretum 296.d.  
 crassum 304.  
 crystallinum 314.b.  
 Cyprinum 303.a.  
 culinarium 307.e.  
 factitium 296.c.d. recentio-rum 302.b. veterum 299.b.  
 finale 295.d.304.d.  
 finj 304.d. finis ibid.  
 finum 295.d.306.a.308.e.  
 hodiernum non differre a ve-terum Zuccharo 319.d.  
 lucidum 314.b.  
 Maderense 295.d.304.b.308.e.  
 Maltanum 306.b.  
 Mambu 299.a. de Mambu 287.b.  
 Melis 306.b. Meliseum 306.b.  
 Melisium 295.d.306.b.308.e.  
 Meliteum 306.b.  
 miscellaneum 259.d.307.d.  
 molle 296.d.  
 nativum 296.c.d.e.  
 penidium 295.d.  
 pyramidale 296.d.  
 resinatum 306.a.  
 resinatum 306.a.  
 rubrum 307.c.  
 Tabarzet 306.a.319.a.  
 Thomaum 295.d.306.c.308.e.370.c.  
 Valentinum 306.a.  
 Sagu 385.c.  
 Sagitta 339.e.  
 Sal Constantinopolitanus d. Indus 296.a.e.297.a.  
 Salpingion 249.a.  
 Salicis folia 464. species circa Halepum Rauvolfij 663.a.  
 Salix 239.e.240.a. arbor 239.

e. equina 220.e.  
 Salvia 463.d.  
 Sandalum 358.a. Plin.422.a.  
 b.  
 Scandix nautica 625.a.  
 Sanguinalis 4.a. foeminae simili 249.b.  
 Sanguinaria 114.e.115.c.116.a.b. foemina 244.c.d.  
 Sanguinea herba 116.a.  
 Sanguinella 116.b.d.  
 Sari Theophrasti 334.c.  
 Saria ibid.  
 Sceptrum moricnis 338.b.  
 Scevola 248.b.  
 Scilla 547.c.  
 Schinathum 166.d.  
 Schoenanthi radix 643.a.  
 Schoenathos 166.d.  
 Schoenanthum 166.d.259.a. adul-terinum 38.c. verum an habeatur? 171.d.  
 Schoenus 166.d. odoratus 165.e.  
 Scirpus 96.d.97.b.178.a.d.179.b.c. e.189.e. Indicus 177.b. medius 181.a.e.  
 Sclarea 462.d.c.e.463.d.  
 Scorpio 237.c.238.c.b.d.a.  
 Scourgeon 372.b.  
 Secale 357.d.364.c.384.a.394.d. 396.d.420.c.425.b.d.426.d.427. 428.a.463.c.489.c. aestiuum 427.a. hybernum seu majus 425. b.d. latifol. peregrin. 434. luxu-rians 433.d.434.a. vernum 427.a.  
 Secales mater 434.d. peregrinum genus 435.b. vitium 120.d. 143.e.  
 Secali affinis peregrina 435.a.  
 Secla 426.e.  
 Securidaca 122.c.123.c.  
 Semen 411.a.e.412.a.418.d. ado-rcum 350.b.370.b. Canariense 535.d. Congianum 515.c. fre-quentissimum & utilissimum 348.b. Hispanicum 535.d. tri-mestre 370.c.  
 Seminalis 244.c.  
 Semperuium 4.b.  
 Sesama 526.d.  
 Sesamum 345.b.346.a.374.e.487. d.506.d.524.a.531.c.  
 Sesamo simile semen Aethiopi-cum 384.a.  
 Sesima 526.d.  
 Setanium 361.a.  
 Sigala 420.c.  
 Siliginis clavi 434.d.  
 Siligo 345.c.348.a.353.e.355.d. e.356.c.e.357.b.c.d.e.363.a.365.c. 386.c.390.a.416.d.420.b.d.426. d.427.b.c.485.a. aestiua 427.a.  
 Areti-



INDEX LATINVS:

Aretina 356.a. in Cambaja & China frequens 413.d. Campana 356.a. Catonis alia à Columella 356.a. Clusiana 356.a. hyberna 361.e. Laconica 356.d. fermentina 367.e. spica mutica 354.d. spuria 435.e. trimestris 361.e.	Thracia herba 195.b.	Indium 384.e. 495.b.
Simila 357.e. 376.a. 387.e. 388.b.	Thryallis 50.b.	Indorum 488.a. Italicum 394.d. loca 373.b.d. lucidum 373.b. c. m. ignum 495.a. malum 372.b. marinum 135.b. nigrum 363.c. 393.b. optimum 361.d. ramotum 371.c. robum 354.e. Romanum 385.e. rulum 350.d. 370.d. grano maximo 368.d. semestre 354.e. semine oblongo 371.e. septimestre 354.b. setanum 361.a. sexangulum 370.d. filigineum 355.c. sorgo simile 515.e.
Similago 366.e. 376.a. 387.e. 388.a.	Thymus 198.b.	spica coerulea 363.e. 373.e. multiplici 370.e. 391.a. c. mutica 350.d. e. 354.d. ramosa 371.d. sylvestre 348.d. Creticum 396.d. 397.b.
Sinapi 284.b.	Tilia 205.e. 330.a.	remulentum 124.e.
Singentiana 625.a.	Tipha 336.a. 395.e. 415.a. 422.b. 426.b. 470.b. cerealis 392.b. c. 395.e. magna 495.a.	tiphinum 371. d. 373.d. 392.d. 395.e. 396.c. Hispanicum 396. simplici folliculo 394.e. 395.a. trimestre 348.c. 349.b. c. 354.a. 358.c. d. 359.b. c. e. 360. b. c. d. 361.b. 363.c. 420.e.
Sisamum 526.d.	Tiphē 392.c.	vaccinum 124.a. e. vesicum 392. e. urbanum 348.d.
Sisyrrinchium 300.a.	Tithymali species Alhufar 308.b.	Tropice 162.d.
Sonchus 252.d.	Tomentum praen.e 62.a.	Tsinavv 385.a.
Sorgo 512.e.	Tormentilla 229.c.	Tubuli arundinacei ad asthma 320.d.
Sorgum 512.e.	Traganos 237.a.	Tulcution 239.a.
Sparganium 159.a. 198.e. 190.b. 227.d. 229.a. e. 231.e. 339.e. 562.a. e. minimum 232.c. non ramosum 231.a. c. ramosum 228.a. d.	Tragi 224.c.	Turcicum frumentum 495.a.
Spartium 64.c.	Tragion 237.b. c.	Typha 61.e. 255. 338.a. 384.a. 471. d. 519.a. Dioscorides 338.c. eius differentiae 335.c. aquatica 338.a. cerealis 341.d. minor 341.c. minima 341.e. palustris 335.e. 338.a. claua gracili 339.e. 340.a. maior 339.d. 337. a. minor 340.d. 341.a.
Spartum 62.d. 64. b. c. e. 66. c. 67. e. e. 69. a. b. 204. d. Austriacum pennatum 72.b. Carthaginense 111. n. 72. a. Hispanicum 62.e.	Tragium 237.b. d. 238.b.	Typhe Plinij 483.d.
Spatula 572.b. foetida 229.e. 339.e. 559.a. b. 561.d.	Tragonis 237.e.	Typhula 341.c.
Spelta 370.b. 394.d. 411.e. 414.d. 415. 420. c. secunda 416.d. tertia species 424.a. in regno Congiano vilissimum frumentū 413.e.	Tragopyron 531.b.	V
Sphagnon 263.a.	Tragoriganum 237.b.	Venella 361.b.
Spica 191.a. 351.e. 420. e. Alep. 193. c. Indi 459.a. officinar. 194.c. e.	Tragos 235.c. 237. e. 238.e.	Venerea 625.a.
Spica nardi 191.a. 194.a. 201.d.	Tragotrophon 531.a.	Verbena 205.e.
Spicanardus 195.d.	Tragum 237.b. cereale 422.a.	Verbenaca 205.d.
Spodium 287.d. e.	Tragus 238.b. c. 356.d. 365.a. 421.e. 422.a. Dioscoridis 237.a. e. cerealis 404.d.	Vicia 420.c.
Squala 146.d.	Trasi 424. c. 227.c.	Victorialis 190.a.
Squinanthum 166.a. b. d. 167.d.	Trasij 224.c.	Vinum ex Maiz 496.d. 497.b.
Squinanthum 263.a. b. Europæum 58.e.	Tremula 23.b.	Violaria 11.c.
Staphis agria 563.e.	Trepice 162.d.	Vitex 205.d.
Stelephuros Theophr. Anguillar: 50.a.	Tribulus 23.d. aquaticus 230.d.	Vlmus 330.a.
Stella maris 116.a.	Triglochin gramen 81.c.	Vlva 338.a. 339.c. d.
Stoebe 338.e.	Trionum 532.b.	Vruncus 351.d.
Stoechas 198.b.	Trimenon Plin: 360.e.	Vstilago 362.d. 478.e. avenae 476. a. c. 478.e. hordei 478.e. secales 475.d. 478. e. filiginis 476.c.
Stramen 368.b.	Triticospeltum 423.a. e.	Vtricoli 376.a. tritici 388.c.
Symphytum 239.b.	Triticum 122.c. 123.a. 123.e. 125.a. 345.b. d. 348.a. 354.c. 384.a. 435. e. 442.a. 444.c. 463.c. 464.a. 472. e. 476.e. 477.b. 504.c. Dioscoridis & Galenij 354.e. eius abortus 363.a. deliciae 357.c. explorandi modus 361.e. 362.a. b. forma 351.a. genera 348.c. 349. 350. tria Columellae 361.c. genus, candidissimum 357.e. secundum, tertium 395.d. granorum varietas 350. e. 351.a. species Columellae 357. b. vitium 120.d. 121. a. 150.a. aestivum 358. b. agreste 372.c. amylaeum 420. Africanū 387. e. Apulum 355.b.	Vua marina 159.a. 135.c. 138. b. c.
Symphonium 144.b.	aristas habens 350.d. aristis carens 354.d. longioribus, spica alba 373.d. 374.a. coerulea 372.c. e. munitum & circumvallatum 395.e. 396.c.	
Syringa scriptoria 274.e.	Asiaticum 495.a. Bactrianum 495.b. e. bimestre 349.a. 358.d. 359.b. Calvisium 358.a. candidū 350.d. 356.d. centigranum 371.c. Plinij 353.b. exile 392.d. ex Zea 413.d. generosum 376.a. hexastichum 370.d. hornotinum 402. hybernum 345.a. eius genera 354.d. aristis carens 352.a. c.	
Syringias fistularis 274.c.		
Syrupus sacchari 305.d.		
T		
Tabaxif 278.b. d. 288.e. 299.d.		
Tal 335.a.		
Tama 384.d.		
Terebinthus 289.c.		
Terentiabin Arab: 299.a.		
Terra merita 681.b.		
Thapsia 670.e. ejus species 676. e. 677.a.		







# I N D E X

## AFFECTVVM ET REMEDIORVM.

### A



- |  |  |  |
|--|--|--|
| <p><b>A</b>bstergens 125.c. 443.c.<br/>Abiuncti ex longo morbo 318.d.<br/>Aciescens in ventriculo cibis 644.d.<br/>Achores infantum 433.b.<br/>Acidi ractns 644.c.<br/>Acorus 201.e. eius radicem conditura 630. conserva 637.a. palustris radic. condit. 637.d.<br/>Aculeos extrahens 281.b. 563.b.<br/>Acuti morbi 452.c.<br/>Adstringendo exsiccans 152.d.<br/>Adstringens 472.e.<br/>Ægilops 135.e. 150.b.c. 151.a. 152.d. 404.c. 418.a.<br/>Aeris corrupti contagia 630.a.<br/>Alarum vitia 547.a. 621.e.<br/>Albugines 225.e.<br/>Albus cibus Hispanorum 487.a.<br/>Alimentum tenue 457.d.<br/>Allij halitum emendans 662.b. 666.c.<br/>Alopecia 150.e. 280.d. 547.c.<br/>Alphenicum 377.b.<br/>Alsirocostum Mes. 288.c.<br/>Alvidolores 646.b. fluor 432. fluores diuturni 498.c. fluxiones 408.c. 514.a. fluxus II.a. 364.b. profluvia 129.c. d. 392.a. 446.d. 472.e. 567.b.<br/>Alvum ciens 507.e. cohibens 402.d.e. 403.d. 445. d. 505.d. constringens 498.c. inflans 364.d. irritans 366.a. molliens 391.b. 405.d. 528.c. movens 310.c. 311.e. siccans 506.a. sistens 162.a. 201.c. 252.e. 254.b. 474.d. 484.a. b. 654.d. 666.d. sollicitans 433.a. 654.d. vacuans 628.c. violenter deiciens 545.e.<br/>Alvus lubrica 170.a.<br/>Ambusta 345.d. 447.b. 528.a.c. 546.d.<br/>Amylum inter placente genera 408.a.<br/>Anethum 364.c.<br/>Angina 318.e.<br/>Anhelantes 618.e.<br/>Anhelitus difficultas 212.b. 529.a.<br/>Anhelosi 620.a.</p> | <p>Ani procidentia 254.b. ulcera. ibid.<br/>Animi defectio 656.c.<br/>Animo linquentes 390.c.<br/>Anodynum 446.e.<br/>Antidota ex Acoro 629.b. Galanga 644.d. Gemmis Mes 664.b. Iride 620.e.<br/>Antidotus venenorum omnium, excepto sublimato 219.a.<br/>Antispodia varia Dioscorid. 286.b.c.<br/>Antispodium 215. b. 288. e. 289.<br/>Avicennæ officinar. 283.e. ex ossibus Boum, Elephanti 289. ex radicibus Arundinis 289.b.<br/>Appetentiam suscitans 465.b. ei excitandæ, intinctus 666.d.<br/>Apoplectici 656.c.<br/>Apostemata 366.d. dura 622.b. calida 433.c.<br/>Aqua ex Acori palustris floribus 637. Avena 475.b. ardens 474.c. Iridis Germanicæ radice 620.b. Secali 431.d. 432.b. Tritici mica 390.e. 391.b. Milio stillaticia 508.d. Oryza 486.a.b.<br/>Aqua hordei 447.b.d. panata 431.b.<br/>Aqua ducens 618.c. citrinæ sidid. hydropicorum 619.a.e.<br/>Aquis corruptis utile 629.e.<br/>Aranearum morsus 162.b. 620.d.<br/>Arata medicamentum Indicum 261.a.<br/>Ardores externi &amp; interni 289.e.<br/>Arida corpora humectans 409.a.<br/>Aristas eliciens è corpore 135.c.<br/>Arsenici antidotus 487.d.<br/>Arteriacum medicamentum 402.d.<br/>Arteriæ asperitates 452.e. exulcerationes ibid.<br/>Arthritis 10.e.<br/>Articuli 547.a. 654.d.<br/>Articulorum dolores 392.a.<br/>Articulos roborans 212.b.<br/>Artuum dolores 126.a. 366.d. 528.b. 602.b. 644.a. fluxiones 509.b.<br/>Arundinis remedium Filix 281.c.<br/>Asparaguse qui feti edulis 252.e.<br/>Asperam arteriam leniens 528.d.</p> | <p>Asthma 320.d. 321.a. 620.c.<br/>Asthmaticis noxium 449.b.<br/>Athara 357.a.<br/>Attenuans 175.c.<br/>Attritæ partes 235.d. infantum 409.a.<br/>Avenæ cremor 474.d.<br/>Avenata 473.b.<br/>Aurea Alexandrina 631.b.<br/>Aures purulentæ II.c. 546.b.<br/>Aurium dolores 280.e. 528.a.d. 546.d. calidi 446.a. gravitas 546.d.<br/><br/><b>B</b><br/>Bezoar lapidi prælata radix 219.b.<br/>Bilem reiicientes 169.d.<br/>Biliosi humores 628.c.<br/>Biliosæ febres 289.e.<br/>Bromus 473.a.<br/><br/><b>C</b><br/>Cæcutientes 126.b.<br/>Calcis vivæ antidotus 487.d.<br/>Calculi 509.a.<br/>Calculosi 211.d. 620.a.e.<br/>Calculus II.a. 253.d. 536.d. 636.c. renum III.c. 318.d. verticæ III.c.<br/>Calidæ affectiones 41.c.<br/>Caligo 629.b.<br/>Calli pedum 367.b.<br/>Callum sanans 332.a.<br/>Calorem nativum vivificans 644.c. reficiens 312.d.<br/>Cancer 623.a.<br/>Canitiem prohibens 678.d.<br/>Cantharidum antidotus 487.d.<br/>Canis rabidi morsus 367.a.<br/>Canum morsus 625.a.<br/>Canina appatensia 363.e.<br/>Capillitium flavum &amp; nitidum efficiens 433.c. pulchrum reddens, lixivium 433.c.<br/>Capillos crispans 547.c. flavos reddens 368.b. luteo tingens 552.c.<br/>Capiti conducens 227.a.<br/>Capitis dolorem excitans 310.d. Capi-</p> |
|--|--|--|



Capitis defumones 313. b. dolores 11. b. 125. d. 158. e. 212. c. 391. d. 409. e. 432. e. 487. b. 509. c. 623. d. antiqui 621. c. ab ardore 528. a. à bile 521. c. calidi 446. a. fracturae 563. b. furfures 528. b. gravitas 128. a. ulcera 417. e. vulnera 563. b.	Corporis dolor 545. d. e. Corpulentiam metuentibus utile 430. b. Cor roborans 220. b. Corroborans membra 312. a. Cordis tremor 289. d. palpitatio 644. b. Coxendicum dolores 637. c. Crapula 461. c. Crapulam discutiens 621. c. Cremor ptisanæ 451. d. Crines flavos reddens 135. c. Crispi medicamentum ex Tritico 365. d. Crura hydrope tumentia 135. c. Cuticulis 404. a. Cutim erugans 461. e. 463. a. Cutis aspera 366. e. 433. b. pruritus 528. e. vitia 528. b. c. e. 678. c.	Epileptici 656. e. Epiphora 357. 365. e. 468. e. Epispastum Orchomenium Hipp. 281. d. Equorum membra sanguinem fundentia 254. b. Eruptiones pituitæ 447. b. Erylipelas 280. e. 254. a. 498. d. Everii 628. e. Exanthemata III. c. 445. b. Exasperata lævigans 407. d. Excreſcentia in corpore 622. c. Expectorationem promovens 447. e. Excretio purulenta 318. d. Excreationem promovens 529. a. Exsiccans citra morſum 509. c. Extrahens carni infixæ 127. e. omne teli genus 563. b. furculum 281. b.
Caput frigidius 201. e. Caput roborans lixivium 171. c. Cardiaca calida 289. d. Caries lignorum 409. a. Caro ab ossibus recedens 446. c. 447. d. Catarrhalem humiditatem de- siccans 644. c. Catarrhus 312. a. 487. b. Cathartica 587. a. Cauticum 110. e. 332. e. Cephalæa 644. b. Cephalalgia calida 447. c. Ceraſtæ morſus 528. a. Cerebri ægritudines 629. c. affe- ctus 636. c. frigidi 203. b. 644. a. intemperies humida & frigida 212. b. Cerebrum confortans 644. c. iu- uans 655. a. c. roborans 212. b. Charta noſtra, non præſtat in me- dicamentis, quod veterum 333. a. Cholera 289. d. morbus 474. e. Cilia condensans 202. a. Cicatrices 225. e. emendans 546. d. Clavi 622. e. Coctione deſtituti 644. d. Coitionem promovens 310. c. Coeliaci 238. d. 487. b. 621. a. b. Coeparum halitum emendans 662. b. 666. c. Coli cruciatus excitans 252. e. Coli affectus flatuoſi 644. b. dolo- res 528. a. c. tormenta 545. e. Colica 170. c. ventofa 666. d. Colorem concilians 218. c. infanti- bus vegetum 445. c. corporis commendans 203. b. 678. d. flo- ridum reddens 310. c. Collectiones 629. b. Colli aſperitas 367. c. durities ibid. 446. b. Collyria 313. a. Collyrium ad viſum debilem 365. c. Athanaſia dictum 408. e. Columella pertuſa 620. c. Conceptionem iuvans 126. d. 678. c. (b. 644. b.) Concoctionem iuvans 218. c. 630. Condylomata ſedis 622. c. Contuſa membra 254. a. Contuſi 628. e. Conuulſa 563. b. Convulſi 260. c. 545. b. 628. e. 678. a.	Decolorati 201. d. Deiectiones liquidæ & crudæ 508. b. Dentes corroſi 655. b. Dentibus candorẽ faciens 447. b. Dentium dolor 11. b. 232. b. 546. c. 621. d. 655. b. Dentientes infantes 621. e. Dentifricium 171. b. 313. b. Depilatorium 683. a. Deſiccans 443. c. Deſtillatio frigidorum humorum 212. b. tenuis 403. a. Detergens 452. c. Diabetes 257. b. Diacoron Officinar. 636. d. Diagalanga Avicenn. 644. e. Diapenidion officinar. 318. e. Diarrhoea 391. b. 417. d. 487. b. vide Profluuium. Digerens citra mordacitatem 472. e. 474. e. Discutiens 150. e. Dolor 509. a. à flatibus 475. a. à frigida cauſa 459. e. vehemens 508. b. Dolor capitis, vide Capitis dolor. Dolorem ſedans 409. e. Durities 446. a. 629. b. emolliens 622. c. Dylenteria 227. b. 252. b. d. 254. b. 289. e. 364. b. 404. a. 432. d. Dyſenterici 238. d. 417. d. 418. a. 487. b. c. 514. a. 415. c. 521. c.	Excreſcentia in corpore 622. c. Expectorationem promovens 447. e. Excretio purulenta 318. d. Excreationem promovens 529. a. Exsiccans citra morſum 509. c. Extrahens carni infixæ 127. e. omne teli genus 563. b. furculum 281. b. Exulcerans 115. d.
	D	F
	Decolorati 201. d. Deiectiones liquidæ & crudæ 508. b. Dentes corroſi 655. b. Dentibus candorẽ faciens 447. b. Dentium dolor 11. b. 232. b. 546. c. 621. d. 655. b. Dentientes infantes 621. e. Dentifricium 171. b. 313. b. Depilatorium 683. a. Deſiccans 443. c. Deſtillatio frigidorum humorum 212. b. tenuis 403. a. Detergens 452. c. Diabetes 257. b. Diacoron Officinar. 636. d. Diagalanga Avicenn. 644. e. Diapenidion officinar. 318. e. Diarrhoea 391. b. 417. d. 487. b. vide Profluuium. Digerens citra mordacitatem 472. e. 474. e. Discutiens 150. e. Dolor 509. a. à flatibus 475. a. à frigida cauſa 459. e. vehemens 508. b. Dolor capitis, vide Capitis dolor. Dolorem ſedans 409. e. Durities 446. a. 629. b. emolliens 622. c. Dylenteria 227. b. 252. b. d. 254. b. 289. e. 364. b. 404. a. 432. d. Dyſenterici 238. d. 417. d. 418. a. 487. b. c. 514. a. 415. c. 521. c.	Faciei liuores 391. d. 528. b. pani 546. a. rugæ 365. c. ulcera 646. c. Farina Avenacea 409. a. Faſtidia ſtomachi 169. d. Faucium affectus 364. a. aſperitas 312. b. 315. e. 318. c. d. 367. c. 408. a. deſtillatio 608. c. exulceratio 487. d. 253. b. Febres 628. c. bilioſæ 289. e. 451. e. chronicæ 212. a. incandefcentes 451. e. malignæ 113. a. peſtilentia- les 620. c. Febriticantes 390. e. 391. a. 403. c. 452. e. infantes 432. b. Febriticantium cibus 445. b. con- clauæ refrigerantia 281. a. Febriſ acuta 289. d. ardens 363. e. ephemera 312. b. peſtilens III. c. quartaſa 620. d. quotidiana 620. d. Febrium horrores 620. e. Felle ſuffuſi 546. d. Filicis remedium Arundo 281. c. Fiſſuræ 433. b. Fiſtulæ 623. a. alatum 126. d. Fiſtularum foramina & oras dila- tans & laxans 162. b. 180. c. 332. a. Flatibus exagitati 201. c. Flatulenti affectus 203. b. Flatus diſcutiēs 509. a. 655. a. 666. c. Fluidæ affectiones 129. c. Fluor hepaticus 417. e. 487. b. Fluorem rubrum ſiſtens 162. a. Fluxiones acres 227. a. Fluxus bilioſi 289. e. Fœminarum morbi 629. a. proflu- via rubra 513. e. Fœminum vitia 547. b. Fœtum corroborans 408. d. ex- trahens 622. d. Frigeſciens mediocriter 472. a. Frigeſ-
	E	
	Ebrietatem promovens 125. c. Eclegina ex Acoro 629. c. Electuarium Diacoſtu 678. c. ex Iride 620. a. Embammata ex folijs Secales 432. a. Emolliens 429. d. 433. c. 447. e. Emplaſtrum Heræ 126. c. Enterocœle 252. c. 342. a.	Frigeſciens mediocriter 472. a. Frigeſ-



AFFECTUUM ET REMEDIORUM.

Frigidos humores absumens 682.e.	260.c.366.b.459.c.546.d.	Lienis affectus frigidi 203.b. apo-
Frigore lesa 368.b.	620.b.	stema 366.a. dolor 620.c. du-
Frigus quæ ufferit curans 367.a.	Hydropicorum tumores 254.a.	rities 127.c.170.b.c. impetus
Frisimelicæ pastillus 622.a.	tumentes pedes 232.b.	546.a. obstruções 10.b.
Frontale 447.c.	Hydrofacchar 313.b.	Lienosi 620.d.644.d.
Fucus 475.a.487.e.	Hystericæ 212.b.	Linguae fissuræ 315.e. ulcera pu-
Furfures 261.a.367.b. capitis	I	trescentia 381.a.
280.d.	Ichor 433.a.	Lipothymia à frigore 644.b.
Furunculi 234.b.367.b.546.e.	Ictericæ 9.e.201.c.d.620.d.683.a.vi-	Lixivium ad capillitium pul-
G	de Morbus regius.	chrum 433.c.
Gangræna 126.c.468.b.	Iecoris affectus 656.c. frigidi 203.	Lumbarum dolor 170.c.281.d.
Genæ duræ 409.a.	b.inflatio 169.c.d. dolores 446.	Lumbrici 10.c.11.a.621.e. infantum
Genitalium tumor 254.a. vitia	c.refrigeratio 629.d. vide He-	10.a.11.e.
623.a. utriusque sexus ulcera	patis.	Lumbricos teretes generans
254.a.	Iliaci 602.b.	364.d.
Genitura effluens 620.e.	Impetigines 126.c.433.b.	Lumbricus latus 678.b.
Genituram augens 227.a.	Impinguans 528.d.666.c.	Lotium substillum 628.e. suppre-
Gingiber conditum æmulans	Infixa carni extrahens 172.c.	sum 629.a.
compositio ex Cypro 218.c.	Infantes dentientes, tussietes 621.e.	Lues venerea 170.c.d. vide Mor-
Gingivarum hæmorrhagia 434.	Infantum lumbrici 10.a.11.e. ver-	bus Neapolitanus.
d.putredo 11.c.vitia 235.d. ulce-	mes 147.e.	Lusciosi 126.b.
ra 253.d.	Infantulorum tussis 312.b.	Luxata 368.a.446.d.475.a. de-
Glandularum tumor sub axillis	Inflammatamembrâ 475.a.	mulcens 281.d.
367.c. in inguinibus ibid.	Inflammatiō 366.d. omnis 392.a.	
Blidwasser 433.a.	incipiens 367.	M
Glutinans efficaustime 239.b.	Inflammationes 41.c.281.a.445.e.	Maculæ 433.b. à sole 621.e.662.a.
Glutinosi humores 654.e.	528. a.c.563.c.620.c. internæ	678.c. à variolis relictæ 281.b.
Gutturis asperitas 312.a. inflamma-	447.c. recentes 546.e.	Maculas delens 365.c.
tio 158.e.	Inflammationum remedia 169.c.	Mammæ dependentes 365.e. do-
Guttur leniens 318.e.	Inguina 563.c.	lentes induratæ 433.c.
Gonorrhœa 364.e.408.b. invo-	Inguinum abscessus 126.d.	Mammarum durities 120.b.365.
luntaria 621.a.	Inlanientes 656.c.	e.inflammatiō 487.e. tumor
H	Intellectum roborans 218.c.	367.d.e. 418.a.446.e.624.d. ul-
Habitus malus corporis 644.d.	Intestinatorum dolor 446.b.509.a.	cera 546.e.
Hemoptoici 11.a.169.d.364.a.390.	529.a.655.b. fæctus 655.a. infla-	Manducata pituitam ducens plan-
e.417.d.521.c.	tio 365.e.446.c. ulcera 487.b.	ta 158.e.
Hæmorrhagia 116.c.280.e. vulne-	Intestinum divisum 252.a.	Manus albas & molles reddens
rum 252.e.	Ischias 563.b.	368.a.
Hæmorrhoidarum officia ap-	Ischiadici 126.d.253.b.254.c.627.d.	Manuum fissuræ 433.b. rimæ
periens 622.c.	678.b.	366.e.
Halitum commendans 630. b.	Ischuria 11.b.170.b.280.d.	Marasmus 451.e.
644.e.	Iulapium rosatum & violatū 313.e.	Maturantia ægre 126.c.
Hectici 408.c.451.e.487.d.	L	Meientes difficulter 474.e.
Hepar calidum 254.a. frigidum	Lac aquosius corrigens 507.e. nu-	Melancholiam trahens 618.d.e.
644.d.645.e.	triticibus augens 364.b.445.c. qui	Melutero inimicum 311.d.
Hepar roborans 260.c.d.	flatuositatem deponat 403.a.	Melli substituendum saccharum
Hepatis apostema 266.d. calor	Lactis ubertas 453.a.	mulieribus 311.d.
432.b. dolor 170.c.171.a.c.628.	Lævigans exasperata 407.d.	Membra corroborans 312.a.
d.infarctus 9.e.10.b. inflamma-	Lapidem renum frangens 212.a.	Memoriam roborans 212.c.d.
tio 418.b. obstruções 169.e.	Lapidi Bezoar prælata radix 219. b.	Menses ducens 621.a.678.a. mo-
170.b.630.b. vide Iecoris.	Lapis renum 541.c.	uens 280.d.529.a.629. a.630.b.
Hepatici 201.c.d.	Lateris dolor 446.b.545.b.628.d.	644.b. pellens 169.c.170.b.c. pro-
Hepaticus fluor 487.c.	678.b.	movens 619.e. listens 762. a.
Herpes 623.a.	Lenti humores 654.e.	trahens 260.d.e.
Hilaritatem causans 218.c.	Lentigines 365.d.447.a.621.e.	Menses intercepti 111.b. suppre-
Hordei cremor 451.e. decoctum	Lepra 126.c.368.b.404.c.446.e.	112.e.
452.a.	Lichenes 365.d.547.a. feri 126.c.	Mensium abundantia 238.d. fluor
Horrores febrium 620.e.	inveterati 391.e.	nimius 449.b.509.c.636.e.
Humectans 443.b.452.e.	Lienem absumens 565.b. commi-	Menstrua 629. a. ciens 545.c.
Humores crassi 618.c. lenti 654.e.	nuens 628.d.e. cursorum extin-	Menstruis movendis Ægyptio-
Hydrops 449.b.644.d.678.c. eo	guens 252.d.	vum secretum 527.e.
tumentia crura 135.c.	Lienes indurati 565.b. refrigera-	Mictio sanguinis 487.c.
Hydropici 170.a.b.c.211.d.212.e.	ti 629.d.	Milio







AFFECTUUM ET REMEDIORUM.

<b>R</b>			
Ramices	368.b.	creatio 410.e. fluxus 110.d. 409.	Sudores ciens 356.c. mouens 281.
Raucedo 312.a. 315.e. 318.c.d. 447.c.		a. 487.b. 252.b. 408.a.c. e. naribus	b. provocans litus 26.
620.c. a calore	312.a.	flux <sup>o</sup> 11.b. 116.d. 252.d. 254.b. reie-	promovens 508.d.
Refrigerans	443.b. 452.c.	ctio 252.b. 408.a.c. sputum 253.c.	Suppositorium 366.e. 433.a.
Refrigeratio totius corporis 644.		Sanguinis profluuum tactu si-	Suppurantia 446.d. 498.d.
d.		stens 253.b.	Suppurata 445.e.
Renes aestuantes 342.c. refrigerati		Sanguis ex utero manans 129.c.	Surculum extrahens 281.b.
644.c. vexati 311.e.		Scabies 418.a. 476.c. 547.b. 563.d.	Surditatem efficiens 338.c.
Renes expurgans 508.e.		d. infantum 475.b. manuum	Suspiria 234.b.
Renum apostemata 445.d. 448.a.		171.c.	Syrupus, cuius & cibi & potus lo-
calculus 202.a. 619.e. 628.c. do-		Sciirhi inveterati 622.b.	co usus esse potest 312.e.
lot 170.a.c. 171.a. exulceratio		Scolopendræ ictus 546.a.b.	Syrupus de vino 312.d.
364.a. 408.b. 452.b. inflamma-		Scorpiones 620.d. eorum ictus	Syntexis 403.e.
tio 452.b. inflatio 169.d. lapis		211.d. 212.a. 281.a. 546.a.	
545.c. obstructio 9.c. 20.b. viti-		Scrophulæ 622.b.	<b>T</b>
tim 260.c. ulcera 487.		Secundinas pellens 432.b. promo-	Tabaxir trochisci 289.c.
Renum circuitum calefaciens 318.		vens 171.b.	Tabes 318.d. 655.b.
e. lapidem frangens 212.a.		Sedis inflammationes 254.a.	Tabidi 390.e. 402.e. 403.d. 452.e.
Repellens 487.e.		Semen augens 487.a. 528.d. 636.d.	Temulentiam concitans 125.a.c.
Resoluens 125.c.		Seminis fluxus 129.d. 238.d.	152.d.
Resoluti 620.a. 678.b.		Senes corroborans 312.d.	Tenesmus 367.e.
Respiratio difficilis 620.c.		Serpentes adversum 232.a. ala-	Tertiana 508.c.
Respirationi intervientium parti-		criores reddens 281.d. stupefa-	Testiculorum dolores 622.c. in-
tim exulceratio 452.b.		ciens ibid. 281.d.	flammationes 281.a. 546.e.
Rhabarbari corrigens 201.c.d.		Serpentum ictus 211.d. 212.a. 558.	624.d. tumores 254.a. 622.e.
Rheumatismi 158.e.		d. 629.a. morsus 446.e. 546.a.	629.a.
Rigentes 620.e.		620.d. plagæ 509.a.	Thoracis affectus 447.e. a calore
Rigores febriles 678.b.d.		Serpentia 252.b.	216.d. frigidi ibid.e.
Rimæ 546.d. pedum 547.c. sedis		Serpigines 368.b.	dolores 628.
622.c.		Siccans 472.e.	Thoracem purgans 474.d.
Rudius movens 169.d.		Singultus 644.d. sedans 167.d.e.	Tinea 621.e.
Rugæ faciei 622.a.		Sinus 623.a.	Tonsillæ 367.c.
Rupta 563.b. 678.a.		Sitis 289.d. 312.b. 391.a. 431.d. 452.	Tormina 10.a. 234.b. 432.c. 509.a.
Rupti 252.b. 260.c. 545.b. 628.e.		c. 455.b. 465.b. eam sedas 447.e.	521.c. 553.d. 619.e. 620.a. 628.e.
Rupturæ 253.d.		Sole inustæ maculæ 621.e. 622.a.	ventris 62.b.
		Somnolentiam causans 162.a.c.e.	Torminosi 368.a.
<b>S</b>		Somnum concilians 620.c. 623.d.	Tragus 404.c.
Saccharata aqua 312.a.b.c.		faciens 332.a. inducens 125.c.	Triticum crudi damna 364.d.
Sacchari decoctio 312.a. nocumen-		provocans 409.e.	Trochisci ex Tabaxir 289.c.
ta 313.b.		Soporifera 127.c.	Tubercula 367.b. 546.e.
Saccharum Candum Cinamome-		Sordes abstergens 409.e.	Tumentia loca 367.d.
um 316. Rodaceum ibid.e. Vio-		Spasmus flatulentus 636.c.	Tumores 459.e. scirrhusi 528.b.c.
laceum ibid.b.		Spicula extrahens 127.c. 281.b.	quavis 418.a.
Saccharum Candum Spodij Ara-		Spinæ dolores 381.a.	Turunda pro fistulis 332.b.c.
bum succedaneum 289.a.		Spiritus corroborans 312.a. refi-	Tussientes infantes 621.e.
Saccharum Finum, in medica-		ciens 312.d.e. 383.d.	Tussim mitigans 312.a.
mentis cauchidum 305.e. eius		Splenis dolor 11.c.	Tussis 162.b. 212.b. 224.b. 227.a.
damnum 306.a.		Spodij Arabum facult. 288.d.	234.b. 252.b. 260.c.d. 312.a. 315.e.
Saccharum Mellis substituendum		Stellionum morsus 528.a.	316.d. 318.c.d. 364.a. 408.c. 447.
mulieribus 311.d.		Sternutamenta movens 621.d.	c. 474.d. 487.d. 545.b. 618.a. 620.
Saccharum Penidium 317.b. eius		Stomachici 201.d. 644.d.	c. 627.c. calida 315.e. frigida 666.
aqua 318.e.		Stomachi cruditates 212.b. dolor	d. sicca 312.b. 315.e. 318.c.
Sacer morbus 461.c.		169.d. fastidiu ibid. flatus ibid.	Typhus 457.a.
Salivalem humiditatem desiccans		humiditas 212.b. inflatio 169.c.	
644.c.		rosiones 201.c. ulcera 212.d.	<b>V</b>
Sanguinem ciens 110.e. detrahens		Stomacho utile 311.e.	Variolæ 111.b. 219.b.
618.d. e. naribus eliciens 116.d.		Stomachum confortans 289.d.	Variolarum maculæ 281.b. ulcus-
mundans 312.a. sistens 116.c.d.		roborans 212.b.	cula 487.e.
244.c. 253.b. 434.d. sistens amu-		Stranguria 19.c. 260.c. 563.b.	Vasorum oscula aperiens 211.d.
lectu 129.d. supprimens 336.b.c.		Strumæ 126.c. 367.c. 446.b. 513.d.	Vena puncta, secta 116.e.
Sanguinem excreantes 238.d. reji-		546.c. 563.c. 622.b. 637.d.	Venam secantibus masticandum
cientés 169.d.		Succos praus generans 125.d.	644.b.
Sanguinis acrimonia 461.c. ex-		Suggillata 528.b.	Venarum mesaraicarum obstru-
			ctiones 10.d.
			Veneficorum noxæ 547.c.



Venena	820.a.661.b.667.a.	carnis excrementa	646.b. col-	Vrinae acrimonia	227.a. ardor
Venenata maris	546.b.	lithiatio	646.a. dolor	408.d. difficultas	10.a.214.a.
Venenatorum ictus	367.a. morsus	a.c.171.408.c.636.c.	exulceratio	646.b. fluxus largior	129.d. fluxus
	10.a.232.a.620.d.	364.a.408.b.452.b.	inflammatio	spontaneus	509.c. stillicidium
Venenum Phariacum	203.c. Phariacum	452.b. icabies	253.a. ulcera		11.b.253.d.509.c.
	ibid.	10.a.11.a.235.d.487.b.		Vrinam ciens	201.c.d.260.c.364.e.
Veneri secundū folium, antidotus eiusdem plantæ radix	220.a.	Vesicæ medens	169.c.	443.c.461.b.465.b.507.e.545.c.	
Venenum Indorum mortiferum Pison	203.b.	Vesicam expurgans	508.e. leniens	563.b.d.528.e.665.d.678.a. movens	120.b.162.a.169.c.e.211.d.212.a.252.d.253.d.280.d.630.b.
Venenorum antidotus	220. omnium antidotus, excepto sublimato	318.e.		promovens	218.d.310.c.508.e.
Venerem excitans	545.d. irritans	Vini halitū emendans	662.d.666.e.	Vrina, vide Lotium, Meientes, Mictio:	
ad Venerem efficacax	380.e.	Vinum Nardinum	201.a. ex Pane	Vterus frigidus & humidus	212. b. c.
Venerem excitans	545.d. irritans	391.a. Saccharatum	312.d. Squinantinum	Vteri affectus	260.e.946.b. flatuosi
630.b. roborans	644.c. stimulant		170.b. Zedoariatum	644.b. frigidi	203.b.
655.a.678.b.				apostemata	666.d. commotio
Venerem	465.b.	Viscera calefaciens	666.d. obstructions	366.a. dolor	366.a.529.a.620.c. in puerperio
Veneris defectus	363.e. fastidia faciens	629.d. infarctus	9.d.	durities	528.c. flatus
545.d.		Visus debilis	365. imbecillus	665.d. fomenta	260.d. fluores
Ventris animalia	219.b. biliosa affectio	655.a.	b. hebetudo	albi	514.a. fluxiones & sanies
508.a. dolor	170.b. à lumbricis	Vitalem facultatem roborans	220.b.	a. vitia	678.b. ulcera
flatus	665.d. fluxus	220.b.			254.b.260.e.
202.a.252.b.289.d.521.c.563.d.	foeda vitia	Vitiligo	547.a.	Vtero melinimicum	311.e.
252. inflatio	169.c.e.170.c. mordicatio à bile	Vlcera	111.c.563.c. antiqua	Vterum emolliens	622.d. roborans
403.c. tormina	459.d.	433.a. cicatricem difficulter admittentia	212.e. in cute	212.b.	
Ventrem adstringens	120.a. deficcans	331.e. à frigore	368.b.433.a. impura	Vterinus fluor	364.b.
455.b. leniens	318.e. purgans	368.b.433.a. impura	468.b. mala	Vterini dolores	434.d.
545.e. sustens	458.c. leviter	468.b. recentia	332.c. serpentina	Vulnera	111.c.116.d.253.b.c.433.a.
410.d.		110.e.528.a. sordida	623.a. tibiarium	antiqua	623.a. cruenta
Ventriculus frigidus	629.d.667.a. humidus	446.e.	Vlcera implens	281.a. putrida	623.a. venenata
431.c.630.b.667.a.			622.e. ad cicatricem perducens	546.e.	
Ventriculi affectus frigidi	203.b.316.e. apostemata	Vlcera implens	622.e. ad cicatricem perducens	Vulnera cruenta	glutinans
445.d. ardor	474.e. debilitas	622.e. ad cicatricem perducens	212.e.	a. nervis præfectis, glutinans	ibid.
646.b. dolor	214.a.253.d.367.d.529.a.655.b.	Vlcerum sinus	366.e.	Vulnertum hæmorrhagia	252.e.
dolores calidi	445.b. frigiditas	Vlcerata interanea	447.	Vulvæ exulcerata	447.a.
646.b. ulcus	253.d.	Vnguentam Foliatum	192.c.262.c.	Vulvæ inflammatio	171.b.202.b.
Ventriculum refrigerans	507.d. roborans	Irinum	624.c. Nardinum	obstructio	212.c. perfrigeratio
169.e.170.a.c.171.c.260.d.644.b.666.d.	siccans	202.c.		ibid.	
507.d.		Vnguentorum spissamentum	212.a.	Vulvas aperiens	212.c. expellens
Ventriculus vide Stomachus.		Vngues asperi	418.a.	ibid.	
Vermes infantū	147.e.432.c. puerorum	Vnguium plerygia	110.e.	Vvulæ tumor	171.b.
113.a. in ulceribus	468.b.	Vocem claram reddens	528.d.		
Verrucæ	622.c.	Vomitus	170.c.289.d.526.e.545.c. biliosus		
Vertigo	126.a.	170.c.289.d.526.e.545.c. biliosus	253.a. sanguineus		
Vertiginem causans	125.c.	ibid. d.			
Verica dissecta	252.c. vexata	Vomitum ciens	618.c. reprimens		
311.c.		127.b.666.d.			
Vesicæ apostemata	445.d.448.a. calculus	Vreterum obstructio	646.b.		
10.a.212.a.368.a. colli					



# INDEX VARIORVM

Q V I B V S

in præcedentibus locus non erat commodus.

A



Darca 284.a.  
Aedes ex Arundini-  
bus 290.a.  
Aediles Cereales  
344.e.

Aerina farina 127.b.  
Africæ summa fertilitas 353.a.  
Aggeres firmat radicibus suis  
Spartum 67.d.  
Alcyonium 184.d.  
Alesia unde dicta 379.a.  
Alpeigates calcei genus 65.d.  
Amicitia Arundinis, cum Corru-  
da, seu Alparago 282.b.  
Amyli gluten, peplis indurandis  
409.b.  
Amylo adulteratur Saccharum  
307.c.  
*Ἀνιβαλλόμενα* 205.c.  
*Ἀντιπάθεια* 282.a.  
Antherici vermis 538.c.  
Applauda 406.d.  
Apothermus 394.  
Aquam, vino mixtam, alliciens  
162.b.  
Aquatilia omnia calida, Theo-  
phr. censuit 161.e.  
Aquatiliu in radices sicca odorata,  
virides non item 161.e.  
Aquilegia struendi indicia 179.a.  
Aquilegis aquarum indicium  
217.d.  
Arbori fructum conservans corona  
127.e.  
Arcades glandium esum docuere  
374.d.  
Arcaspanis inventor 375.a.  
*Ἀρώμα* 259. Aroma ibid.  
Artopta 376.e.  
Arundineta veterum 282.c.  
Arundine scribentes 265.e.  
Arundinibus structæ ædes 290.a.  
Arundinibus vescentes 185.c.  
Arundinis & Filicis antipathia  
281.e.  
Arundo piscinarum, quomodo  
extirpanda 270.d.  
Asphaltum 26.e.  
Auri fulgorem inducens 684.a.  
Aitoris institutum, in ordine  
plantarum 334.e.

B

Balneatores in Asia, nimiam vim  
hominum, qui abegerint 125.e.  
Bitumen 127.a.  
Bubus saginandis idoneum 11.d.

C

Cabæ 232.e.  
Cadmia factitia 288.a.  
Calami nomen, unde pennis ad  
scribendum aptatis 274.a.  
Calcei e Papyro 331.d. ex Sparto  
64.a. 65.d.  
Campus Spartarius 63.e.  
Canneta veterum 282.c.  
Capris pilus elegans, ex pabulo  
Graminis Nicæi 74.c.  
Catectum 177.a.  
Casula ex Asphodelo 547.d.  
Cereæ tabulæ 330.b.  
Ceres unde dicta, & cur alma  
344.a. frumenta invenit 374.d.  
legifera 344.c. Tesmophora  
ibid.  
Ceveris sacra 374.e.  
Cerevisia 125.c.  
Cantherij 424.a.  
Charra hodierna, & ejus inventio  
332.d. e Papyro 325.c.  
Chlmys pastoralis e Gramine  
38.b.  
Cibus primus Latio 368.e.  
Ciborum frugalitas veterū 545.a.  
Cimices necans 562.a. 564.a.  
Cinnus 451.b.  
Clibanus 377.a.  
Coalescere faciens carnes dis-  
sectas 239.b.  
Coli ex Arundine 272.e.  
Color atrorubens 479.a. robetis  
354.c.  
Columbæ commentitiæ, ex me-  
dulla Iunci 175.b.  
Corbes 205.e. delicati ex Grami-  
ne 96.e. ex Sparto 64.a.  
Corbulæ ficuum 232.c.  
Corona Graminea 3.b. e Myrto  
325.a. Naucratis 325.a. ex  
Papyro 325.a. Querna 344.b.  
ex Rosis 325.a. ex varijs flori-  
bus 4.c.

Creta Alicæ miscbatur 401.b.  
Crocicolore tingens 684.b.  
Crocodilos non metuunt Indi,  
cymbis Arundinaceis vecti  
290.d.  
Cymatilos pannus 74.b.  
Cymbæ ex Arundinibus 290.b.  
c.d. 292.a.b.c.  
Cyprinorum pascua 270.d.

D

Demetrius, panis odore, vitam  
protrahit. 383.d.e.  
Dentis nomen aculeo tributum  
212.a.  
Dioscoridis methodus quæ 162.a.  
Dolorum commissuris con-  
junctis, idonea Typhæ folia  
342.d.  
Drogua 259.b.

E

Ebrij qui proni, qui supini cadant  
463.b.  
Ebur ustum, an Spodio substitu-  
endum 288.e.  
Elychnia ex Iunci medulla 162.b.  
175.a. 182.c. 183.a.  
*Ἐγυρος* 205.e.  
Eschara 377.b.

F

Farrago 284.d.  
Favi 377.c.  
Fermentum ex Ervilia 444.a.  
Filicis & Arundinis antipathia  
281.e.  
Finum, unde vulgo dicatur 304.d.  
Fiscellæ 162.b. 205.e.  
Floris nomen, quid denotet, ali-  
quando 167.e.  
Frugum autor 375.b.  
Frumen, pars sub mento 343.b.  
Fruventi inventrix 374.d.  
Fuliginescamini in Cerevisia  
a. & Ala 466.d. 449.a.  
Funambuli 159.a.  
Funes 162.b.  
Funes Iberici 64.b.  
Funes ex Iunco 159.a. Papyro  
331.c.



INDEX VARIORVM.

531.c.d. Sparto	64.a.70.d.	Mellis, uno anno dupl...	in India	Paradyfus Dei, in Gal lia Narbo-	204.c.
Furnus	577.d.	255.c.		nensi	
G.					
Γλαυκος ἀυλίσσεως ὄνομα	279.d.			Pariendi ritus in Gainea	490.a.
Glaucus, herbæ cibo, inmortalitatem consecutus	4.a.			Pedamenta vinearum	265.c.
Gladiatorum cibus	443.e.			Pergulæ ex Tabaxir	290.a.
Gramina in Sarmatia sub nive	5.b.			Pharmacopœorum errores corrigendi à Medicis	557.a.
Gratulantes Indi, Gramine conspergunt	4.c.			Pilei ex Gramine	97.a.
Gypsum Alicæ miscebatur	401.b.			Pistores diu Romæ non fuere	381.c.
H					
Hastæ ex Arundinibus	276.c.d.			Pistrinum primum	375.a.
Herbam dare 4.b. porrigere, quid veteribus	4.b.			Plinium, Græcas herbarum nomen daturas ignorasse, censet Leoniceus	115.a.
Hordearij	443.d.453.a.			Poliendis ligneis operibus idoneum Equiletum	249.c.
I.					
Indiæ fertilitas	353.c.			Pompholix	288.a.
Indicæ plantæ, dissimiles ijs, quæ alibi proveniunt	300.e.			Potus Pelusiacus	460.c.
Iumentis Gramen arundinaceum, noxium	93.c.			Pugillares	330.d.
Iumentorum medicamentum, adversus frigora, apud Indos	261.γ.			Puluinaria ex Typha	342.b.
Iuris origo	344.c.			Pulti phagi Romani	369.a.
K.					
Κάμυθαί	265.b.			Puls, ex quibus fiebat	369.a.
L					
Laquei capiendis aviculis	266.a.			Pulte victitantes	368.e.
Lecticæ ex Arundinibus	391.a.			à Putredine conservans	509.e.
Legum origo	344.c.			Q	
Libri elephantini 330.c. linei 130.a. 332.e.				Quid pro quo	205.c.
Lignorum loco, in Cilicia, calamis Milij utentur ad ignem	516.a.			R	
Lolio victitare proverb.	126.b.			Radices colligendi tempus	617.a.
M					
Magistratus novus, Gramine inauguratur	4.c.			Retia ex Sparto	65.a.
Mambu cymbæ	290.c.d.			Rhizophagi	185.c.
Mangarillis pici	485.b.			Ridicæ	265.c.
Manna	298.d.			Robeus color	354.c.
Marchionissæ Vasti symbolum	509.e.			Romani pulte victitabunt	368.e.
Massæ sceptræ dicuntur	338.b.			410.a.	
Mattæ	342.b.			S.	
Mel Arundineum 296.a.b.c. rosucidum	298.d.			Sabaja, potio vilis in Illyrico	463.a.
Mellis & Sacchari differentia	298.b.c.			Sabajanus, dictus Valens Imperator	463.a.
N					
Nar fluuius	565.c.			Saccharum, primus Actuarius, in locum Mellis substituit.	311.c.
Nassæ piscatoriæ 162.b. ex Gramine	96.e.			Saccharum sole indurescit, Mel verò liquefcit	298.b.
Natantes fastinantes fasciculi 180.d.e.				Sacchari conficiendi modus 302.a. Fini	304.e.
Navicula, vide Cymba.				Sacchari metæ 303.c. 304.b. panes ibid.	
Navigia ex Papyro	331.c.			Sacchari & Mellis differentia	298.b.
Nebulæ	377.c.			Sacchari usus ignotus, in S. Laurentij insula	294.d.
Nuptiæ sacræ	370.a.			Saccharo nullum ferculum corrumpi	311.a.
O					
Odoramentum	218.d.			Sagitta ex Arundine 275.e. 279.b. Arundinibus armata	292.a.
Odorati pulveres	218.d.			Sal Indus veterum	296.a.c. 297.a.
Odorem vestibus gratum concilians	218.d.			Sapa	127.c.
Odoribus commodum oleum sesaminum	529.b.			Satum	345.d.
Oleum, quo, Maria Magdalena, Salvatorem unxit	202.e.			Sata	
Offibus fractis colligandis adhibentur arundines.	280.b.				
Ouibus Graminis arundinacci pabulum nocet	93.d.				
Oxygalacium	394.a.				
Oxymel	127.b.				
P					
Pallankyns lecticæ	291.a.				
Panis autor 375.b. etymon, definitio 375.c.d. genera 374.d. differentia 375.e. inventrix 374.d.					
Panis usum primo monstrans	375.a.				
Panis ex Arundine	185.b.c.				
Panis loco Polenta quibusdam	454.e.				
Panibus, emunt & commercia perficiunt, Indi	386.a.				
Papyrus veteribus plurimorum materia	331.c.d.e.				







# INDEX GRAECVS

A

Ἀγλιθες 198.c.  
 Ἀγλαι βοτάναι 124.b.  
 Ἀγρωσις 5.b.d. 7.d. ἀκανθώδης 109.  
   α. πατάμι 40.e. τυφώδης 49.e.  
 Ἀγχινωψ 128.e.  
 Ἀδαοκίον 284.e.  
 Ἀδαρκ 284.e.  
 Ἀθάρα 409.c.e.  
 Ἀθρηξ 538.d.  
 Ἀθησα 409.c.  
 Αιγικόν 5.a.  
 Ἀιγίλωψ 150.b. 468.d. 470.a.  
 Αίρα 124.b. 144.a.  
 Αἰρών ἀλδύρον 224.b.  
 Ἀκρον 624.e. Ἀσπλήπιον 628.d.  
 Ἀκρο 629.a.  
 Ἀληαρ 454.a.  
 Ἀλδύρον 381.e. 388.d. 453.d. 454.  
   a. 455. b. 457. d. αἰρών 224. b.  
   κρίθινον 454. a. κυανθ 454. a.  
   λεπίον 386. a. ορότων 454. a.  
 Ἀσδρότησις 387.a.  
 Ἀλιξ 397.c. 399.b.c.d.  
 Ἀλωπέκη 57.a.  
 Ἀλς Ἰνδικός 297.a.  
 Ἀλφίτι περὶ κώνια 456.a. πύμα 453.c.  
 Ἀλφίτιον 453. c. d. 454. a.  
   455. b.  
 Ἀμαξυλις 5.b.  
 Ἀμυλίον 405.e.  
 Ἀμυλον ibid.  
 Ἀνάβασις 227.e. 239.d.  
 Ἀνθάλιον 226.c.  
 Ἀνθελικός 538.a.c.d.  
 Ἀνθελη 264.c.  
 Ἀνθφι 5.c.  
 Ἀνπίσσοθ 289.a.  
 Ἀροπιν 345.d.  
 Ἀρτοι ἐχαρίται 377.b. ἰπίται 377.  
   b. 383. b. χονδρίται 403.e.  
 Ἀρτ 375. d. 457.a. ἀγελαίος 317. b.  
   ἀγοραίος 376. b. ἄζιμος 280. e.  
   ἀλδύρης 389. a. 390. b. ἄμυλ 408. a.  
   ἀνέρεκθ 389. a. αὐτοπαρίτης 376. a. 389. a.  
   αὐτόπυρ 376. a. 386. e. 389. a. 390. a.  
   ἀχυρώδης 376. b. ἐκ γύρεως 390. b.  
   γυρίτης 376. b. 386. e. 389. b. δάρατθ 380. e.  
   διπυρίτης 379. b. διειφθ 379. b. ἐγκρυπθ 378. e.  
   ἐγκρυφίας 378. e.

378.e. ἐπανθράκης 378.d. ζυμής 380.e.  
 κάταρος 388.e. κευχρίαις κευχερίδας 506.c.  
 κλιβανίτης 377.a. κλιβανίτης ib. κλιβανίτης  
 ibid. κρίθιν 448.e. μέσθ 289. a. νασός 380.e.  
 ναυτικός 379.d. ξεροπυρίτης 389.a.  
 ολύριτης 420.d. πασσαλίτης 506.c.  
 παπλωμένθ 390.d. πλύτθ 390.d. πτυρίας,  
 πτυρίτης 376.c. 389.b. πύρον 389.a.  
 ρυπαρός 389.b.d. σεκαλίνος 429.d.  
 σεμιδαλίτης 388.e. 389.e. σιλινίτης 388.e.  
 389.d. σουργώδης 417.c. συγκόμισος 376.a.  
 389. a.c.d.  
 Ἀσφοδελος 538.a.  
 Ἀνθηλη 339.a.  
 Ἀυτοπυρον 357.e.  
 Ἀφαίρεμα 400. c. ἀφαίρεμαθ 388.e.  
 Ἀχιλλίς 438.a.  
 Ἀχυρα 376.b.

Δ

Λανδαλίδετ 448.e.  
 Δημίτερα σπέρματα 344.d.  
 Δισιχον 439.  
 Δόναξ 176.d. 267.d. 272.c.  
 Δροσόμελι 298.d.  
 Ε  
 Ἐλειόσχινος 159.b.  
 Ἐλυμάγρωσις 199.a.  
 Ἐλυμος 516.a.b. ἄγριος 137.a.  
 Ἐνυδρόχοινοσ 159.b.  
 Ἐξάπιχον 438.a.  
 Ἐριόχοινοσ 61.e.  
 Ἐρυσίβη 476.d. 477.  
 Ἐρυσίσκηπτρον 205.b.  
 Ἐτεόριθος 438.b.  
 Ἐνυδιάμα μυρεψικόν 259.b.  
 Ἐφεδρα 233.e.  
 Ἐφύδρον 239.d.

Β

Βαλανήφαγοι 374.d.  
 Βιβλία 332.d.  
 Βυλβοκάσανον 224.e.  
 Βύτομον ὄξύ 228.a.  
 Βύτομος 227.d.  
 Βρέμος 147.b. 469.a. 470.d. 464. c.  
 Βρίζα 372.a. 427.d.  
 Βρύλλον 159.b.  
 Βρύλλοσ 179.b.  
 Βρύτον 460.d.e.  
 Βρύτιον 460.e.  
 Βρώμος 146.d. 147.b. 150.b. 402.a. 468.d. 470.d. 474.b. πῶα 147.b.  
 Βῶλοσ 227.d.  
 Βενός 460.d.  
 Βύνη 458.d. 460.d.

Ζ

Ζάδωρ 657.a.  
 Ζάδωρα 657.d.  
 Ζέα 411.a.b. 414.a. ἀπλή 412.a. δίκοκτος 399. b. 412.a. δισμάχασ 417.a. δισμοσ 415.b. 417.a.  
 Ζεῖα 370.a. 411.a. 420. a.  
 Ζήδωρος ἄραρα 411.c.  
 Ζεόπυρον 423.e.  
 Ζήθεσ 460.a.  
 Ζίγγιβερθ 646.e.  
 Ζιγγίβερεθ ibid.  
 Ζιγγίβερεισ ibid.  
 Ζιζάνιον 124.c. 144.a.  
 Ζύμη 379.e.  
 Ζύμμα ibid.

Γ

Γαλάγγα 637.e.  
 Γιγγίβερεθ 646.e.  
 Γιγγρασ 264.c.  
 Γεάσις 428.c. κελθίνη 429.b. πυρίνη 429.b.  
 Γυμνοκρεθον 423.e. 424.b. 453.a.  
 Γύρις 386.e.

Ι

Θαυμασός 565.b.  
 Θύαρσ 124.b.  
 Ι  
 Ἰερίσ 565.b.  
 Ἰππέρρις 239.c. ἄφυλλοσ 249. c.  
 Ἰερίσ 565.a.  
 Ἰχαιμον ἰο. d. 116.c.  
 Ἰτιάδενδρον 239.e.  
 Ἰφουον



Κ

Καθαίρων 565.β.  
 Κάνδιον 314.α.  
 Κάνηιον 314.α.  
 Κακος 559.α.  
 Κακός 559.α.  
 Καλαμάχρωσις 5.α.93.α.230.α.  
 Καλαμινον λυόμενον σακχαρι 296.ε.  
 Καλαμισκ Φαρμακίτης 271.ε.  
 Φεαγμίτης 271.ε.  
 Καλαμ 255.α. 259. 264.ε.  
 αδέσμη 96.α. αυλητικός 265.β. αρωματικός 255.α.259.α. βομ-  
 βίκιας 265.ε. δόναξ 264.ε. ελη 270.β. ερυθρή 259.ε. άνεχίας 276.ε. δώδης 259.α. δώδμος 259.β. ζάχτης 265.ε. 276.ε. θήλυς 264.α. 276.ε. κύπερι 272.ε.272.ε. μεσογόνη 266.β. ρε-  
 μυλικός 259.α. ναός 274.ε. ολι-  
 γόσαρκ 264.ε. πολύσαρκ 264.ε. ibid.α. πλόκιμη 265.α. πλυτι-  
 κς ibid. σιελγίας 264.α.274.β. σύελγξ 267.β. τοξικός 267.β.ε. 274.ε. Φεαγμίτης 264.ε. 270.β. 271.β. χάρακας 267.β. 270.β.  
 Κάρτ 208.α.  
 Κεγχεσμίδες 520.α.  
 Κεγχεριον 500.α.  
 Κεγχερος 500.α.  
 Κίννα 93.ε.  
 Κλίβανον 377.α.  
 Κόιξ 20.β.  
 Κόλλα 410.ε.  
 Κός 667.β.  
 Κούρμι 460.α.462.ε.  
 Κρέμη 369.β.  
 Κεϊ 457.ε.  
 Κεϊβανον 377.α.  
 Κεϊθη 435.α.448.ε.449.α.454.β.457.ε. Αχιλλίς 438.α. εζασ-  
 χος 424.α. κεκομμένη 450.α.  
 Κεϊβλιών κόνει 442.ε.  
 Κριθής χυλός 451.ε.  
 Κρίθιν οίν 460.α.  
 Κεμνίτης πλακός 458.β.  
 Κρίμμον 405.ε. 421.β. 457.α.ε.  
 Κεναχρωσις 553.β.  
 Κυβηλα 508.β.  
 Κούξ 20.β.  
 Κολλάσις 448.ε.  
 Κύπερι 205.β. 208.α. ιδώδιμη 225.β. ερόγγυλη 209.α.210.ε.  
 Κυπρις 205.β. Ιδίκη 680.ε.  
 Κύπερι 205.β.  
 Κυρηθια 388.α.α.508.β.

Λ

Λαγώπρη 6.α.  
 Λωκακάνθα 553.α.  
 Λιμνήσιον 285.α.  
 Λιμνήσις 285.α.  
 Λιμνήσις 284.ε.285.α.  
 Λινόσπαρτόν 64.β.  
 Λινόχοιν 61.ε.  
 Λυκοι 565.α.

Μ

Μαζα 456.α. 457.α.β. άτιπτος 456.ε.  
 Μαλάχη 329.ε.  
 Μαλιναβάλλη 226.α.  
 Μασοί σπαργώντες 367.ε. χον-  
 δελώντες ibid.  
 Ματίνα 456.ε.  
 Μελαγκρανίς 185.α.β.  
 Μελία σίτος 516.β.  
 Μελίνη 501.α.516.α.β.  
 Μελινός 516.β.  
 Μυλήφατόν 381.ε.

Ν

Νάρδος 191.α. Ινδική 201.α.  
 Νάρδος άχυς 191.α.201.α.  
 Νασός 264.ε.375.α.380.ε.

Ξ

Ξιφίδιον 227.α.  
 Ξυρις 559.α.  
 Ξηρις 559.α.

Θ

Θίνος κρίθινος 460.α.  
 Θολιγότερη φα 452.α.  
 Θολοκωνίτις 224.ε.  
 Θολόχοινος 159.ε. 160.α. 162.ε. 179.α.β. 180.β.  
 Θολυρα 393.α. 411.α. 420.α. β.ε.  
 Θούραχοινος 159.ε. 160.α. άκαρπός 159.ε. 160.α. 161.ε. κάρπιμος 160.α. μελαγκρανισμός 160.α. με-  
 λαγκρανός ibid.  
 Θουρνη 435.β.  
 Θουρδιον 435.β.  
 Θουρα 483.β.  
 Θουρον 483.β.  
 Θουράλη 128.ε.  
 Θουρακ 343.α.  
 Θουριον 416.ε.472.ε.479.α.  
 Θουλαϊ 435.α.  
 Θουρανια 565.β.

Παιπάλη 386.ε.  
 Παϊ 375.ε.  
 Πανία 375.ε.  
 Πάπυρος 1324.ε.  
 Παρραβιη 460.ε.  
 Παπάλη 500.ε.  
 Πάσπαλος 500.ε.  
 Πέμματα 363.α.  
 Περικαλαμίτις 284.ε.  
 Πινον 460.α.  
 Πίνος 460.α.  
 Πίσον 500.ε.  
 Πίτυρα 376.β.388.ε.  
 Πόα 5.ε. Theophr.29.α.  
 Ποίη 5.ε.  
 Πόλτος 369.β.420.α.α.458.α.  
 Πολύσιχον 438.α.  
 Πολυγόνατος 267.α.  
 Πολύγονον θήλυ 244.β. άραϊον 244.β. ibid.  
 Πτισανης 402.α.249.α.450.α. κριθαδης 450.β. όλη 450.β. πυρινη 402.ε. πυρινη 449.ε.  
 Πτισανης ρόφηματ 451.ε. χυλός ibid.  
 Πυρινας 348.ε.  
 Προκωνια 448.ε.  
 Προπόματ 647.ε.  
 Προποπισμοί 647.ε.  
 Πυροι καθαροί 361.α.  
 Πυρος 348.β.354.β.ε. άλεξανδρως 348.ε. κεγχοιδίας 348.ε. ελεγ-  
 γυς 348.ε. Ιρίμητος 360.α.  
 Ρίζα ψιδώνυμη 197.ε.  
 Ρους 129.ε.  
 Σαλπύγγιον 240.α.  
 Σάκχαρ 295.ε.296.ε.  
 Σακχαρι 296.ε.  
 Σάκχαρον κάνδιον 314.α. κάνηω ibid. μέλι 295.ε.296.ε.  
 Σεμίδαλις 387.ε.  
 Σησάμη 526.α.  
 Σησαμίδες 527.β.  
 Σησαμον 526.α.  
 Σητινιον 360.ε.  
 Σητινιος άρτος 361.α. πυρος ibid.  
 Σιγγίβερις 646.ε.  
 Σιζοσίνιον 124.ε.  
 Σιλιγνίς 356.α.386.α.  
 Σιμαλις 387.ε.  
 Σιτινιον 368.ε.340.ε.  
 Σιτηρα άσέρματ 344.α.  
 Σιτη



INDEX GRÆCVS.

Σιτηρόν	416.ε.472.δ.	Ψιχός 166.α.	τραχύς 161.ε.	Φοίνιξ 128.ε.	πόα	ibid.
Σίτοι καθαροὶ ἀγρῶν	124.β.	Σχοινάνθον	167.δ.	Φοινικόπτερον		128.ε.
Σίτον ἐσ πυλῶ	442.ε.	Σχοινάνθος	166.β.167.α.	Φοκάδιον		461.α.
ΣίτⓄ	345.α.348.ε.	Σχοίνε ἀγθος	166.α.δ.167.δ.	Φορύτον		284.ε.
ΣιτόσπελⓄ	150.β.	Σχοίνε vox absolute posita, quid denotet	165.δ.	Φούκα		461.α.
Σίττα διαφθορά	124.β.			Φραγμίτις		364.ε.
Σιφῶν	150.β.			Φυλλομανία		434.ε.
Σκύτων	248.α.			Φύλλον		192.ε.
Σπαργάνιον	227.δ.					
Σπάρπον	62.δ.	Τράγατος	237.α.			
Σπάρτην	62.δ.	Τεθύγον	236.ε.			
Σπέρμα   α δημήτρια 344.α. σιτηρῶ		ΤεθύⓄ	402.α. σιτώδης 404.δ.	Χάρτης	325.ε.331.ε.333.α.	
1β.α.		Τίφη	335.δ.ε.338.ε.392.ε.393.α.	Χαρσαδρώδης	252.α.	
Σποδός	287.ε.	Τριμηνιαῖον	348.ε.360.ε.	Χαρσικία	272.ε.	
Σπυρός	348.ε.	Τρύγη	354.β.	Χέδροπα	343.β.	
Στάχυς	198.β.ε.	Τρύγις	356.δ.404.δ.	Χερέδρανον	239.ε.	
Σύριγγ	274.β.	Τύφη	335.δ.337.ε.	Χόνδρον 474.ε. πλυτόν	402.ε.	
Σφακελισμός	476.ε.			430.β.		
Σχοινάγραψις	72.δ.			Χονδροπλοσάνη	449.ε.	
Σχοινιόσροφον	239.ε.			ΧόνδρⓄ	397.ε.δ.ε.398.α.399.β.ε.δ.	
Σχοινοβάται	159.α.	Φαλάγγιον	553.α.	401.ε.δ. 402.α. ἀλικⓄ	397.δ.	
Σχοινοκάρυον	224.ε.	Φαλαγγίτης	553.β.	λιβάνε	401.ε.	
ΣχοιναλαγρⓄ	187.ε.	Φαλαγγίτιον	553.α.	Χούδρα πλοσάνη	402.ε.	
ΣχοίνⓄ	62.δ.159.α.207.α.335.ε.	Φάλαρις	535.δ.			
αἰθιοπική 162.ε.ε. ἀρωματικός		Φαληρίς	535.δ.			
165.ε. ἔλαιⓄ 159.β. ἔλαια 161.		Φακοπλοσάνη	450.α.			
α.β. ἐνυδρⓄ ibid. ὄσμοⓄ		Φάρρακία	370.α.			
165.ε. δώδης ibid. εὐρηπική		ΦάρρⓄ	413.ε.414.α.	Ωμὴ λύσις 455.ε. κριθίνης	πυρήνη	
162.ε.ε. ἡδύοσμⓄ 165.ε. θαλάτ-		Φλέως	377.ε.538.ε.342.ε.	λινοσπέρμα, τέλειⓄ	455.δ.	
τια 161.β. λῆα 159.ε.161.β. λῆⓄ		Φόβη	501.ε.	Ωμύλισις	455.ε.	
161.ε. μελαγκρανίς 161.ε. μυρ-						

Υ

Χ

Φ

Ω





# INDEX ARABICVS

cui intermixta, nonnulla ex Orientalibus alia,  
peculiariter notata.



A.

Baifer 287.c.  
 Abaziz 226.a.  
 Abg 537.b.  
 Adalkir 166.b.  
 Ad caram 166.b.  
 Adcher 165.c. Pers. ibid.  
 Adeher 166.b.  
 Adhar 166.b.  
 Adher 166.b.  
 Adhir 166.b.  
 Adhecharum 166.b.  
 Aezum 483.b.  
 Agiami 164.b.  
 Aierfa 565.c.  
 Alaf, Persic. 166.c.  
 Alburdi 159.b.  
 Aldarira 260.a.  
 Alderire 260.c.  
 Aldirira 259.e.  
 Aled 681.c.  
 Alehec 357.e.  
 Alfenid 317.b.  
 Alferud 317.b.  
 Algaures 501.a.  
 Algenars 501.b.  
 Alhain 501.b.  
 Alhalef 159.b.  
 Alhamed 354.c.  
 Alhusar 308.b.c.d.  
 Alnefastegi 406.a.  
 Alsefeni 166.b.  
 Alterira 260.a.  
 Alufar 308.b.  
 Alzelin 226.a.  
 Alzis 225.e.  
 Anuphi, Aegypt. 5.c.  
 Arfura 483.b.  
 Arz 483.b.  
 Arzi 483.b.  
 Asmeni Iuni 565.c.  
 Assabel dirire 259.e.  
 Atitir 166.b.  
 Aurelum 501.a.  
 Axeras 537.b.  
 Azalen 225.e.  
 Azquir 166.b.

B.

Berd, Aegypt. 325.b.  
 Berdi 324.a.  
 Biruach 537.b.  
 Bhunte 537.b.  
 Burdi 324.a.

C.

Cachabar 166.b.  
 Calingian 637.e. 641.a.  
 Calvegia 637.e. 646.a.  
 Caratis 260.a.  
 Caratim 260.a.  
 Casab 264.c.  
 Caschendar 641.a.  
 Casoras 559.b.  
 Cassab 259.e.  
 Cassab Alderina 259.e.  
 Cassab offeri 260.a.  
 Cassab ofsiri 259.e.  
 Cassabou ferite 260.c.  
 Cassub 259.e.  
 Cast 667.a.  
 Cechius 501.b.  
 Cembul 191.b.  
 Cembul Indi 191.b.  
 Cena palcail 240.a.  
 Chaledfium 681.c.  
 Chalidunium 681.c.  
 Chasab durirhe 260.a.  
 Chost 667.a. 670.e.  
 Chounce 537.b.  
 Chouffeth, Turcic. 461.c.  
 Churtal 471.a.  
 Cost 667.a.  
 Costi 667.a.  
 Culungem 637.e.  
 Curcum 681.b.

D

Dachich 354.c.  
 Dalefit 150.c.  
 Danebalchail 240.a.  
 Darzardh, Persic. 681.b.  
 Dasser 150.c.

Dauser 150.c.  
 Dausir 150.c.  
 Dembalchil 240.a.  
 Desana 150.c.  
 Dhenben alchail 240.a.  
 Dheneb alchail 240.a.  
 Diochen 516.c.  
 Dirire 259.e.  
 Dis 159.b.  
 Dochen 516.c.  
 Dochon 501.a.  
 Dora 515.a.  
 Dorati 515.b.

E.

Eneri 406.a.  
 Erizambac 550.c.  
 Ezarbien 124.c.

F.

Fexa 124.c.

G.

Gafallu 124.c.  
 Galungen 637.e.  
 Gengibil 643.a.  
 Giaures 501.b.  
 Glaves 516.c.  
 Greuers 501.a.

H.


Habalzelim 223.e. 225.e.  
 Habel afsis 225.e.  
 Haboscer 308.b.c.  
 Halca 414.c.  
 Hals 414.c.  
 Hahaheer 435.e.  
 Hahaheer 435.e.  
 Hahoscer 308.c.  
 Hais 414.c.  
 Hantha 354.c.  
 Haolcer 308.b.  
 Haosor 308.b.  
 Hareoman 414.c. 515.c.  
 Hartenum 414.c.



INDEX ARABICVS

Hafab	264. <i>c.</i>	O.			
Haxis cachule	166. <i>c.</i>	Osolalchafab	264. <i>c.</i>	Tabaisis	286. <i>c.</i>
Heges, Persic.	259. <i>d.</i>			Tabarzeth	306. <i>a.</i> 319. <i>a.</i>
Henca	354. <i>c.</i>	P.		Tabaxir, Persic.	287. <i>d.</i>
Henta	354. <i>c.</i>	Phoucas	461. <i>a.</i>	Tabaxir	286. <i>c.</i> 287. <i>b.c.</i>
Herthamar	414. <i>c.</i>	Piners	501. <i>b.</i>	Tereniabin	299. <i>a.b.</i>
Heueri	461. <i>a.</i>	Pomelarsich	471. <i>a.</i>	Thaine, Aegypt.	527. <i>c.</i>
Hodvveg	209. <i>b.</i>	Poffet, Turcic.	461. <i>c.</i>	Thel	5. <i>c.</i>
		Pratichin	516. <i>c.</i>	Tscherbet, Turcic.	462. <i>a.</i>
		R.			
		Rescius	287. <i>c.</i>	V.	
		S.			
Iaibedi	483. <i>b.</i>	Saberade	207. <i>b.</i>	Vage	625. <i>a.</i>
Ielben	414. <i>c.</i>	Sachbar	166. <i>b.</i>	Vagem	5. <i>c.</i>
Ieuers	516. <i>c.</i>	Safarheramon	227. <i>e.</i>	Vegem	5. <i>c.</i>
Iucha	207. <i>b.</i>	Saffaf, Aegypt.	663. <i>a.</i>	Vgi	625. <i>a.</i>
Iulben	414. <i>c.</i>	Sair	435. <i>e.</i>		
		Sarahan	435. <i>e.</i>	X.	
		Saroth, Turcic.	681. <i>b.</i>		
		Sataiscir	287. <i>c.</i>	Xaahar	436. <i>a.</i>
Kanah, Hebr.	264. <i>c.</i>	Scahair	436. <i>a.</i>	Xahar	436. <i>a.</i>
Kanim, Hebr.	264. <i>c.</i>	Scehair	436. <i>a.</i>	Xahaer	435. <i>c.</i>
Kauroch	681. <i>c.</i>	Sceilem	124. <i>c.</i>	Xahair	436. <i>a.</i>
		Schelian	124. <i>c.</i>	Xair	435. <i>c.</i>
		Scoadi	207. <i>b.</i>	Xeilem	114. <i>c.</i>
		Seilen	124. <i>c.</i>		
Lengibel	647. <i>a.</i>	Selch	357. <i>e.</i>	Z.	
Laufesum	501. <i>b.</i>	Selebenien	124. <i>c.</i>		
		Selec	357. <i>e.</i>	Zachar	296. <i>c.</i>
		Seleth	357. <i>e.</i>	Zarnabum	663. <i>a.</i>
Mambu, Persic.	287. <i>d.</i>	Seley	124. <i>c.</i>	Zarneb	663. <i>a.</i>
Mest	354. <i>c.</i>	Semsem	526. <i>d.</i>	Zarnubeth	663. <i>a.</i>
		Shair	435. <i>c.</i>	Zeben	124. <i>c.</i>
		Shad	207. <i>b.</i>	Zemarum	354. <i>c.</i>
		Simibel	191. <i>b.</i>	Zeruba, Persic.	659. <i>a.</i>
Negen	5. <i>c.</i>	Silemi	124. <i>c.</i>	Zicama	124. <i>c.</i>
Negien	5. <i>c.</i>	Silis, Aegypt.	528. <i>d.</i>	Zinzania	124. <i>c.</i>
Negil	5. <i>c.</i> 93. <i>b.</i>	Sirim	124. <i>c.</i>	Zuan	124. <i>c.</i>
Neiemelm salib, Aegypt.	111. <i>b.</i>	Soedt	209. <i>a.</i>	Zuchar	296. <i>c.</i>
Nefastegi	406. <i>a.</i>	Sumbel	191. <i>b.</i>	Zurumbet	649. <i>c.</i>






# INDEX GALLICVS




<b>A.</b>	Core	628.b.	Esprelle	240.d.	Nattes	342.
	Afrodile	537.b.	<b>F.</b>		<b>O.</b>	
	Aiguillettes	d' ar-	Farine folle	387.c.	Orge	436.a.440.c.
	mes	38.a.	Flambe	565.d.574.d.	Orge gros	439.a.
	Amoutettes	26. c.	Flambe bastarde	635.a.	<b>P.</b>	
	tremblantes	23.b.c.	Flambe blanche	576.e.	Pain biz	427.d.
	Amydon	406.a.	Flambe des rivieres	635.a.	Panic	516.c.
	Aspic d' outre mer	201.b.	Flambe sauage	572.b.	Paniz	516.c.
	Aueneron	178.b.	Froument	254.d.	Pasture des chameaux	166.e.
	Averon	147.c.	Froument a six quarres	370.d.	Pin aquatic	244.e.
	Auoine	171.a.	<b>G.</b>		Pomette	440.d.
	<b>B.</b>		Galingal	638.a.	Prelle	240.d.
	Bierre	463.b.	Gasteaux	378.b.	<b>Q.</b>	
	Blanchee	358.a.	Gaufres	377.c.	Quëue de chat	240.d.
	Bled vide Blé.		Glayeul	565.d.574.d.	Quëue de cheual	240.d.
	Blé	354.d.	Glayeul des marais	634.e.	Quëue de renaul.	57.b.
	Blé barbu	396.a.	Glayeul puant	562.b.	<b>R.</b>	
	Blé blanc	358.a.	Grame	5.c.	Raisin de mer	238.c.
	Blé loca	373.e.	Gros blé	368.e.	Rafins de mar	238.b.
	Blé luyfier	373.c.	Gingembre	647.b.	Renuée femelle	244.e.
	Blé de mars	361.b.	Gurguet	144.b.	Ris	483.c.
	Blé riguet	370.d.	<b>H.</b>		Roscau commun aquatic	270.d.
	Blé runé	368.d.	Hache royale	537.b.	Rue	144.b.
	Blé Sarrazin	495.c.531.b.	Herbe	5.c.29.b.	Rys	483.c.
	Blé qui truche	371.d.	Herbe aux crapaux	101.a.	<b>S.</b>	
	Blé turquet	373.c.	Herbe des pres	29.b.	Scourgeon	372.a.
	Boucotte	531.b.	<b>I.</b>		Segle	426.e.
	Bruslure	478.e.	Ionc	159.	Seigle	426.e.
	<b>C.</b>		Iugioline	526.d.	Souchet	210.d.218.b.
	Canne	274.e.	<b>L.</b>		Soucrion	135.c.439.a.
	Chara	252.a.	Long gran	372.a.	Succe	295.e.
	Chien dent	9.c.112.e.	<b>M.</b>		Succe candj	314.b.
	Cidre	467.b.	Marteau	338.b.	Squinant	166.e.
	Civade	471.a.	Maffes	338.b.	<b>T.</b>	
	Crapaudiere	191.a.	Masse de ionc	338.b.		
	Cretonart	659.b.	Masse petite	241.c.	Toufelle	355.b.
	<b>D.</b>		Melasse	305.d.	Trimesia	361.b.
	Dent de chien	9.c.	Mescle	396.a.		
	Dugro	144.c.	Meteil	396.a.429.b.	<b>Y.</b>	
	<b>E.</b>		Mil	501.b.		
	Elpho	64.d.	Millet	501.b.	Yvraye	125.a.
	Espeautre	414.e.	<b>N.</b>		Yvraye sauage	129.c.
			Nageories	180.d.		





# INDEX ITALICVS

A.		Giglio azzurro piccolo	604.c.	Orzo monstarolo	424.b.	
	Coro	628.b.	Giglio celeste	565.d.574.d.	Orzo murario	135.c.
	Acoro bastardo	635.d.	Giglio giallo	635.a.	Orzo nudo.	424.b.
	Alga	414.e.	Giglio pauonazo saluatico	572.b.	P.	
	Amido	406.d.	574.d.		Paglia di camelo	166.e.
	Anfrodillo	537.b.	Ginguilea	526.d.	Palla marina	285.a.
	Anthi	167.e.	Gioglio	125.b.	Pattraffalo	252.e.
	Asprella	240.d.242.c.	Gioglio saluatico	129.c.	Panico	516.c.
	Avena saluatica	147.d.	Gauco acuto	174.a.	Pesse del canetto	252.e.
B.		Giunco	159.b.	Peuera	338.c.	
	Biada	414.e.	Giunco aquatico magior	180.e.	Pirra farra	414.c.
	Biondella	355.d.	Giunco aquatico minor	190.c.	Piuma terrestre	72.b.
C.		Giunco florido	190.c.	Polenta	507.a.533.d.	
	Calami	272.e.	Giunco odorato	166.e.	Poligono	244.e.
	Calami da scrivete	274.c.	Gramigna	5.c.9.c.	Q.	
	Calamo aromatico	260.a.628.b.	Gramigna di fiume	41.c.	Quadriletto	207.b.
	Canella	270.d.	Gramigna di fiume bianca	41.d.	R.	
	Canna	264.d.	Gramignia saluatica	pilosa	Riso	483.c.
	Cauna d'India	323.b.	104.e.	S.		
	Canna a far conochie	272.e.	Gramigna spinosa	109.a.	Saccaro	295.c.
	Canna a far sepe	270.d.	Grano	354.d.	Sagina	513.a.
	Canucia aquatica	270.d.	Grano cacofello	357.e.	Sanguinella	116.b.
	Careze	176.e.	Grano carutello	357.e.	Saracino	531.b.
	Coda di cauallo	240.d.	Grandel graspo	371.d.	Scandella	358.b.440.d.
	Coda di nolpe	57.b.	Grano Indiano	495.c.	Schianza	338.c.
	Corregiola femina	244.e.	Grano marzolino	361.c.	Segale	420.e.
	Costo	667.b.	Grano a racemi	371.d.	Selamo	526.d.
	Cua di cavallo	240.d.	Grano saluatico	152.a.	Solina	354.d.
	Cuneno	536.b.	Guglia	338.c.	Sorgo	513.a.
	Cypero	210.d.218.b.	Guvoni	248.b.	Sparganio	229.c.
D.		H.		Spatola fetida	562.b.	
	Dolzolini	224.d.	Herba luzula	104.e.	Spelta	370.b.414.e.
	Dolce Trasi	224.c.	Habaziz	224.e.	Speutria	414.e.
E.		I.		Spigonardo	201.b.	
	Egilopa	152.d.	Iride	565.d.	Squala	146.d.147.d.
	Equiseto minore	248.b.	L.		Surga	513.a.
F.		M.		T.		
	Farro	370.b.	Loglio	125.b.	Trasi dolce	224.d.
	Falangio	553.b.	Luzula	104.e.	Trecola	218.b.
	Falari	536.a.	M.		V.	
	Fariola	361.c.	Macionaci	578.d.		
	Fenice	129.c.	Marzolo	361.c.		
	Formento Indiano	495.d.	Mazza sorda	338.c.		
	Formentone	354.d.	Mazza sorda minore	341.c.	Vena	471.a.
	Fromentone	531.b.	Melega	513.a.	Vena vana	147.d.
G.		O.		Z.		
	Gena	471.a.	Miglio	513.a.		
	Gengeno	647.b.	Orza	501.b.		
	Germano	427.a.	Orzada	152.d.	Zedoaria	659.b.
	Giglio azzurro	565.d.572.b.	Orzo	468.a.	Zuccaro	295.c.
				436.a.	Zuccaro candito	314.b.



# INDEX HISPANICVS ET LVSITANICVS.



A.		Ciafas	224.e.	Lirio spadanal	562.a.
Lbafor	218.b.	Coda di mula	240.d.	M.	
Alburdin	66.d.	Contra yerva	219.a.	Milho	501.b.
Alcacor del muro	129.c.	Costo	667.b.	Mijo Turquesco	495.c.
Alegria	526.d.	Cuentas	323.b.	Miyo	501.b.
Alpergates	65.d.	E.		O.	
Amourettes	26.c.	Esparto	64.d.	Orzada	468.a.
Atroz	483.c.	Espigafil	201.b.	P.	
Arroz	483.c.	G.		Palla de Camelo	166.c.
Auea	471.a.	Gamones	537.b.	Panifo	516.c.
Auea del muro	129.c.	Gamoncillos	549.b.	Panizo	516.c.
Auellanada	209.e.	Gamonites	537.b.	Paya de camelhios	166.c.
Auena	471.a.	Gramma	5.d.	Payo de la Meyua	166.c.
Auena matesiua	147.d.	Grammha	5.d.	R.	
Azambar	201.b.	Gengiure	647.b.	Rabo de asno	248.b.
Azuccar	295.c.	Gengibre	647.b.	Rabo di mula	240.d.
Azuquar	295.c.	Gingebre	647.b.	S.	
B.		I.		Saffran da terra	681.b.
Belcho	225.c.	Iorgilim	526.d.	Spelta	415.a.
Beroas	506.e.	Iunca auellanada.	224.e.	T.	
Bohorde	338.c.	Iunca cheyrosa	210.d.	Trigo	354.d.
C.		Iunca de cheyra	210.d.	Trigo Candial	258.a.
Calamo aromatico	260.a.	Iuncia odorosa	218.b.	Trigo tremefino	361.c.
Canhas	264.d.	Iuncia de olor	218.b.	Y.	
Canna de Bengola	320.a.	Iunco	159.c.	Yerva	5.d.
Cebolla de Calebra	549.b.	Iunco amacoro fado	238.c.	Yoio	125.b.
Centeno	427.a.	L.		Z.	
Cerada	436.a.	Lirio cardeno	565.d.	Zizania	125.b.
Ceuadilla	468.a.	Lirio de color del cielo	574.d.		

## INDEX INDICVS, CHINENIS &c.

A.		D.	More	497.a.	
A Char	656.c.	Daringoo	259.d.	N.	
Accua	485.e.	Dirringuo	259.d.	Nachani	
Adrac	647.a.	G.		Nimpa	
Agem	385.e.	Girasol	481.b.	O.	
Alad	681.b.	Gofio	510.c.	Okcepenauk	
Aliaa	647.a.	Ganti	647.a.	P.	
Arepas	497.a.	Geiduar	661.a.	Papas	
Apas	646.a.	H.		Pallankyns	
Arack	486.a.	Hatle	385.d.	Payas	
Arata	261.a.	I.		Pittouuve	
Auati	493.a.	Ingi	643.a.	Pucho	
B.		K.		S.	
Bache	259.d.	Korafado piscis	309.a.	Saccar Mambu	
Bras	483.	L.		Sagge	
C.		Lancuax	646.a.	Sagu	
Caccharu	646.a.	Lancuaz	641.a.	Sambaya	
Caceras	227.c.	Lauandou	639.a.	Saquauiro	
Cachoran	659.a.	Lucum	386.a.	Sora	
Canior	659.e.	M.		Sucte	
Cateziara	195.e.	Mambu	287.a.	T.	
Cazavi	385.a.	Mandioca	290.d.	Tanta	
Chambasol	481.b.	Maniabe	385.d.	Tinauuv	
Chicha	497.b.	Manigette	681.b.	V.	
Chicka	497.c.	Mays	488.a.	Vaticam	
Chulen	29.c.	Mazza de Mamputo	489.e.	Vaycan	
Chunno	385.a.	Megan	384.c.	Vaz	
Cocoushavv	385.b.	Mellindres	488.a.	Vazabu	
Cua	646.a.	Mello	487.c.	Vplor	
Cuar	659.a.	Moroche	496.e.	Y.	
Cunhet	681.b.		497.b.	Yuca	



# INDEX GERMANICVS.

A.

**A**ckerwurz 628.b.634.e.  
 Affodill lilien  
 rott 543.c.  
 Affodill wurz 537.b.  
 gelb Affodill wurzel 550.e.  
 wasser Affodill gelb 552.a.  
 weisse Affodill wurz 542.b.  
 Amelmeel 406.a.

B.

Bier 463.b.  
 Biech Gras / sihe Gras  
 Binsen 159.b.182.e.  
 glatt Binsen 185.b.  
 groß weyer binsen 180.b.  
 klein kolblechtig Binsen 187.c.  
 klein wasser Binsen 183.c.  
 meer Binsen 91.e.  
 roß Binsen 180.b.  
 pferd Binsen 180.b.  
 scharpff stechende Binsen  
 174.a.  
 wald Binsen 181.d.  
 wolriechende ekende Binsen  
 218.b.

Binsen Gras / sihe Gras  
 Binsenhalm 96.e.  
 Binsen Riedt 96.e.  
 Binsen Schwertel 190.c.  
 Blicken 416.  
 Brandt 478.e.  
 Buch weizen 531.b.  
 Bunsenhalmer 129.b.

C.

Calmus 628.b.  
 Candisch heuw 166.e.  
 Cameel heuw 166.c.  
 falsch Cameel heuw 58.c.  
 Canarien Gras / sihe Gras  
 Cyper Schwertel 190.c.  
 Cyper Gras / sihe Gras

D.

Degenkraut 229.c.  
 Dinkel 414.e.  
 wilder Dinkel 129.b.  
 Dort 124.e.144.b.  
 Drackwurz 634.e.

E.

Eiern 421.a.  
 Erdspinnen kraut 558.b.  
 Erdspinnen kraut mit rorlein  
 blätteren 549.b.

F.

Fench 516.c.

blauer Indianischer Fench 523.c.  
 hendel Fench 516.c.  
 wilder Fench 137.b.  
 Fench Gras / sihe Gras  
 Flachs  
 matten Flachs 62.a.  
 vnser lieben frauen Flachs  
 23.b.  
 wisen Flachs 62.a.  
 Fuchs schwanz 57.b.516.c.  
 Fuchschwanz Gras / sihe Gras.

G.

Galgan  
 langer wilder Galgan 218.b.  
 langer wilder Galgan ohne  
 geruch 221.e.  
 runder wilder Galgan 210.d.  
 süßer wilder Galgan 224.d.  
 Galganwurz 637.e.  
 Gersten 436.  
 grosse Gersten 438.e.  
 kleine Gersten 440.c.  
 futer Gerst 440.c.  
 meiß Gerst 129.b.  
 nackete Gerst 424.b.  
 sommer Gersten 439.d.440.c.  
 winter Gersten 438.e.  
 Giffwurzel 220.c.  
 Gilbwurz 681.c.  
 Gilgen 565.c.  
 berg Gilgen 556.d.  
 gras Gilgen 556.d.558.b.  
 klein Gilgen 604.b.  
 wasser Gilgen  
 gelb wasser Gilgen 634.e.  
 Gilgeln  
 groß Gilgeln 555.c.  
 Glidwasser 433.a.  
 Gofferen 377.c.  
 Gras 5.c.9.b.29.b.

Biech Gras 78.e.  
 geähret Biech Gras 81.e.  
 wasser Biech Gras  
 klein wasser Biech gras 79.c.  
 Binsen Gras 72.d.78.e.81.e.  
 wald Binsen Gras 76.c.  
 wasser Binsen Gras  
 groß wasser Binsen Gras  
 75.d.  
 Blut Gras 116.c.  
 Busch Gras 99.c.  
 haarechtig Busch Gras  
 102.e.  
 Canarien Gras 535.d.


wild Canarien Gras 55.d.  
 Cyper Gras  
 groß Cyper Gras 87.a.  
 harecht Cyper Gras 87.e.  
 wasser Cyper Gras 87.e.  
 klein wasser Cyper Gras  
 89.a.  
 wald Cyper Gras 98.d.  
 enten Gras 14.c.  
 feder Gras 62.b.  
 wasser feder Gras 95.c.  
 fench Gras 138.a.139.a.  
 flutt Gras 41.c.  
 weiß flutt Gras 41.d.  
 fuchs schwanz Gras 51.a.  
 gemein Gras  
 klein gemein Gras 30.d.  
 hart Gras  
 klein hart Gras 73.c.  
 hasen Gras 23.c.  
 hundts Gras 9.b.  
 klein hundts Gras 14.a.  
 ligendte hundts Gras 14.a.  
 meer hundts Gras 14.e.15.d.  
 kamm Gras 43.c.  
 kleb Gras 139.e.  
 knoden Gras  
 wasser knoden Gras 118.c.  
 knollen Gras 19.a.  
 kolben Gras  
 groß kolben Gras 50.c.  
 kolblein gras 104.e.  
 krotten Gras 101.a.  
 lieb Gras 26.c.  
 negelein Gras 46.c.  
 pfrünen Gras 60.e.64.d.  
 queck Gras 9.b.  
 riedt Gras  
 acker Riedt Gras 35.e.  
 groß Riedt Gras 93.e.  
 klein Riedt Gras 89.e.94.d.  
 wasser Riedt gras 39.b.  
 rohr Gras  
 bergrohr Gras 96.e.  
 sorg Gras 142.d.  
 Spanisch Gras 38.a.  
 stachel Gras 189.a.  
 straus Gras  
 acker Straus Gras 35.a.  
 feder Straus Gras 72.b.  
 feld Straus Gras 35.a.  
 klein rot Straus Gras 31.c.  
 klein weiß Straus Gras 31.c.  
 korn Straus Gras 35.a.  
 streimech







Sympfen	159.b.	W.				
			Wandtleuß kraut	562.a.	Zittwen	659.b.
			Wenffen	254.d.	Zucker	295.c.
<b>Z.</b>			Weizen	424.b.	Canari/Canarie Zucker	304.d.
Zauben rocken	240.b.		brauner Weizen	373.c.	cassaun Zucker	307.e.
Zhannen wadel	244.e.		buch Weizen	531.b.	Christalin Zucker	314.b.
Zrebsen	125.a.		bus Weizen	516.c.	eis Zucker	314.b.
Zrespe	125.a.		gebanter Weizen	373.e.	farin Zucker	307.e.
Zrest dorp	125.a.		mit doppel ähre Weizē	371.d.	fein Zucker	306.a.
Zwalch	147.c.		soner Weizen	361.b.	gedrehter Zucker	317.b.
frembd Zwalch	152.e.		sorg Weizen	512.e.	Madern Zucker	304.b.
gersten Zwalch	135.b.		Türkischer Weizen	495.c.	Meliss Zucker	306.b.
haber Zwalch	150.d.		Welscher Weizen	373.e. 395.e.	speis Zucker	306.b.
nadel Zwalch	153.c.		Weizenkolben	395.e.	Thomas Zucker	307.d.
weizen Zwalch	124.e.		Widerthon		Valenzen Zucker	306.a.
			weisser Widerthon	558.b.	Zucker Candi	314.b.
<b>B.</b>			Wiesen wullen	62.a.	Zucker honig	308.a.
Benelwurk	565.c.				Zucker Penid	317.b.
flein blauw schmal blätterächt					Zucker Rohr	295.b.
Benelwurk	509.e.	<b>Y.</b>			Zucker Syrup	208.b.
weiß Benelwurk	578.b.		Ymmeren	421.a.	Zyderen	23.b.



# INDEX BELGICVS

<b>A.</b>						
<b>A</b> Corus	628.b.		Wyer biese	18.c.	wilde Galigaen sonder reuck	
Affodille	37.b.		Zee biese	91.e.	221.c.	
Affodille met incar-			Bier	463.b.	Gengber	647.b.
nate bloemen	543.c.		Bockwende	531.b.	Gras	5.c. 29.b.
cleynne gele Affodille	550.e.		Brandt	478.e.	alderminste Gras met syn aren-	
grootte witte Affodille	542.b.		Bueckenwend	531.b.	fens seer wyt ghesprent	35.c.
water Affodille met gele bloe-					Biesgrass	72.d.
men	552.a.		Canariesaet	536.a.	Biermater grass	78.
Amelkoren	421.a.		Candelaers	229.c.	Bosch grass	
Amouretten	26.c.		Candiotisch hon	166.e.	hanrich boschgrass	102.c.
			Cattensteert	240.d.	Elsterich Gras	19.a.
<b>B.</b>			Cyperus		Galigaen Gras	
Bedernelle	23.c.		zarte Cyperus	224.d.	groot ende ghemeynste wilde	
Biesen	159.b.				Galigaen Gras	87.a.
Cottoen Biesen	62.a.		Dolhet	25.a.	water wilde Galigaen Gras	87.e.
ghemeen onscherpe Biesen met			Donsen	338.b.	cleyn water wilde Galig-	
ghetroste bloemen ende sae-			Dullen	338.b.	gaen Gras	87.a.
dekens	183.d.		Dramich	144.b.	ghelykede erund vō Spaensch	
ghemeen onscherpe Biese met			Droncuert	125.a.	Saed oft Canarien saed	55.d.
onghetoste ende witghe-			Dunsent knoep wyfken	244.e.	ghelyk wilden Galigaen	83.d.
sprende saedekens	182.e.				ghemeen Gras	
Scherpe Biesen	174.a.		Evene		cleyn ghemeen Gras	30.a.
Ende Biese	62.a.		ghebaerde Evene	150.d.	hanrich Gras	
Bloekbiese	62.a.				cleyn hanrich Gras	104.a.
Waterbiese			Galigaen	638.a.	hartachtich Gras	
cleyn Water Biese met taf-			Grasachtich Galigaen	90.e.	cleyn hartachtich Gras	74.b.
fens van Verdt steert	187.b.		hirsachtich Galigaen	90.c.	hirs Gras	141.c.
groot water Biese	180.c.		wilden Galigaen	218.b.	honts Gras	
water bloem Biese	190.c.		valsehe wilde Galigaen	85.e.		



I N D E X B E L G I C V S.

hondt Gras metten arenkens van Ichemon	112.e.	Grain	439.d.	cleyn Peert steert	248.b.
Knobelachtich Gras	19.a.	Grote	473.e.	groote Peert steert	242.c.
KnoopGras	19.a.			Phalaris	
Korē Gras met schoone seer wyt ghespreyde arens	35.a.	Halm	67.c.69.d.	cleyn becmede Phalaris	23.c.
LedtGras	9.c.	Hanf	125.a.	Polsen	338.b.
LidtGras		Havere	471.a.		
cleyn ghearent dunnen Lidts Gras	14.e.15.d.	naeckte haver	472.a.	Quispelbiese	62.a.
Lieflyt Gras	26.c.	Hellem	177.a.		
PaddeGras	101.a.	Hirs	501.b.	Riet	262.d.
PanikGras	140.c.			defriet	270.d.
PanikorenGras		J.		ghevult Riet met merk	275.c.
ghebaerd Panikoren Gras	138.a.	Jreos		ander ghevult Riet dun ende boghfaem	276.e.
Panikoren Gras met enkes len arens	139.b.	wildezee Jreos von langendoe	601.b.	Indiaensch bloeyend Riet	323.b.
PeyenGras				Papier Riet	334.e.
ligghend PeyenGras	14.d.	Kamels hoey	166.e.	Spaensch Riet	272.d.
PipGras	142.d.	Koren	354.d.	Wolrickende Riet	260.a.
RietGras	93.c.	MunseKoren	135.b.	Riet om te schryven	274.c.
Seet Gras	141.c.	MunseKoren	129.c.	Rogge	426.e.
Sorchsaet Gras	124.d.	St. PetersKoren	416.e.	Rys	483.b.
Weld Gras	35.a.	Turck'sKoren	495.c.		
Wossensterten Gras	51.a.	Indiaensch groot aerdich Turck'sKoren	500.c.	S.	
cleyn Wossensterten Gras	35.c.			Schenanthum	
WlotGras		Lelien	565.d.	vaelsch Schenanthum	58.c.
ghemeen WlotGras	41.c.	Lisch		Sode	478.e.
wite WlotGras	41.d.	blaeu Lisch	512.b.	Sorghsaet	512.e.
WaterbiesGras		geel Lisch	634.e.	Spaenschsaet	536.a.
groot waterbiesGras	75.d.	ghemeyn wyt Lisch	576.d.	Spelte	414.e.
WaterGras		seer snydende drycantiche Lisch	229.c.	Spikenarde	201.b.
waterGras met stekenden arens	110.a.	stinkende Lisch	562.a.	Styffel	406.a.
groot waterGras met breede hirsaren	40.e.	watter Lisch	190.c.229.c.	Suyker	295.c.
Water RiedGras	78.a.	Lisch over zee	565.d.	Suykercandys	214.b.
widgestreepGras	38.a.	blaeu Lisch over zee	574.d.		
Zea oft Zeelantsch ghearent Gras	81.e.	Lischken		L.	
Zee ghearendtGras	82.d.	schoon wild Lischken	598.d.	Terwe	354.d.
ZeebieseGras	78.e.	Lisch dodden	338.b.	ghebaerde Terwe	373.e.
Grasfen		cleyn Lisch dodde	341.e.	ghebaerde Terwe met dobbela- ren	371.d.
ghearendt grasfen / met blas ders van Geroffelen	46.e.			Roomsche Terwe	396.a.
Gherste	436.a.	M.		Sommer Terwe	361.b.
bastard Gherste	235.b.	Milie	501.b.	Swerte / oft brunn blinkende ghebaerde Terwe	373.c.
groote Gherste	438.e.	Mout	458.e.	Tunade	125.a.
sommerGherste met tre rpen	440.c.				
sommerGherste van veel rpen		N.		B.	
		Nardus		Blachs	62.a.
		valsche Nardus van Langue- doe	205.a.	Wossensteert	57.b.
		P.		W.	
		Panickoren	516.e.	Wandluykerunt	562.a.
		blaeu Indiaensch Panickoren	523.c.	Winthalme	
		wild Panickoren	137.b.	Akerwinthalme	36.a.
		Peen Poien	9.c.		
		Peert steert	240.d.	Y.	
				Ydelhaver	147.c.
				Z.	
				Zedoar	
				ghemeen Zedoar	659.b.
				blof Zeduar	660.a.




# INDEX ANGLICVS.

<b>A.</b>		grasse flouuer de luce	604.c.	medovv Grasse	29.b.	
	Sphodill	537.b.	vvater flouuer de luce	634.e.	smal medovv Grasse	30.d.
	branched Aspho-		vvhite flouuer de luce	576.d.	millet Grasse	141.c.
	dill	540.e.	vvilde flouuer de luce	598.d.	panick Grasse	139.b.
	red Asphodill		Foxetayle	57.b.	smal panik Grasse	140.d.
	543.c.		<b>G.</b>		pointet Grasse	38.a.
	smal yellowve Asphodill	550.e.	Galingale		quaking Grasse	23.c.
	vvhite Asphodill	542.b.	catlaile Galingale	54.e.	reede Grasse	36.a.
<b>B.</b>			round Galingale	210.d.	gread reede Grasse	93.c.
Barly		236.a.	Spanish Galingale	224.d.	smal reede Grasse	94.d.
common Barly		440.e.	vvilden Galingale	218.b.	rush Grasse	101.a.
naked Barly		424.b.	Galingue	218.b.	little vvater rush Grasse	79.c.
vvald Barly	129.c.	135.e.	Ginger	647.e.	mars rush sea Grasse	78.e.
vvheate Barly		424.b.	Gladdon		rushie Grasse	72.d. 79.c.
vvinter Barly		439.a.	stinking Gladdon	562.a.	schaue Grasse	240.d.
Bennet		129.c.	Gras	5.c.	sea Grasse	235.d. 238.c.
vvey Bennet		135.c.	Quik Gras	9.c.	spike Grasse	
Bere		463.b.	litle Quych Gras	14.a.	salt marsch spike Grasse	154.d.
Biere		463.b.	Grasse		sea spike Grasse	81.e.
Bier scot		439.a.	bearded Grasse	138.b.	tode Grasse	101.a.
Blight		478.a.	Canarie Grasse	536.a.	vvater Grasse	78.a.
Buke vvheate		531.b.	coks foote Grasse	116.c.	great vvater Grasse	39.b.
Burnt or		478.e.	corne Grasse	35.a.	rushie vvater Grasse	75.d.
Burre		229.c.	corne horse Grasse	248.b.	spiket vvater Grasse	82.d.
great vvater Burre		231.e.	cotton Grasse	62.a.	vvater knoot Grasse	118.e.
<b>C.</b>			coucha Grasse	9.c.	vwood Grasse	99.c.
Calamus			sea coucha Grasse	15.d.	hayrie vwood Grasse	102.c.
bastard or false Calamus		628.b.	cyperus Grasse	83.d.	smal vwood Grasse	99.d.
Camelshay		166.e.	cypresse Grasse		<b>H.</b>	
bastard Camelshay		58.c.	great cypresse Grasse	87.e.	Haver	471.a.
Canarie seede		536.a.	smal cypresse Grasse	89.a.	Hirffe	
Cane	268.d.	270.d.	vvater cypresse Grasse	87.a.	Turkie Hirffe	513.a.
cypresse Canes		272.e.	vvoot cypresse Grasse	98.e.	Horsetaile	240.d.
Cats taile		338.b.	darnell Grasse	142.d.	gread Horsetaile	242.e.
Cockyll		125.a.	dogs Grasse	9.c.	naked Horsetaile	249.c.
Corne			knobbie or knottie dogs		the female Horsetaile	244.e.
Corne of Asia		499.c.	Grasse, or couch grasse	19.a.	vvater Horsetaile	244.e.
Amil corne		421.a.	sea dogh Grasse	14.e.	vwood Horsetaile	246.a.
Brant corne		478.e.	vvricht dogs Grasse	14.a.	<b>K.</b>	
Saint Peters corne		416.e.	dvvarfe Grasse		Kings speate	550.e.
Spelt corne		414.e.	rede or vvhite Dvvarfe Graf-		<b>L.</b>	
Starch corne		421.a.	se	31.c.	Lecke	
Turkie corne		495.c.	flote Grasse	41.c.	vvaterlecke	62.a.
<b>D.</b>			spiked flote Grasse	41.d.	<b>M.</b>	
Darnell		125.a.	foxetaile Grasse	51.a.	Mayden haire	552.c.
red Darnell		129.c.	great foxetaile Grasse	55.d.	Mafe	
vvhise Darnell		125.a.	smal bastard foxetaile Grasse		lyttle reede Mafe	341.c.
Drantik		147.c.	53.c.		Matveede	64.d.
<b>F.</b>			hard Grasse		English Matveede	67.d.
Flags			smal hard Grasse	74.b.	smal English Matveede	60.e.
vvater flags		634.e.	haver Grasse	147.e. 152.d.	hooded Matveede	66.d.
Flouuer de luce	565.d.	574.d.	hayre Grasse	104.a.	Medovve vvoullc	62.a.
578.d.			ladie lace Grasse	38.a.	Millet	



I N D E X

Turkie Millet	513.a.	paper Reede	334.e.	branchet spidervvort	558.b.
O.		fagar Reede	295.b.	Candy spidervvort	549.b.
Oilie graine	526.d.	smal stufel Reede	375.e.	French spidervvort	20j.a.
Otes	150.d. 471.a.	vvilde Reede	40.c.	unbranched spidervvort	556.e.
bearded Otes	153.c.	Turkie vvriting Reede	274.e.	Spurge vvoort	562.b.
naked Otes	472.a.	Reede mace	338.b.	Staves	
smal vvilde Otes	144.b.	Rie	416.e.	Turkie vvalking staves	275.c.
vvilde Otes	147.c.	Rifes	483.e.	Stirubbie	
P.		Rushes	159.b.	smal stirubbie	238.c.
Poure	150.d.	bail Rush	180.e.		
Panick		common Rushes	181.d.	W.	
bleu Panicke	523.c.	hard Rush	174.a.	Wheate	354.d.
gramaine Panik	516.c.	see Rushes	91.e.	bearded Wheate	396.a.
vvild Panik	137.b.	sharpe Rush	174.a.	bright Wheate	373.c.
R.		vvater Rush		double earet Wheate	371.d.
Reede	264.d. of spagne	great vvater Rush	180.c.	flutt Wheate	373.e.
Reede	229.c.	lytle vvater Rushes	182.e.	sommer Wheate	361.b.
aromatical Reede	260.a.	S.		Wheete	354.d.
common Reede	240.d.	Sagar	295.c.	White	354.d.
flouaring Reede	323.b.	Spidervvort	553.b.	Wort	438.e.



# INDEX BOHEMICVS

B.		M.		S.	
<b>B</b> Er	516.c.	Kofetes lehni	572.b.	Spalda	415.a.
Beslicka	240.d.	Malaice	483.c.	Sparkan	229.c.
G.		N.		Syti	159.c.
Galgen plany	281.b.	Nardus Indiantky	201.b.	Syti vvenne	166.e.
Geezmen	436.a.	P.		T.	
I.		Palycky	338.c.	Travva	5.d.
Indycká aneb	495.d.	Parunet	5.d.	Trest	270.d.
K.		Pohanka	531.c.	Turecka pffenicie	495.c.
Kaukol vvlosky	125.b.	Proto	501.d.	W.	
Kopicko Královvske	537.b.	Pruft vvoret	628.b.	Woruues	471.a.
Kofatec	565.d.	Pffenice	354.d.	Z.	
Kofatec brundtny	Zahindni	R.		Zito	477.a.
Kofatec Zhity falefsny	635.c.	Reyze	483.c.		

## P O L O N V S.

C.		P.		Y.	
Czikauuar	659.b.	Miczikone korzeme	635.a.	Tatarsky Lithuan.	627.d.
G.		Myszy reczunen	129.c.	Tatarskie ziele	628.c.
Gukcer	295.c.	S.		Z.	
K.		Pruskuuorzecz	628.c.	Yanczmyen	436.a.
Koleyka travva	109.a.	Pyzaslka	240.e.		
Kofatek	565.d.	T.		Zbofe	354.d.
M.		Squinant	166.e.	Zitho	354.d.
Maroneg	125.	Travva	5.d.		

## V N G A R I C V S.

A.		H.		T.	
Arpa	436.a.	Haporya	338.c.	Tavazi Ros	427.a.
B.		K.		Tenkoly	415.a.
Boka	338.c.	Kusa	438.c.	Torck Buza	495.d.
Buza	354.d.	L.		Z.	
C.		Loles	501.d.		
Cirk	513.b.	R.		Zab	471.a.
G.		Ris	483.c.	Zythio	159.c.
Gyeken	338.c.	Ros	427.a.		



E R R A T A.

p.46. l.50. Species Thal.  
 p.58. l.10. Pseudoschoenanthum  
 p.64. l.34. Mattvveede  
 p.76. l.3. Waldhinsen  
 p.97. l.11. festucis  
 p.101. l.6. επιγονατόκαυλον  
 p.104. l.10. asperfa  
 p.111. l.24. renum  
 p.119. l. ult. h. e. Dens canis,  
 p.122. l.47. Aparine  
 p.124. l.17. Etymologicus  
 p.137. l.13. facit Anguillara  
 p.144. l.31. glumæ  
 l.32. oblongæ  
 armatæ  
 l.33. spadiceæ  
 vacuæ  
 l.38. agitatæ  
 glumæ  
 l.39. adpenfæ  
 l.47. glumæ  
 l.48. cintæ  
 l.49. quæ  
 p.145. l.24. glumæ raræ  
 p.147. l.4. Poëtas  
 p.148. l.28. potissimum  
 p.152. l.2. glumæ  
 l.48. glumis  
 l.53. semitis  
 p.157. l.27. Pfyllij  
 p.159. l.39. ὀξύχοινος  
 p.161. l.4. posita accepit  
 p.180. l.23. Wyerbiele  
 p.189. l.2. Perfici  
 p.190. l.1. Gladioli  
 l.16. Calamagrostis  
 l.26. Calama-  
 p.192. l.30. Horto  
 p.193. l.3. Terra  
 p.201. l.1. Ναρδος  
 p.205. l.17. ἐρυσισκηπτος  
 p.215. l.27. ἴστυ  
 p.217. l.8. Ad acres

p.228. l.2. Theocrito  
 p.229. l.26. Burre  
 p.238. l.28. Seagrape  
 p.239. l.32. Pilum  
 p.243. l.22. figuræ  
 p.244. l.19. θήλυ  
 p.254. l.29. θήλυ  
 p.255. l.34. (&  
 p.257. l.19. & δοκῶσι  
 p.276. l. ult. ghevult  
 p.280. l.2. pertegamus  
 p.290. l. ult. in marg. Turcico  
 p.300. l.2. Sifyrinchium  
 l.22. tenera  
 p.304. l.21. Maderi.  
 p.307. l.27. Venetija  
 p.309. l.6. gratius  
 l.26. adferunt Mel  
 p.312. l.11. catarrhis  
 l.17. clarificatum Saccharum  
 p.315. l.31. Canario  
 l.34. Canarium  
 p.318. l.13. tenuiores  
 l.33. terreo  
 p.322. l.31. colatur  
 p.323. l.1. Italorum  
 l.13. rier  
 p.326. l.5. flavesceret  
 p.333. l.23. sobole  
 p.339. l.23. botanographo  
 p.342. l.46. Φλακινος  
 p.344. l.26. in tecta  
 l.35. Thesmophoram  
 p.345. l.34. Milium  
 p.348. l.23. granis  
 l.43. καρχηυδίας σλεγγις  
 p.356. l.1. nara  
 p.359. l.6. mandaretur  
 p.361. l.44. dentibus  
 l.50. ponderare  
 p.379. l.35. διασφθος  
 p.397. l.22. χόνδρος  
 p.383. l.16. αυτην

p.385. l.3. ricco  
 p.389. l.28. Semidalicent  
 p.390. l.14. Locrus  
 l.21. triticeum  
 p.416. l.44. Ruetorm  
 p.419. l.18. b.)  
 l.21. maturatur,  
 p.428. l. penult Cantherini  
 p.435. l.1. Secali  
 p.435. in marg. l.1. lib.18. cap.7.  
 p.436. l.36. purpura  
 p.437. tit. Sectio quarta  
 p.452. l.29. inscribitur,  
 p.454. l.28. molis  
 p.456. l.27. constans,  
 e.  
 p.460. l.32. εὔρε τὸ  
 p.472. l.37. intelligenda  
 p.477. l.44. ἐρυσισ(βα,)  
 p.492. l.3. eodem  
 l.5. tuta  
 p.506. l.34. fractum  
 p.512. l.12. ablaqueatur  
 l.40. Melica  
 p.528. l.8. doloribus  
 p.542. l.12. Marragum  
 p.558. l.20. Grass  
 p.563. l.41. Somerseti  
 p.580. l.45. variatæ  
 p.595. l.41. dele habet  
 p.617. l.39. Olerum  
 p.621. l.32. odoratæ  
 p.622. l.4. Frisimelicæ  
 p.625. l.6. Singentianam  
 p.629. l. ult. Mattheus a Michou  
 p.636. l.12. frigidam  
 calidam  
 p.643. l.19. Chalcedonicam  
 p.648. l.47. Iobi  
 p.649. l.48. ricco  
 p.650. l. penult. Zelandorum  
 p.651. l.20. Vartomano  
 p.677. l.2. teritur